



SOLA
VIRTUS
NOBILITAT




VIVITUR INGENIO
CETERA MORTIS ERUNT.

Pedo, Albinovanus

# C. PEDONIS ALBINOVANI

# ELEGIÆ III,

ET

# FRAGMENTA,

CUM

INTERPRETATIONE

*ET NOTIS*

JOS. SCALIGERI, FRID. LINDEN-BRUCHII, NIC. HEINSII, THEOD. GORALLI ET ALIORUM.




AMSTELÆDAMI,

Apud HENRICUM SCHELTE.

M DCC III.

# PRÆFATIO

# HEODORI GORALLI,

*n qua consilium ejus aperitur, & ratio interpretandi Veteres traditur.*



AM dudum audiveram probos ac eruditos homines queri, à summo viro *Jos. Scaligero*, cùm *Catalecta*, quæ dicuntur, *Virgilii* illustraret atque ederet, non esse prætermissos obscænos illos versus in Priapum, quibus tota collectio dehonestatur. Carmina sunt cetero- illic alia dignissima, quæ ab adolescentibus te- ar; dignissimi item lectu Commentarii, in ea mina, *Scaligeri*; sed quis Poëmatia illa, aut tan- iri vigilias auderet adolescentibus tradere, unà nefandis illis Priapeïs? Nemo profectò, nisi udentissimus, aut honesti æquo negligentior. ıe optandum erat exoriri aliquem, qui Poëmata astiora, cum notis Scaligeranis, seorsim ederet; ıt adolescentes utilis lectionis fructu carerent, 'enenum, unà cum bonæ frugis Carminibus, irent. Nonnulla quidem, ne dissimulem, seor- ludum edita fuerunt; sed neque omnia, neque :is integris *Scaligeri* animadversionibus, & im- i commentariorum ac digressionum mole one- Sic *Culex* & *Ciris*, à *Frid. Taubmanno*; sic *Val. nis* Diræ, à *C. Arnoldo*; sic *Sulpitiæ* satira, ab , in lucem emissa sunt.

ıæc mecum aliquando reputanti visum est, ani- i gravioribus studiis avocandi causâ, útque ea- operâ de amœnioribus litteris, si quâ possem,

 bene

bene mererer; eligere ex Catalectorum fasciculo, duos aureæ ætatis insignes Poëtas, *C. Pedonem Albinovanum*, & *P. Cornelium Severum*, quos notis *Scaligeri* meisque illustratos seorsim legendos proponerem. Quod quâ ratione præstiterim paucis dicam, ut de instituto meo Lectores rectius judicium ferre queant; tum etiam subjiciam quibus subsidiis, ad hanc opellam Reipublicæ Litterariæ navandam, adjutus animum appulerim.

Semper mihi summopere placuere ratio atque institutum, quæ ineunda, hac in re, visa sunt elegantiorum litterarum peritiâ excultissimis, & judicio subactissimo præditis hominibus, quos Galliarum Rex *Ludovicus* XIV. filii sui Sereniss. *Delphini* educationi præfecerat; quamvis omnes, qui illustrandis, eorum jussu, Veterum monumentis adhibiti sunt, non æquè feliciter in eo sint labore versati. Tria potissimùm illi, quæ meritò reprehendi possent, aut quæ deessent in plerisque Interpretibus Criticis antiquorum monumentorum, animadverterant.

Nonnullos videbant loca dumtaxat aliquot attigisse, prout varias lectiones in MSS. Codicibus invenerant, aut conjecturis ea emendanda putabant, aut denique in collectaneis suis silvam habebant paratam, quâ aliquid in Scriptore quem edebant illustrarent; ceteroquin eos alia obscura loca minimè explicare. Horum labor quin meritò susceptus & valde probandus esset minimè quidem dubitabant; si modò Scriptores illi diligentiam ac judicium, rerúmque & linguæ cognitionem adhibuissent. Ante enim profectò constituenda est certa contextûs lectio, quàm eam interpretari aggrediaris; nec ii ferendi, inter recentiores notarum scriptores, qui vitiosas editiones, eâ re neglectâ, expresserunt ac explicare conati sunt; nam, pro verbis Scriptorum veterum, Librariorum aut Criticorum commenta sæpe inter-

pre-

pretantur. Quod tamen, ne quid mentiar, non uni e iis qui in usum Galliarum *Delphini* notas scripserun contigisse questi sunt rerum illarum periti. Attamen Scriptores sic illustrati, ut diximus, & ad quos Critici quod voluerunt, non quod necesse erat, congesserant; non poterant satisfacere non tantùm adolescentibus, sed ne maturioris quidem judicii viris, qui, animi causâ, Veterum scripta solent lectitare. Abhorrent enim plerúmque à tricis illis Criticis, & quam primùm ac rectissimâ viâ ad Scriptorum, quos legunt, mentem properant. Ac sanè, in ejusmodi notulis, ne centesima quidem pars eorum, quæ iis viris necessaria sunt ad intelligendum id quod legunt, inveniri queat. Itaque si velimus hujusmodi Lectoribus, qui profectò nonnisi à Grammaticis sperni possunt, consulere; præter observationes Criticas, utiles ac necessarias, paucis explicanda sunt quæcumque iis obscura esse possunt. Ita se gessit, inter alios, *Justus Lipsius*, in *Seneca* præsertim & *Tacito*; ubi, non neglectis observationibus Criticis, obscuriora omnia loca paucis illustravit. Quem, quamvis stylum hominis laudare nolim, optimi Interpretis propterea exemplar esse existimo. Alioqui nihil est facilius, quàm, quod nonnulli putant esse Artis Criticæ summum apicem, hîc illic syllabas quasdam admordere, memorare varias lectiones Codicum MSS. & congesta dudum collectanea, commodâ occasione datâ, effundere; ceterùm altum silentium servare, ubi maximè Interpretis opera indigent Lectores. Equidem puto non paucos fuisse, esséque etiamnum, inter Criticos, qui triumphant in id genus conjectaneis, nec nisi Codices antiquos crepant, at omnia interpretari, seriémque orationis probè evolvere non possent. Sunt in omnium manibus plurium ejusmodi Interpretum animadversiones in unum Scriptorem collectæ, quæ ne omnes quidem simul satis esse pos-

ſunt ut intelligatur; quamquam nimis multæ, niſ-miſque operoſæ, ut ſine tædio legi, pretiúmque temporis in iis legendis collocati rependere queant. Itaque ſolis Grammaticis placent, hominibus verò elegantioribus & rerum quàm verborum amantioribus faſtidio ſunt. Attamen tanta ſupercilia gerere ſolet id hominum genus, ut ſe ſolos litteratos eſſe, ſibique omnia Reipublicæ Litterariæ præmia, atque omnes honores deberi putent.

Rurſus alii fuerunt, qui verè quidem alia ab Interprete deſiderari animadvertentes, non ea tantùm, quæ diximus, attigerunt; ſed & vaſtiſſimos commentarios ediderunt, in quibus latiſſimè omnia clara, obſcura, ſine diſcrimine, perſequuti ſunt, Lectoréſque ingratâ copiâ obruerunt. Illic videas ingentem numerum locorum, ut loquuntur, parallelorum; etiam in iis, in quibus nemo hæſitat, atque ubi nulla eſt ſingularis loquutio, quæ negotium cuiquam faceſſere, aut in legentium animis dubitationem creare poſſit. Hîc eorum, quæ interpretatione digna erant, adeò prolixas dilucidationes; ut multi ignorare quid Scriptor velit, quàm tam longas interpretationes legere malint. Alibi digrediuntur in locos communes, de rebus ſat notis iis, qui nonnihil temporis in lectione Veterum abſumſerunt. Nimirum, hoc agunt boni viri, non ut interpretentur Scriptores, quos edunt, ſed ut multijugem lectionem oſtentent, eruditionémque ſuam copiâ verborum & craſſitie voluminum venditent. Attamen quæ habent ejuſmodi ſunt pleraque, ut ad quorumvis Scriptorum explicationem æquè adhiberi potuiſſent; ſi modò ſimilia verba occurrant, aut earumdem opinionum vel conſuetudinum mentionem obiter fecerint. Horum viam ac rationem ſi probent Grammatici nonnulli, longè maxima pars eorum, qui antiqua legunt, damnat, & faſtidit; nec

emere

emere ſolet eorum libros, niſi ut eos datâ occaſione conſulat, ſi fortè in iis occurrat quod inveſtigatum cupit. Sententiam de hiſce eam dixit *Juſtus Lipſius*, in præfatione ad *Senecam*, cui nemo ſanus nomen ſuum non adſcribat. Itaque hanc quoque methodum non immeritò prudentes homines, quos dixi, in Gallia rejecerunt. Verùm debuerant cavere multi, qui munificentiſſimo Mæcenati operam ſuam addixerant, ne, pro nimia copia atque, ut ita loquar, prægravi commentariorum pinguedine, jejunas notulas, & arida oſſa nobis apponerent; quod tamen ab iis factum eſſe non immeritò homines non obeſæ naris queruntur. Videas enim in eorum notis, ut barbariem ſtyli atque infantiam omittam, útque concedam probè intellectam ab iis Scriptorum ſententiam, jejunas explicationes, nullo Veterum teſtimonio, nullâ auctoritate confirmatas; quaſi nos eis credere, ſine argumentis, neceſſe eſſet. Si quid antiquæ hiſtoriæ, rituum, conſuetudinum ac opinionum priſci ævi attingatur; id non modò nimis breviter fit, ſed ne digitus quidem ad uberiores fontes, ex quibus plura peti poſſint, intenditur; quod tamen magni momenti erat, cùm ut Lector, qui interdum rem ſibi copioſiùs explicari cupiebat, unde eam peteret reſcire poſſet, tum etiam ut adoleſcentes paullatim præſtantium, iis de rebus, Scriptorum cognitionem ſibi adipiſcerentur.

Præterea utriuſque generis Interpretibus memoratis, quamvis recta conſtituatur lectio, quamvis ſingulæ voces, ſinguláve loquendi genera explicentur, quiddam deeſt quod non ſatis exercitatis, aut iis, qui ſatis temporis ejuſmodi lectionibus tribuere nequeunt, negotium faceſſit. Sunt, nimirum, ita contextæ atque connexæ Poëtarum præſertim ſententiæ; ut vix ac ne vix quidem earum ſeriem, connexúmque expedire poſſint. Quod experientur etiam ha-

rum litterarum multò callentiores, si modò hoc attendere velint; animadvertent enim sæpe se sententias sejunctas non ægrè adsequi; quæ tamen quo nexæ vinculo sint, & cur ita collocatæ minimè intelligent. Non ita pridem cum magna voluptate legi primarii cujusdam Poëtæ novam editionem, à viro doctissimo & elegantissimi ingenii curatam, cui propterea gratias debet orbis eruditus. Sed, ut fatear quod res est, quamvis singula quæ attigit cultissimus Interpres, rectè explicuisse videretur, non rarò mihi in sententiarum connexu aqua hæsit. Itaque vehementer optassem à viro illo erudito, qui diu in eo opere insudasse fertur, perpetuam Poëtæ interpretationem aut paraphrasin concinnatam fuisse, nec dubito quin idem multis aliis usu veniat. Hinc intellexi, non sine summa ratione factum esse, ut Galli Proceres, ab iis qui antiquos Poëtas ediderunt, eorum jussu, ejusmodi interpretationem exegerint. Noluerunt sanè illi ut verbis contextûs totidem verba idem significantia, in interpretatione, opponerentur; quod rarò commodè fieri potest, éstque paullò peritioribus tædiosum; verùm ut sensum aptè redderent, ordinémque narrationis aut ratiocinationis, transitionésque ostenderent. Quod si minùs rectè præstitum est, quàm totius negotii moderatores animo conceperant ac cupiebant, non est propterea eorum consilium vituperandum.

Hæc cùm animo versarem, antequàm manum hisce Poëtis admoverem, intellexi mihi operam esse dandam ut vitia illa, quæ in aliis Interpretibus notari videbam, vitarem, adsequerérque contrariâ viâ ac ratione, si modò possem, quod adsequuti esse negabantur Quod an præstiterim, aliorum quidem erit judicium; at si minimè præstiterim, mea hæc erit unius culpa, non viæ, quàm ingressus sum, tribuenda. Nihil verius quàm multò facilius esse

mo-

monere alios, quid ab iis præstitum cupias, quàm ipsum præstare, quod *Philemon* eleganter hisce versiculis expressit:

> Ἄνθρωπον ὄντα ῥᾴδιον παραινέσαι
> Ἔστιν, ποιῆσαι δ' αὐτὸν οὐχὶ ῥᾴδιον.

Primùm igitur nactus ab amico, quod gratus ac libens commemoro, Editionem Catalectorum *Virgilii* collatam cum antiquis Editionibus Venetis anni MCCCCLXXXIV & anni MDXVII, quæ est *Aldi Manutii*, quam etiam ipse inspexi; collationem diligenter consului, ut lectiones antiquissimarum Editionum cum Scaligeranis lectionibus & conjecturis conferrem. Vir ille summus membranas quidem nonnullas, & alias Editiones veteres consuluerat, ut ex comparatione intelleximus; sed quas ne verbulo quidem descripsit, nedum ut locum & annum, ut par erat, Editionum indicarit. Consentiunt eæ quidem sæpe cum memoratis Editionibus Venetis, sed sæpe ab iis diversæ abeunt. Cùm verò omnes mendosissimæ sint, & imperitiâ Librariorum, potiùs quàm Criticorum, :orruptæ, ita ut videantur ex Codicibus MSS. exressæ; earum collatio nobis antiquorum Codicum ıstar fuit. Igitur ubicumque consentiebant, ac senntiam non spernendam complectebantur, eas se:uti sumus; nec contrarias *Scaligeri* conjecturas, nimè quippe necessarias, audiendas censuimus. ssentientium verò eam expressimus, quæ ad sæi Scriptorisque ingenium, & rem ipsam propiùs edere videbatur. Quòd si neque earum consenneque dissensus quidquam sani legendum præt, sed manifestò vitiosa ac sensu carentia nobis rret; *Scaligeri*, aut nostras etiam conjecturas uti eas demum sumus, quæ quàm minimè à a lectione abirent, commodissimúmque sensum

fun-

funderent. Sed in *Pedonis Albinovani* Elegia I. *Nicolai* potissimùm *Heinsii*, qui eam unà cum *Ovidio* ediderat, lectiones amplexi sumus. Utinam vir ille, restituendis Poëtis Latinis natus, utrumque hunc Poëtam integrum illustrasset! Minùs sanè laboris nobis exantlandum fuisset. Nam *Scaliger* quidem, ut ipse fatetur, ad calcem notarum in *Severum*, ita festinavit; ut mirari potiùs possis ab homine ea, quæ vides, præstita, quàm plura præstari non potuisse. Itaque utriusque notas integras sub contextu hîc habes, nisi quòd Heinsianæ nonnullæ sint in præfixas *Pedoni Curas Secundas* rejectæ; ne *Pedo*, scriptor alioqui sat luculentus, notis nimiùm onustus videretur. Utrumque quidem, & præsertim *Scaligerum*, subinde confutavimus; sed iis, ut puto, rationibus quibus nihil sani possit opponi; neque enim temere à tantis viris dissentire ausi usquam sumus. Alia si quæ admiscuimus, quales sunt notulæ aliquot *Frid. Lindenbruchii*, quæ erant in Editione Batava anni M DC XVII. ea potiùs addidimus, nequid omissum à nobis videretur, quàm quòd essent valde necessaria. Potuissent etiam omitti, sine magna Lectorum jactura, quædam eorum digressiones; sed quia erant breves, nec indoctæ, nihil resecuimus.

Cùm verò doctissimorum virorum animadversiones, quamvis omnes veræ fuissent, satis magnam lucem Poëtis nostris non fœnerarentur; præter eas, quæ lectioni constituendæ causâ, scriptæ erant, addendæ nobis fuerunt notulæ, quibus & verba & adlusiones ad antiquas historias, opiniones ac consuetudines explicarentur. Qua in re, ita versati sumus, ut primùm nihil fermè protulerimus, quod non uno aut altero exemplo, vel testimonio antiqui Scriptoris confirmaverimus; nisi res fortè ageretur, quæ in quovis Lexico posset reperiri. Ut enim doctis planè viris hæc non scribimus: sic nec prorsus imperitis,

ritis, & qui Linguæ Latinæ tirocinium nondum deposuerunt. Deinde si res à viris doctis pluribus explicata fuerit, ut cùm sermo est de ritibus ac opinionibus antiquis, de quibus de industria homines eruditi egerunt; postquàm eam exemplo uno ac altero breviter illustravimus, amandamus rem accuratiùs cognoscere cupientes ad Scriptores illos, qui eam pleniùs persequi aggressi sunt. Sic ad Elegias *Albinovani* passim funebres apud Romanos usus, quorum non exiguam partem complectuntur, paucis attigimus; amandatis lectoribus ad eos, qui de Funeribus scripserunt, indicatóque diligenter loco, in quo quod necesse erat inventuri essent. Sed & cùm *Pedo* passim ad historiam illius ævi respiciat, verbis veterum Scriptorum paucis fuit exponenda, ne, si hoc prætermitteretur, obscura esset mens Poëtæ; vel, si indicarentur tantùm loca Historicorum, verbis minimè prolatis, aut nobis non crederent ii qui nihil credunt nisi quod vident; aut sibi ea invideri quererentur, qui libros eos non habent; aut etiam indignarentur ii, quibus non vacaret, aut non placeret ea loca quærere, quamvis libris instructi essent. Verùm in hisce omnibus, quædam omissa fateor, quæ in tempore non occurrerunt; quamobrem ea rejeci in *Indices* aut in *Curas Secundas*, quò & nonnulla alia consilio sunt amandata. Si umquam fiat altera Editio, in notis contextui subjectis diligenter monebimus Lectorem quo loco *Indicis*, aut *Curarum Secundarum* possint inveniri; nunc enim nobis integrum non fuit.

Denique Interpretationem è regione contextûs addidimus, in qua quamvis à Scriptoris sententia minimè recesserimus, brevitatémque ejus imitari studuerimus, totidem tamen verba rependere noluimus, cujus rei rationem antea reddidimus. Eam autem adjecimus, non ut legeretur ab iis, à quibus

verba

verba Poëtæ, eorúmque nexus satis intelliguntur; cur enim quod bonis versibus expressum legerunt, & intellexerunt, idem frigidâ prosâ recoctum denuo manderent? Sed, ut dixi, multi sunt, qui, lectâ demum Interpretatione, Scriptoris mentem adsequuntur. Hoc auxilio indigentibus scripta est, quibus auctor sim, ut paraphrasin, si ita iis videatur, priùs legant, deinde Poëtam. Hinc enim fiet non tantùm ut clarior sed & elegantior Poëta videatur; nam præter numeros, quibus blandè afficiuntur aures nostræ, stylúmque figuris ac tropis distinctum, qualia in Interpretatione esse nequeunt; Interpres alienarum cogitationum finibus coactus, necessariò, præ Scriptore quem illustrat, friget; & ordinis, sine quo prosa vix ferri potest, gratiam facere solemus Poëtis. Itaque necesse est sordere Interpretationem collatam contextui, ac proinde eâ splendorem hujus ac elegantiam augeri; quemadmodum in pictura solent umbræ lucem addere coloribus. Ejusmodi Interpretationibus non quæritur fama eloquentiæ, quæ nulla iis inesse potest, sed Lectoris aut rudioris, aut festinantis utilitas.

Utrique Poëtæ addidi suos Indices, satis, nisi fallor, pro Poëmatum magnitudine, amplos atque accuratos. Neque enim probo eos Indices, in quibus sunt omnia omnino vocabula, & quidem solitaria. Primùm enim res ipsas non complectuntur, quæ non minùs sæpe quæruntur quàm Scriptorum voces. Deinde magni & copiosi cùm videantur, sunt re verâ inopes ac jejuni; nam tametsi habent particulas omnes orationis, etiam eas quæ passim leguntur & solito ac frequentissimo significatu proferuntur, carent tamen loquutionibus; quæ non minùs frequenter, quàm singulæ dictiones, quæruntur. Sed utiles sunt, inquies, illi Indices locum quærentibus, cujus vocem unam dumtaxat recordamur.

damur. Interdum utiles non diffiteor; si, nimirum, vox illa rariùs occurrat in Scriptore; aut si sola quæratur, nec conjuncta cum aliis; nam si frequens sit, & dumtaxat in certo quodam situ investigetur, tum verò integræ paginæ numerorum sunt sæpe evolvendæ, & id quidem interdum frustra; quem laborem quis temporis sui non prodigus ferre possit? Multò satius ergo fuisset in iis Indicibus omitti IS, ILLE, HIC, QUI, ET, SI, NUNC & similes particulas, verbum item substantivum cum suis omnibus modis ac temporibus, aliáque id genus; quibus frustra totæ implentur paginæ, nisi quæ significatio singularis eorum occurrat; contrà verò phrases omnes, quæ non sunt nimiùm frequentes, diligenter adnotari; quod in suis Indicibus viri industrii, & de litteris optimè meriti *Matthias Berneccerus* & *Joannes Freinshemius*, magna cum laude, fecerunt.

Hæc est tota instituti nostri ratio, quâ expositâ, nihil est cur Lectorem ampliùs moremur; nisi ut eum rogemus primùm quidem ut ignoscat typographicis peccatis, quorum potissima aliud agendo in *Secundis Curis* indicavimus; deinde ut, propter ea quæ cum fructu fortasse hîc legerit, hallucinationibus nostris, quas, in sat magna rerum & conjecturarum varietate, nonnullas sinedubio deprehendet, ne nimiùm indignetur. Aliis gravioribus studia nostra addixeramus, neque hæc, nisi animi recreandi causâ, attingimus; sat felices futuri, si modò recreationibus hisce nostris prodesse litterarum studiosis nonnihil possimus. Nuncquidem, si Parodiam hanc Virgiliani Catalecti usurpare licet,

*Nos ad beatos vela mittimus portus*
*Sacrûm petentes docta dicta Scriptorum,*
*Vitámque ab ista vindicabimus cura.*

# PRÆFATIO.

*Ite hinc, Camœnæ, vos quidem hinc leves, ite,*
*Dulces Camœnæ; nam fatebimur verum,*
*Dulces fuistis; & tamen meas chartas*
*Revisitote, sed pudenter & rarò.*

Hîc eram clausurus hanc Præfationem, nisi subiisset animum, fore fortasse ut nonnulli quasdam ex hisce meis notulis carpant; eò quòd ausus sim, quamvis rarò & mollioribus verbis, nescio quid in *Pedone* & in *Severo* reprehendere. Sunt enim homines, qui omnia in Veteribus admirari nos volunt, etiam repugnante rectâ Ratione; aut certè quemvis lapidem movere, ne eos ulla in re deliquisse fateri cogamur; quod est, ut eleganter loquitur *Aristides* in I. Oratione contra *Platonem*, ἀντὶ τῆς ἀληθείας ὀνόματα θαυμάζειν. Rem ipsam expendere, hoc quidem in loco, non aggrediar. Alii eam causam jam perorarunt, &, quamvis indignantibus Grammaticis, apud sapientes omnes viros obtinuerunt. Video tamen Scriptorem nuperum *Artis Criticæ*, Amstelodami anno M D CC recusæ, ad tribunal Criticorum vocatum à viro longè eruditissimo, qui *Æliani* Varias Historias nuper edidit; quod, ut ille quidem putat, *Criticæ Artis* Scriptor acerbiorem æquo censuram in *Quintum Curtium* exercuisset. Qua de re, nonnulla mihi hîc dicenda existimavi, non ut rixer cum viro, cujus dotes & eruditionem suspicio; sed ut Litterariæ, hoc est, liberæ Reipublicæ civis liberam sententiam hac de re dicam; tam enim, nisi fallor, liberum mihi est à *Curtii* patrono dissentire, quàm illi à me. Auctoritatem enim, hisce in rebus, sine rationibus nullam agnoscimus; nec, si minùs probemus aliquam cujuspiam sententiam, propterea de ejus ingenio ac doctrina, in ceteris, malè sentimus. Non sum, Dei beneficio, in eorum numero, qui dolent aliena Scripta legi & laudes in

eos

eos collatas eripi sibi existimant; aut qui Druidarum quorumdam favorem ambiunt adulationibus ac vituperatione eorum, qui sacro illi hominum generi sine causa invisi sunt; inter quos numerantur plerumque ii, qui humaniores litteras colunt, vel profitentur; nisi serviliter iis ut palpentur à se impetrare possint. Alienum pariter est à meis moribus contemtim loqui in circulis & conviviis, de viris bonis, in cujusquam gratiam; aut ex alieno judicio eligere eos, de quibus honorificè, aut secus loquar. Qui ita se gerunt viderint, quî morum suorum Deo & hominibus rationem reddere possint. Soli hîc Veritati ac Reipublicæ Litterariæ Libertati litare volo, nec virum doctissimum candorem meum ægrè laturum spero; certè non debebit, nisi quod ipsi licuit aliis illicitum esse velit, à qua opinione eum abhorrere existimo.

Negat in notis ad Cap. XXII. Lib. X. *Æliani*, se scire cui bono reprehendantur aliquando delicta Veterum, *cùm non ea utique agamus tempora, quibus periculum sit ab anxia nimiæ lectionis diligentia.* Sed id non fuit *Clerici* consilium, adolescentes à bonorum Scriptorum, aut ipsius *Curtii* lectione deterrere; nec laudes ab eo in humaniores litteras profusæ, conatúsque ad eas juvandas ac promovendas, nec exemplum etiam quidquam simile eos, qui hominem norunt, aut opuscula ejus legerunt, suspicari patiuntur. Sed cùm Philosophiam doceat, credidit sui muneris esse judicium Juventutis excolere, nec pati ab ea legi Veterum monumenta, ad instar Grammaticorum, qui nihil quærunt præter frigidam verborum & historiæ cognitionem; verùm cavere ne miraretur quæ admiratione minimè digna sunt, néve imitaretur, quæ meritò reprehendi possunt, quod sæpe fieri videmus. Idem olim consilium fuit *Plutarchi*, in aureo libello, in quo ostendit *quo*

*modo juveni audienda sint poëmata*; nec quisquam in eum propterea invectus est.

*Errores Auctorum occultari, aut dissimulari nentiquam opus, imo ineptum est; sed neque par est tam acerbo & professo investigari studio plures, quàm reverâ existunt.* Rectè sanè, sed negabit *Clericus* quidquam simile à se factum esse in *Curtium*; quem pro meritis quidem laudavit, at noluit quasi perfecti Historici exemplar haberi. Non judicavit multò benigniùs de *Floro* suo celeberrimus Criticus *Joan. Georgius Grævius*; quem tamen commendatum Juventuti sine dubio voluit. Non tantùm de *Solino*, sed & de *Plinio*, quem tanto opere illustravit, multa dixit parum honorifica *Claud. Salmasius*, cui par Criticus nemo vivit; nec tamen, nisi fortè à Pædagogis nescio quibus, invidisque hominibus propterea est vituperatus.

Sed ἀκυρολογίας reprehendit *Clericus* in *Curtio* nonnullas, qualis esset, *si locus sanus esset*, sic enim loquitur, *virtus virium*, quæ loquutio occurrit Lib. IX. c. 4. Vir eruditissimus, ut probet hoc posse dici, ea habet de significatione vocis *virtus* quæ nemo nescit; sed non profert ex ullo alio Scriptore id loquendi genus; nam locus *Plauti* Mostel. III. 1. 17. *Virtute formæ id evenit, ut te deceat quidquid habeas*; nihil habet simile. Quæritur enim exemplum, non quo constet *virtutem* sumi pro efficacia, ut in loco *Plauti*; quis enim hoc neget? sed ubi legamus *virtutem virium*; nam duas illas voces nusquam puto conjunctim lectas, nisi in eo *Curtii* loco. Non sunt aptiora verba *Sallustii*, qui de Historia agens, initio belli Jugurtini, *cujus*, inquit, *de virtute, quia multi dixere, prætereundum puto*. *Virtutes* enim Historiæ sunt ejus dotes, atque utilitates. Postea vir acutissimus: *specimen*, inquit, *hoc sit non quæsitum*, *ut vides, Lector, sed ultro oblatum illius exsibilationis*,

*quâ*

*quà Curtium excepit vir eruditus*. At præstabat, ut mihi quidem videtur, diutiùs quæsisse exemplum, & aptius protulisse; nam hoc quidem, cum bona ejus venia, nihil ad rem. Quamvis etiam immeritò loquutionem ἀκυρολογίας damnasset *Clerius*; nihil faceret hoc ad defensionem *Curtii*, à cujus manu eam non esse credit.

*Sanè*, subjicit diligentissimus Interpres Aeliani, *si eâ severitate, captando etiam minutissima quæque, cum omnibus ageretur; quid tandem foret in rebus humanis, etiam utilissimis, quod non, hinc illinc arripiendo singula & arguendo, facilè exponi ludibrio possit?* Atqui non videntur levia esse quæ à *Clerico* reprehenduntur in *Curtio*, ad artem conscribendæ Historiæ quod attinet; neque Grammatica peccata, quæ gravia esse non possiunt, nisi apud Grammaticos; sed contra Astronomiam, Geographiam ac rectam Rationem admissa, eáque crebra. Res est usque adeò perspicua, iis qui judicium de *Curtio* latum non oscitanter legerunt, ut sine pertinacia negari nequeat. Quare cordatioribus omnibus nulla *Artis Criticæ* pars probata magis est, quàm examen illud Curtianæ Historiæ, ut ex pluribus intelligere licuit. Nec omnes profectò res humanæ similes sunt operi Curtiano; quamvis vitia sint, ubicumque sunt homines. Nemo, qui quidem sapiat, seriò & ex animo *Polybium* & *Dionysium Halicarnasseum* totidem vitiis laborare ac *Curtium* dixerit; nemo sanus eos in Historiis, pro meris declamatoribus, habuerit. Quis etiam *Francisco Guicciardino*, ut de recentioribus loquar, aut *Jacobo Augusto Thuano*, si stylum excipias, *Curtium* æquiparare sustinuerit, præter Ludimagistros? Quis tot & tantorum peccatorum reos eos peragere possit? Quod de omnibus aliis præstantioribus Historicis dictum velim.

Sed vir doctissimus ad Lib. XI. c. 3. impru-

denter vult reprehensum *Curtium*, ob peccata Geographica, & præsertim quòd Parapamisadas, sub clementissimo cœli climate degentes, quasi Lappones descripserit. Ut clientem defendat, ostendit *Curtium* ex antiquioribus hæc habere, unde etiam similia hauserit *Diodorus*, qui non aliter de Paramamisadis est loquutus. Sed non agitur an *Curtius* præeuntes habuerit vanos homines; nullius enim res gestæ tot mendacia pepererunt Scripta, quàm Alexandri vita. Agitur *Curtii* peritia Geographica, quam, cùm multis aliis exemplis, ostendit *Clericus* nullam fuisse, tum etiam iis quæ habet de Parapamisadis; in quorum situ describendo nec *Curtius*, nec *Diodorus* sequi debebant tam turpiter errantes. Sat causæ est cur miremur victoriarum Alexandri portentosam rapiditatem, quamvis eas, in iis oris coërceamus intra regiones quæ sunt ad meridiem Maris Caspii, aut magis ad Septemtrionem non adsurgunt; nec opus est eum *ad gelidissimos Septemtrionis axes* pervenisse.

Vult vir doctissimus *Curtium sequi debuisse* antiquiores Scriptores; verùm an etiam errantes, ac ineptientes? An nullus adhibendus ea in re delectus, & tutus erit Historicus, si modò præeuntem aliquem habeat, vanum licèt ac mendacem? Annon poterat *Curtius* eos, quos sequutus est, emendare ex iis, quos *Plinius* vocat *mensores itinerum* Alexandri, ut Cap. VII. illius *Artis Criticæ* Sectionis, animadvertit *Clericus*? Nihil manifestius, cùm præsertim notiores essent omnes illæ regiones, tempore *Curtii*. *Si posteriores*, inquit tamen Curtii disertissimus patronus, *Geographi demisere Paropamisadas ad mollius cœlum*, *infra*, *vel extra suos montes*, *nihil hoc ad Curtium*. Imò multùm hoc ad *Curtium*, qui ex ratione itinerum Alexandri intelligere potuit Parapamisadas illos quos Macedonum Rex adiit, debuisse esse ad

meri-

æstantia deprimat, quàm contemtu digna ex-
Quod tamen consilium absit ut viro doctissi-
buam!
git nihilo seciùs tam manifesto errori patroci-
iisce verbis: *Sed & notissimum est mutatos sæpe*
*imò & ipsas sedes gentium, aliquot sæculorum*
. Non nego gentes ipsas aliò se transferre
e; sed nullâ fide Grammaticâ, si ita loqui
, transferri potest mons Parapamisus, quem
nder adiit; neque rationes itinerum ejus pla-
bari ab Historicis, sine gravi culpa, queunt.
et Parapamisus fuerit intra ejus expeditionis
um, cujus septemtrionalis terminus fuit Orxan-
iem *Tanaim* vocarunt Macedones; &, quo
o, victisque in septemtrionali ejus ripa Scy-
ontinuò ad meridianos tractus redierunt.
*cere nobis debet*, subjicit vir doctissimus, *Vete-*
*entiri Curtio.* Mihi verò non sufficit, *Curtium*
Scriptoribus, quamvis antiquis, adsensum, ma-
spium cum Euxino, vicináśque oras miscuis-

*res*, *longè major & certior illi nasceretur seges talium Notarum*. Ego verò non esse nimis acerbam puto, præsertim cùm videam esse qui gravia & aperta delicta putet posse defendi; unde magis ac magis intelligo debuisse scapham scapham vocari. Quid enim? Si quis hodie Historiam ad id exemplum scribere aggrediatur, & similia peccet, an non à *Curtii* nimiis admiratoribus, non tantùm admissis veniam, sed laudem etiam sibi jure poscet? Quis rectam Rationem, judiciúmque excolere conabitur, quibus tamen potissimùm à brutis distinguimur; si delicta contra eorum leges levissima habeantur? Non puto multos fore, inter homines liberaliùs educatos, & qui pluris judicium, quàm memoriam, faciunt; qui non malit moneri de talibus Juventutem, quàm in servili admiratione Veterum, neglectâ judicii culturâ, educari. Quod attinet ad *Censores*, ad quos hîc respicit vir celeberrimus, eos mihi ignotos esse profiteor; nec quemquam sanè umquam legi, qui *Curtium* talium delictorum insimularit, cùm esset ipse similium, vel etiam majorum reus. Itaque ad *Clericum* hæc non pertinent, quamvis nec eum, nec alios expertes omnium errorum esse putem. Sed est inter hallucinationes discrimen aliquod, nec quia aliqua in re errasti, continuò propterea es eadem notâ afficiendus, quâ quivis alius, qui errarit. Delictum, exempli causâ, Grammaticum, quidquid aliter nonnulli sentiant, non est ejusdem generis & gravitatis, ac admissum contra rectam Rationem.

Pluribus hac de re non agam, nec verbulum umquam facturus fuissem, nisi vidissem auctoritate doctissimi viri, quæ sanè in elegantioribus litteris magna est, posse nonnullos transversos agi; cùm præsertim eum laudatum à *Clerico* animadvertissent, quod meritò factum puto. Quæ hactenus dixi ea dixi, non contendendi gratiâ, sed ut uni Veritati

pa-

*dius ex Ponto Lib. IV. Ep.* 10. *quæ est ad Albinovanum.*

non dubito, cùm carmine Thesea laudes,
teriæ titulos quin tueare tuæ;
que refers imitere virum; vetat ille profectò
nquilli comitem temporis esse fidem.
iamquam est factis ingens, & conditur à te
tanto, quanto debuit ore cani.

*Ibidem Ep.* XVI.

sque Macer, sidereúsque *Pedo.*

*uintilianus Inst. Orator. Lib. X. c.* 1.

us ac *Pedo* non indigni cognitione, si vacet.

*lartialis Lib. II. Ep.* 77.

quod ignoras, Marsi, doctique *Pedonis*
e duplex unum pagina tractat opus.

*Idem Lib. V. Ep.* 5.

us & nostris, aliqua tibi parte, libellis,
*Pedo*, quâ Marsus, quaque Catullus erat.

*Sidonius Apollinaris Carm.* IX. v. 256.

cos. Ejus meminit & *Seneca*, à quo & ejus quædam afferuntur carmina, atque ea in primis quæ sunt de Germanici navigatione, quæque magno spiritu dicta fatetur. Alibi verò idem fabulatorem fuisse ait elegantissimum. Meminit hujus & *Martialis*. Exstat *Ovidii* Elegia ad hunc ipsum *Albinovanum*, ex qua colligimus eum Thesei gesta scripsisse, præter Epigrammata. Sublimem verò & altiloquum *Pedonem* fuisse ostendit idem *Ovidius*, qui propterea & alicubi *sidereum* eum appellavit. Sunt qui putent hunc eumdem Abinovanum fuisse, ad quem exstat *Horatii Flacci* Epistola; quod ut ego non refello, temporum ratione: ita non comprobo, nominis & Poëticæ differentiâ. Ille enim *Clarus Albinovanus*: hic *Albinovanus Pedo*. Hic Poëta cognoscitur: ille ex *Horatii* carmine parum videtur.

*Jos. Scaliger initio Comment. in Eleg. de morte Mæcenatis, quæ in ejus editione Elegiæ ad Liviam sunt præfixæ.*

Hoc opus Epicedium scripsit idem, qui & de morte Drusi ad Liviam, hoc est, *C. Albinovanus Pedo*. Nam sanè nimiùm sinistrè quidam judicarunt, qui id non ab ullo illius felicissimi seculi Poëta, sed ab alio potiùs qui multò posterior ætate, exercitationis gratiâ, scriptum esse contendunt. Exstiterunt & qui *Lactantio*, propter styli, si Diis placet, affinitatem, attribuerunt. Primùm ego neque *Lactantii* esse dicebam; neque verum esse, quod ipsi adstruunt, stylum similem esse Lactantiano. Aliter enim, ut ille ait, catuli longè olent, aliter sues. Deinde scriptum esse bono illo seculo, non obstare humilem καὶ λιτὴν λέξιν, non enim propterea non purè Latinam esse consequens est. Deinde in hac Elegia multa sunt cognitu digna, quæ illis Scholasticis Poëtis in mentem venire non potuissent, certò scio. Præterea de præsenti re loquitur, tamquam testis,

testis. Nam de Lollio, qui fuit amicus *Horatii*, mentionem facit, ut & propter sermones, quos de Mæcenate cum *Pedone Albinovano* ille faciebat, excitatum se ad hanc Elegiam faciendam testetur, cùm alioqui Mæcenati ipsi de facie notus non fuisset. Sic enim ait: *Nec mihi Mæcenas tecum fuit usus amici* &c. Quid quòd hujusmodi tam exactè ἐν μελέταις fingi non possunt? Quare eo sæculo scriptam esse dubitare non possumus.

*Hoc* Scaligeri *judicio certius nihil esse multò magis intelliget, qui notas utrique Elegiæ subjectas legerit.*

*Idem initio Notarum in I. Elegiam.*

Hujus quoque Elegiæ idem auctor, qui & superioris. Quamquam enim superiùs mollem virum Mæcenatem, & discinctum pari, ac ipse vixit, licentiâ; hoc est, molli ac remisso stylo prosequutus est; hîc verò principem matronam accuratiore ac graviore dicendi genere alloquitur; non tamen in omni sui dissimilis est. Quod enim hîc legitur, *Non nocuisse ulli & fortunam habuisse nocendi*, quid aliud est, quàm quod suprà dixerat:

*Omnia cùm posses tanto tum carus amico,*
*Te sentit nemo velle nocere tamen?*

Item quod hîc de Fortuna:

*Illa rapit juvenes, sustulit illa senes,*

idem extulerat de morte:

*Illa rapit juvenes, primâ florente juventâ,*
*Non oblita tamen & rapit illa senes.*

Quamquam hic, pro *sustulit*, quidam Veteres Codices habent *sustinet.* Videtur autem Neronum, vel potiùs Drusorum familiæ cliens fuisse *C. Albinovanus*, nam & is ejusdem Drusi Germanici navigationem in Oceano carmine conscripsit; cujus hodiéque fragmentum exstat. Deinde fratris Drusi comes & scriba fuit, ut ex *Horatio* odorati sumus. Quòd enim *Ovidio* hanc Elegiam attribuerunt frustra-

ſtrati ſunt, nihil enim diſſimilius. Quamquam verſiculum, qui hîc legitur:

*Altiùs & vitiis exſeruiſſe caput*,

invenias in Faſtis:

*Altiùs humanis exſeruiſſe caput.*

Sed hæc non mirabitur, qui ſcit & Tibullianum verſiculum, in *Ovidio*, reperiri:

*Cùm cecidit fato Conſul uterque pari*,

& multa talia. Quare cùm hanc opinionem ex hominum mente ſuſtulerimus, extorquenda eſt & alia quoque iis, qui putant hæc ſcripta eſſe de morte Druſi ejus, qui in Germania periit, filii; cùm contra ſit is Druſus, qui in Germania occidit. Nam cùm Livia convenit in manum mariti Auguſti, erepta priori viro Tiberio Neroni, non multò pòſt eum enixa eſt jam gravida ex priore viro, ex quo & antea Tiberium Claudium Neronem, qui poſtea rerum potitus eſt, primo partu ediderat; poſtea in domo Auguſti hunc Druſum, nullâ poſtea ſobole. Eſt ergo is Druſus frater Tiberii, qui poſtea, ut dixi, rerum potitus eſt. Is cùm, poſt partam de Suevis ac Sicambris victoriam, Conſul abſens factus eſſet, morte præventus nec triumphum, nec honorem inire potuit. Vide Epitomen *Livii* & *Dionem*. Sunt quædam pauca admodum hîc animadvertenda. In ceteris diutiùs nobis immorandum eſſe non duximus.

*Ger. Joannes Voſſius de Poëtis Latinis.*

Æqualis *Ovidio Pedo Albinovanus*, quem *ſidereum* vocat *Ovidius*, elegiâ ultimâ Ponticorum. Atque ad eumdem eſt *Ovidii* Eleg. X. ejuſdem libri, ubi inter alia hic verſus:

*Si roget hæc aliquis cur ſint narrata Pedoni.*

Unde is qui edidit Theſaurum Linguæ, ſive Romanum forum, colligit Pedonem *Ovidio Pedonium* vocari. Quod ridiculum eſt, cùm *Pedoni* ſit dandi,

di,

est locus, &, quod *Josepho Scaligero* est obscu-
n, pro *Vix*, legendum *Vir*. Scripsit quoque
avigatione Germanici, quo ex opere XXIII.
s refert *M. Seneca* Suasoria I. Etiam Epigram-
scripsisse colligitur ex *Martialis* Lib. II. Epigr.
quod est in Cosconium. At superest Elegia
in mortem Drusi Neronis, ad Liviam Augu-
, sanè elegantissima & digna *sidereo* Poëta. At
videtur, de tributa ei Elegia in obitum Mæce-
. Quare in animum inducere non possum esse
em Poëtæ, licèt non ignorem aliam fuisse
:em *Josepho Scaligero*.

*Idem de Arte Grammat.* Lib. II. c. 27.

l Poëma, ut falsò tribuatur *Ovidio*, indignum
n eo non est, ob egregia in illo ingenii lumi-
Ob quæ tam facilè *Josepho Scaligero* credimus
*Pedonis Albinovani*, quàm difficulter ei subscri-
s contendenti ejusdem *Pedonis* esse Elegiam in
m Mæcenatis. Nam quidquid vir summus
, tota penè languet, nec aliquid dignum ha-
ugustæo ævo; ut nobis quidem persuasissi-
. sit esse fœrtum Scholastici cujusdam sequioris

*rum circumstantias, quales nullæ in Scholasticis. Liquebit hoc ex notis nostris.*

*Nicol. Heinsius initio notarum ad Elegiam in mortem Drusi.*

Poëmatium hoc, quantivis pretii, & dignum Genio ac majestate sæculi Nasoniani qui primus eruit è tenebris, næ ille insignem thesaurum usibus publicis est largitus. *Pedonem Albinovanum* ejus auctorem *Scaliger* aliique constituunt. Ego, etsi nihil temerè adfirmo, videor tamen mihi non omnino falli, qui *Nasoni* hunc fœtum haud esse adscribendum arbitrer. Inscriptionem ejus, quam primæ editiones & scripti Codices constanter agnoscunt admittendam duxi, nisi quòd in iis ad *Ovidium* auctorem hæc Elegia refertur, cùm ad alium potiùs quemvis illorum temporum poëtam debuerit. Est quidem carmen longè præstantissimum indignis modis acceptum, per librariorum oscitantiam; nobis tamen vel sic curæ erit, ut aliquantò emendatius in posterum legatur; quamquam in libris vetustis minimùm præsidii fuit. Quorum unum Romæ, apud amicum, vidi; secundum Florentiæ, in Medicea Bibliotheca. Tertius & quartus penès me exstant, quorum altero heredes Combiani Venetiis me donaverunt, altero vir amicissimus Lucas Langermannus, Neapoli advecto Omnes post inventam artem typographicam exarati, & per omnia propemodum primis editionibus respondentes, quas etiam religiosè consuluimus. Interim dum subsidia majoris momenti circumspiciuntur, videamus si quid conferri à nobis possit, ad detergendos nævos, qui Scripto pulcherrimo non pauci etiamnum adhærent. In iis autem indagandis, quemadmodum non omnino infeliciter versati sumus: ita conjecturæ interdum nobis sunt subnatæ, quas *Scaligero*, *Lipsio*, *Rutgersio*, aliis in mentem ante nos venisse seriùs

cùm

cùm essemus edocti, viros tamen præstantissimos sua laude non fraudavimus; id quod suis locis, ni fallor, apparebit.

*Non intelligo quî vir acutissimus dicat se veterum Codicum inscriptionem sequi, cùm inscripserit hoc Poëma: incerti Auctoris consolatio* &c.

---

IN

# C. PEDONEM ALBINOVANUM

## CURÆ SECUNDÆ

*Ubi omissa adduntur & commissa emendantur.*

---

## IN ELEGIAM I.

VErs 5. *Nec tua te pietas*] Malim, *se distendit.* Heinsius.

Ibid. *Pios* parentes à Latinis dici, qui ἤπιοι à Græcis, multa exempla optimorum Scriptorum dubitare nos non sinunt. Sic apud *Homerum* Iliad. Θ, 40. Jupiter alloquens Minervam filiam, ἐθέλω δέ τοι ἤπιος εἶναι, *pius erga te esse volo.* Sic quoque loquitur, Iliad. X, 184. Iliados verò Ω, 770. Helena sic de Priamo:

- - - ἑκυρὸς δὲ, πατὴρ ὥς, ἤπιος αἰεί.

*socer verò, patris instar, semper erga me pius fuit.* Vide & 1 Thessal. II, 7. Quibus allata Etymologia mirè mihi confirmari videtur. *Gorallus.*

9. *Quamvis hoc contigit omnes, Alterius luctu.*] Scribe:

*Hei mihi! quàm facile est (quamvis hic contigit omnes)*
*Alterius luctu, fortia verba loqui?*

Quam-

Quamvis hic luctus omnes contingit. Viderunt ex parte veram lectionem in Variis *Rutgersius* & *Behotius* in Apophoretis. *Heinsius.*

24. *Et quoscumque coli est*] Tollendum *est*, ex fide priscarum Editionum. *Idem.* Iis quæ ad hunc versum dicta sunt, de sacris peregrinis, si satis esse non videantur, adde locum *Dionysii* Halicarnassei Lib. II. p. 91. Ed. Vechel. ὃ πάντων μάλιστα ἔγωγε τεθαύμακα, καίπερ μυρίων ὅσων εἰς τὴν πόλιν ἐληλυθότων ἐθνῶν, οἷς πολλὴ ἀνάγκη σέβειν τοὺς πατρίους θεοὺς τοῖς οἴκοθεν νομίμοις, οὐδένος εἰς ζῆλον ἐλήλυθε τῶν ξενικῶν ἐπιτηδευμάτων ἡ πόλις δημοσίᾳ, ὃ πολλαῖς ἤδη συμβέβηκε παθεῖν καὶ τὰ ἑξῆς· *quod omnium maximè miratus sum, quamvis innumeræ nationes in eam urbem convenerint, quibus necesse sit patrios Deos, domestico ritu, colere; nulla tamen peregrina sacra publicè imitatur civitas, quod multis jam urbibus accidit* &c. Gorallus.

29. *Præceptâque*] Plura hujusce vocis exempla vide, apud politissimum *Propertii* Interpretem nuperum ad Lib. IV. Eleg. II, 11. *Idem.*

34. *Colláque & os oculosque*] Libri scripti, cum priscis Editionibus, partim *ósque oculósque*, partim *os, oculos*; ut fortassis legendum sit, *hos oculos*, vel, *hoc oculos illius ore premam*; hoc meo ore premam illius oculos. *Heinsius.*

37. *Gaudia magna foves*] *Vana* omnino legendum, quod notat ex libris *Bersmannus*, nec aliter postrema Aldi. *Idem.*

39. *Veluti pars altera vestri*] Lege: *voti pars altera vestri.* Ovidius Lib. V. Fastorum:

*En ego dimidium vestri, pársque altera voti,*

idem Drusus *duplicis pars altera partûs*, non semel infra vocabitur. *Idem.*

43. *Quidque pudicitia tantum inviolata bonorum*] Locus contaminatissimus, cui utcumque consuletur, si *meruisse* pro *inviolata* reponas, quod ex ve-

teri

teri libro *Bersmannus* notat. Sed cùm nostri omnes pro vulgata lectione stent, *Bersmanno* nihil temerè hîc deferam. *Muretus* notarat in libro suo corrigendùm, *cúmque pudicitia*, sed ne sic quidem sensus constabit. Cogitabam aliquando:

*Quidque pudicitiâ tantum cumulare bonorum.*

Certè tale quid voluit auctor. *Heinsius*. Sed tu vide quæ ad hunc versum notavimus. *Gorollus*.

50. *Quámque libet citra constituisse domum*] Puto *continuisse* legendum. Continuisse te vires tuas, citra quamcumque domum. *Heinsius*.

53. *Ne quid non improba carpat*] Puto *neu quid*. Idem.

61. *Sacer ille locatus in arce*] *Sacer ipse*, priscæ editiones, cum membranis, constanter. *Idem*.

70. *Perficit officium*] *Percipit*, Lipsius ad Consolationem Senecæ ad Marciam. *Idem*.

79. *Nec tu tot verba bonorum*] Optimè avunculus meus *Joannes Rutgersius*, in variis lectionibus: *nec cui tot turba bonorum*. Atque ita tres scripti, cum veterrima Editione. Minùs bene *Scaliger*, *nam cui turba bonorum*. Heinsius. Huc facit elegantissima inscriptio Romana, in Cæsiorum ædibus, Hectori nescio cui Phrygio aurigæ consecrata, quam totam proferemus:

*Qui colitis Cybelen & qui Phryga plangitis Attin,*
*Dum vacat, & tacitâ Dyndima nocte silent;*
*Flete meos cineres; non est alienus in illis*
*Hector, & hoc tumulo Mygdonis umbra tegor.*
*Ille ego qui magni parvus cognominis heres,*
*Corpore in exiguo* RES NUMEROSA *fui.*
*Flectere doctus equos, nitidâ certare palæstrâ,*
*Ferre jocos, astu fallere, nosse fidem.*
*At tibi dent superi quantum, Domitilla, mereris,*
*Quæ facis exiguâ ne jaceamus humo.*

Quæ

Quæ quia hoc & ſequens diſtichon illuſtrant digna erant quæ hîc legerentur. *Gorallus.*

86. *Pallida promiſſâ flere per ora comâ*] Malim *ſquallida ora*, & ſequenti verſu : *profitente dolorem*, vel *prodente*. Noſter infra:

*At comitum ſquallent immiſſis ora capillis.*

Pontic. Lib. III. Eleg 4.

*Squallidus immittat fracta ſub arundine crines,*
*Rhenus* &c.

Triſt. Lib. I. El. 3.

*Squallidus, immiſſis hirta per ora comis.*

Lib. IV. Eleg. 2.

*Squallida promiſſis qui tegit ora comis.*

Faſt. III.

*Squallenti Dido ſanguinolenta comâ*

Heinſius.

88. *Quam toto luctus in orbe fuit*] *In ore* omnino ſcribendum, cum *Rutgerſio*. Idem.

91. *Affigique ſuis moriens tua pectora ſenſit*] Malim : *adfligique*, quia *fixa lumina* ſequitur. *Idem.* Propter tam levis repetitionis metum, nihil equidem mutarim; præſertim cùm *adfligere pectus pectori* non ſit loquendi genus, cujus vulgaria ſint exempla. *Gorallus.*

95. *At miſeranda parens ſuprema neque oſcula fixit*] *Fregit* duæ Editiones ex vetuſtioribus. Fortè *legit*, ut de Hecuba, Met. XIII.

*Oſculáque ore legit, conſuetáque pectora plangit.*

Sic enim veteres nonnulli libri exaratum illic exhibent. *Sumſit* tamen hîc codex unus; alii tres *figit*. An *fingit*? ut Metam. IV. de Thisbe :

*- - - gelidis in vultibus oſcula fingens.*

Sed *figere oſcula* uſitatum, nec loco movendum. *Heinſ.*

96. *Frigida nec movit membra, tremente ſinu.*] Ne dubita *fovit* reponere, vel contra libros. Quod &

*Lipſio*,

*Lipsio* in Epistolicis Quæstionibus probatur. *Tibullus* Lib. I. Eleg. 8.

*Ut molli foveat frigida membra sinu.*

& apud *Maronem* Æneïd. IV. de Anna:

*Semanimémque sinu germanam amplexa fovebat.*

Idem.

98. *Nec traxit cæcas per tua membra comas.*] *Sectas comas* corrige, atque ita idem *Lipsius*. *Ovid.* Met. III,

*Naides & sectos fratri imposuere capillos*

Statius Thebaïd. VI.

*Mœstarúmque super libamina secta comarum.*

Ita scribe, cùm vetus liber *Tiliobrogæ serta* exhibeat. Idem *Statius*. Lib. XII.

*Cæsariem ferro minuit, sectisque jacentis*
*Obnubit tenuia ora comis.*

Martialis. Lib. II. Epig. 66.

*Hoc facinus Lalage speculo, quo viderat, ulta est,*
*Cæditur & sectis icta Plecusa comis.*

Sic emendo. *Et cecidit sectis* inconcinnè illic nunc legitur. Propertii enim illa cogitabat. Lib. IV. El. 7.

*Cæditur & Lalage tortis suspensa capillis.*

Valerius Flaccus Lib. II.

*Huic Dea, cum lacrymis & nota veste Neæræ,*
*Secta genas; utinam non hic tibi nuncius essem,*
*O soror!*

Sic corrigo. Vulgò perperam *icta genas*, unde *picta* & *ficta* faciunt. Epist. OEnones:

*Et secui madidas ungue rigente genas.*

Hoc tamen loco fortasse *cæsas comas* legi sit satius, ut Mediceus liber agnoscit. *Idem.*

106. *Deflet Threicium Daulias ales Ityn*] Videtur *Pedo* hîc Ityos matrem facere Philomelam, ut & *Ovidius* in verbis ad superiorem versum allatis. Nam feritas in matrem pueri meliùs quadrare videatur, cùm eum ipsa occiderit, quàm in amitam; quamquam & hæc particeps facinoris fuit. Attamen idem

*Ovidius* in Metamorphoſibus Procnen Terei uxorem fuiſſe ſtatuit. Sed ſic ſæpe variant Poëte, ut rectè animavertit *Nicol. Heinſius*, in Epiſtolam Ulyſſis ad Penelopen v. 33. *Gorallus.*

111. *Sic & Clymeneïdes altæ*] *Alto* Rutgerſius. *Altè* libri ſcripti. Diſtingue:

*— ſic & Clymeneïdes, altè*
*Cùm juvenis patriis excidit ictus equis.*

Martialis Lib. XII. Ep. 29.

*Caſuras altè ſic rapit Iris aquas.*

Seneca Hercule Furente, Actu primo, ex veteri Codice: *altè virtus animoſa cadit*, nam *alto* nunc vulgatur. Hercule Oetæo:

*Altè illa cecidit, quæ viro caret Hercule.*

Noſter infra, ut eſt in antiquis libris:

*Impoſuit te altè Fortuna —*

& poſtea:

*Nata quod es altè —*

Heinſius.

114. *Suſpenſáſque oculis fortior ictus agit.*] Lege, *oculus fortior intus.* Vidit ex parte veram lectionem *Rutgerſius.* Idem.

120. *Tetenta*] Mendum eſt typographicum, pro *retenta.* Gorallus.

122. *Gloria confectæ, nate, parentis*] *Confectæ*; ſcilicet, mœrore. At veteres Editiones *conſpectæ.* Heinſius.

134. *Et vorat hos ipſos flamma rogúſque ſuus.*] *Evocat* libri veteres. Combianus præterea *ſinus*, pro *ſuus.* Rutgerſius, *ſuos.* Parvo negotio corrigendum:

*Et vorat hos ipſos flamma rogúſque ſinus.*

*Prudentius* περὶ στεφάνων, paſſione S. Hippolyti:

*Sit pyra, quæ multos devoret una reos.*

Et paſſione S. Romani.

*Ignis parandus jam tibi triſtis rogi*
*Qui ſine digno corpus iſtud devoret.*

Sic

Sic *edere flamma* dicebatur, pro urere. Vide not. ad Eleg. ultimam. Lib. I. Amorum. v. 41. *Idem.*

133. *Scelerata videre*] Hoc est, infelix, eâque vox sæpe in Inscriptionibus antiquis eo sensu legitur, ut viri docti observarunt. *Gorallus.*

138. *Affigoque manu*] Rectè veteres Editiones: *effingóque*, ut jam monuimus ad Epist. XX. 134. *Heinsius.*

141. *Quo primùm vidi fasces, in funere vidi*] *Quos* probè Combianus liber & vetus editio, ut & *Pithœus.* Quum, *Rutgersius.* Idem.

142. *Et vidi eversos*] *Inversos Lipsius*, & ad Catalecta *Lindenbrogius.* Nil temerè mutem. *Ovidius* in mortem Tibulli:

*Ecce puer Veneris fert eversámque pharetram.*

Heinsius. Sed vide notata ad hunc locum.

143. *Lux hæc carissima venit*] Contrarium vult Poëta. Quare *mœstissima* legendum, cum postrema Aldi. *Heinsius.*

149. *Nec cùm victorem referatur*] *Referetur* veteres. *Idem.*

161. *Quod licet, hoc certè tumulo ponemur in uno*] *O certè* scribendum videri monuimus, ad Epistolam Penelopes. v. 101. *Idem.*

163. *Miscebor cinerique cinis* &c.] Sic *Propertius* Lib. II. El. I, 85.

*Et sua cum miseræ commiscuit ossa puellæ*

Ad quem locum vide à nupero Interprete congesta, si plura talia aveas. *Gorallus.*

168. *Exsequiis caruit, Livia, pœnè suis*] *Tuis* olim legeram. Quod *Barthio* quoque in Adversariis probatum. Sed nil necesse, ut *suis* sit sibi debitis exsequiis. *Heinsius.*

10 *Inter quæque ruit*] *Inter quæ periit* verè legebat *Rutgersius.* Infra:

*Ille meus periit, periit arma inter & enses.*

*Barthius* in Adversartis: *meruit*. *Inter quaque recens*, veteres nonnulli, quod *Naugerius* sequutus. *Idem*.

172. *Et Drusum prunæ*] *Primæ* plerique veteres, nisi quòd Combianus, cum duabus vetustis Editionibus, *patriæ*, eleganter; quomodo *Andreas* quoque *Naugerius*, nitidissimi vir ingenii, & ad *Senecam Lipsius*. Idem.

177. *Consuluit fractis*] *Consul init* veteres nonnulli, probè; id quod jam ab aliis est deprehensum. *Id*.

179. *Cui figere lætus* &c] Plura hanc rem, si necesse est, suppeditabit nuperus *Propertii* interpres ad Lib. III. El. VII, 26. ubi Poëta:

*Atque onerare tuam fixa per arma domum*. Gorall.

193. *Quid ego jam credulus, inquit*] Lege cum vetustis libris: *quid ego autem credulus*. Alii, *quid ego aut*, mendosè, sed verum proximè. *Heinsius*. Sic *autem* frequenter in interrogationibus adhibetur, ut apud *Virgilium*. Æneïd. II, 101.

*Sed quid ego hæc autem nequidquam ingrata revolvo*? Gorallus.

207. *Certat onus luctu*] Imò lecti, cum uno veteri libro & *Naugerio*. Heinsius. Vide notata ad hunc versum.

211. *Tu lethum optasti*, *Diis aversantibus*, *omen par tibi*] Legendum & distinguendum aliquando videbatur hoc modo:

*Tu lethum optasti*, *Diis aversantibus omen*
*Par sibi*, *si sinerent te tua fata mori*.

Agit hoc loco, ut passim, Poëta de Augusto, tamquam de Deo. Optasti, inquit, mori, jure Diis omen aversantibus, quod & ipsis par foret ac conveniret morituris, si fata te mori sinerent. Vulgata tamen scriptura defendi potest. *Heinsius*. Imo vulgatæ scripturæ optimus est sensus, Heinsianæ conjecturæ nullus, aut perabsurdus. Vide ad eum versum notata.

215. *Quid*

... Vide notata ad hunc versum. Gorall.
*pedes exsequias reddit*] Libri veteres, *est*;
ibianum in quo *at*. Heinsius.
*horruit* ] Tres libri *abhorruit*. Unus *in-*
od *Naugerio* arridebat *Idem*.
*tulit è medio nubilus amne caput.*] *Et me-*
editiones, cum *Naugerio*. *Et tulit è me-*
mbianus Lege: *extulit è medio*. Idem.
*ruleum magnâ legit ab ore manu* ] *Cæruleo*,
ionis Gryphianæ. Lego:
*eruleo magnâ tergit ab ore manu.*
es Epistolâ.
*ssáque de nitidis tergit amoma comis.*
vide notas ad hunc versum. *Ovidii* versi-
est huic similis, neque enim idem est lo-
is *tergere amoma comis*, & *ab ore tergere co-*
posterius dixerit, prius rectum est & usi-
e magni Critici dissimilia quasi similia con-
ia emendant. *Gorallus.*
*minis ictu*] *Auctu*, Rutgersius. Ego nihil
erè, quamquam poteram *actu*. Heinsius.
*fúsque inhibebat equorum*] Quid cum equis
Unus vetus liber, *aqu .rum*, quod ex suis
*gerius*. Sed hoc iam præcessit. Locus men-



ut jam alibi non semel monuimus. *Heinsius*.

236. *Et dux pro patria, funere causa latet.*] Hæc corrupta sunt, haud dubiè. *Scaliger*:

*Et lux prob patriæ funere clausa latet.*

Veteres omnes, *funera*. Unus etiam *patriæ*, Cogitabam aliquando:

*Et lux prob patriæ lumine cassa latet.*

vel *jacet*. Sed hoc agit Mavors, ut Drusum sibi vindicet. Quare aliud quid exsculpendum. *Idem*. Vide quæ ad eum versum textui subjecta sunt.

240. *Pollice quæ certo pensa severa trahunt*] Sappho:

*Et data sunt vitæ fila severa meæ.*

Perperam igitur vetustæ editiones, in quibus:

*Impia quæ certo pollice pensa trahunt.*

Nisi *invida pensa* reponas. *Heinsius*.

248. *Nec tu, Tiberine, repugna, Irrita*] *Irrite* legendum, ut ex suis jam notavit *Naugerius*. Idem.

250. *Vade age admissis*] Mendum est typographicum, pro & *admissis*. Gorallus.

Ibid. *Admissis aquis*] *Immissis*, veteres omnes, nec damno; atque ita, ex suis, *Naugerius*. Heinsius. Sed vide notas, in quibus hæc lectio confutatur.

252. *Pendenti pumice*] Hanc loquutionem multis illustravit exemplis nuperus *Propertii* interpres ad Lib. III. El. II, 28. paritérque *Hadr. Valesii* emendationem rejecit. Gorallus.

254. *Lenta sub usque toro*] Veteres, *sibi usque*. Lege *subitque*, cum *Lipsio*, Epistolicis Quæstionibus:

*Flamma, diu cunctata caput contingere sacrum,*
*Erravit posito lenta subitque toro.*

Nisi malis, *lenta subisse*. Sic *lentus sedere* Tibullus Lib. I. Eleg. X. quod perperam mutant. *Heinsius*. Vide confutationem harum conjecturarum, in notis huic versui subjectis.

260. *Et facilis vultus*] *Faciles* vetustæ Editiones

*Hein*

*Heinsius*. Notum est adjectivorum in IS nominati-os & acusativos plurales terminatos in IS, ES & IS, ut multis ostendit Eminentiss. Cardinalis *Nori-us* ad Cenotaph. Pisana Differt IV. c. 3. Itaque est una eadem lectio, quâ nominativus pluralis significatur.

279. *Lætisque oculis, lætúsque videbo*] Ne bis idem icat, videtur scribendum:

—— *lentísque oculis, lætisque videbo.*

ic *lentum risum* dixit *Horatius* Lib. II. Od. XVI. leganter.

*Lætus in præsens animus quod ultra est*
*Oderit curare, & amara lento*
*Temperet risu.*

a codices plerique. Perperam *lætum risum* Muretus posuit, cùm lætus paullò antè præcesserit. *Heinsius*. ide quæ habent idem *Heinsius* ad Epist. Sapphûs ad haonem, vs. 169. & nuperus, idémque eruditissi-ius interpres *Propertii* ad Lib II. Eleg. XI, 14.

285. *Principiis*] Typothetarum est, pro *Principis*.

288. *Nec sua præ Templi*] *Pro Templi*, unus ex ostris, quod *Naugerio* placebat. Noster Pont. II.

*Victima pro templo cur cadat icta Jovis.*

einsius.

289. *Sæpe Nero in lacrimas*] *Illacrimans*, cum eo-m *Naugerio*, ex veteri libro. *Idem.*

294. *Invenit tota mœror in urbe locum*] *Invenit &*, ediceus. Reliqui omnes *invenit in tota*. Puto: *in-nit en tota*. Heinsius.

302. *Altera jam forti*] Lege, *tam forti*: Idem.

303. *Tu filia Cæsaris illi*] Distingue cum priscis li-is:

—— *tu filia Cæsaris: illi*
*Non minor es magni conjuge visa Jovis. Idem.*

321. *Ferienda coruscis*] *Furibunda*, prima Editio. ito *feriunda*. Sic *potiunda* & similia, apud *Ovidium*. einsius.

330. *Inter honoratos excipietur avos*] Sic apud P *pertium* Cornelia Lib. IV. Eleg. XI. vſ. ultimo, emendatione nuperi cultiſſimi Poëtæ Interpretis:

*— ſim digna merendo*
*Cujus honoratis oſſa vehantur avis.*

Cum quo loco hunc Albinovani confert. *Gorallus.*

338. *Quod ſolum domito*] Scribe *ſolus*, cum ve libro. Primo enim Druſo, inter Romanos *Germa* nomen eſt delatum. *Heinſius.*

349. *Impoſuit te alto Fortuna, locúmque tueri*] bri veteres *altè*, ut ſupra diximus: deinde, *locún tueri*, ex Combiano & priſcis Editionibus ſcril bum. *Heinſius.*

359. *Quo potes*] *Quod*, cum veteribus libris. *Ia*

356. *Quàm ſi Romanæ principis edis opus*] *Qui* veteres Editiones. Et tum ſuperiori verſu, *jam lius*, ſit legendum. *Idem.*

358. *Portitor*] Qui portorium exigebat, quaı rem *avarus* hîc dicitur, ut rectè animadvertit *Prc tii* nuperus Interpres ad Lib. IV. El. XI, 7. *ubi titor æra recepit.* Gorallus.

367. *Sed mortalis erat*] *Erit* Veteres pleri Fortè refingendum *enim*, nam *erat* jam præc *Heinſius.* Repetitio τȣ̃ *erat* elegantior multò quàm, *ſed mortalis enim.* Gorallus.

371. *Arbitriis tempus diſpenſat iniquè*] *Iniquè*, teres nonnulli. Emenda, *arbitriis iniquis.* Heinſ

382. *Geſſit & invictâ proſpera bella manu*] C libri veteres. An *geſtat tela*? Idem.

387. *Danubiúſque capax*] *Rapax* in Combiar & duabus vetuſtis editionibus. Vide notas Lib Faſtorum, vſ. 568. Sequentia valde depravata *Idem.*

391. *Et modò Germani*] *Germanus orbis* cum diceo reponatur. *Idem.*

392.

392. *Adſpice quàm meritis* ] Emendandum puto: *adſpice quod meritis culpa ſit* una minor. *Idem.*

395. *Qui dolor & menti*] *Quique dolor menti* Vetuſtæ Editiones. *Idem.*

396. *Acciperes luctus*] Lege, *accipere es*, quomodo *Rutgerſius*, neque aliter veteres libri. *Idem.*

410. *Et mergi Stygiâ nobile numen aquâ*] Lege omnino *Lumen*, & ſic una ex vetuſtis Editionibus cum *Scaligero*. Idem.

413. *Perque annos diuturnus eas fratriſque tuóſque* ] Sic *Propertius* Corneliam immaturâ morte defunctam inducit liberos adloquentem :

*Quod mihi detractum eſt veſtros accedat ad annos,*
*Prole meâ Paulum ſic juvet eſſe ſenem.*

Ad quem locum vide Interpretes. *Gorallus.*

417. *Tu tamen auſa potes tanto*, &c. ] Hæc omnia corruptiſſima ſunt. Senſus utcumque conſtabit, ſi *uſque potes*, vel *ora potes.* Heinſius.

423. *Servandi cura parentis*] Imò *ſervandæ*, ut verè Combianus & primæ Editiones. *Idem.*

437. *Conſortéſque Deæ centum* ] *Propertius* ſimiliter Lib. III. Eleg. V, 23.

*O centum æquoreæ Nereo genitore puellæ*
*Et tu materno tacta dolore Thetis.*

Gorallus.

441. *Priſca quid huc repeto?* ] *Hæc* Mediceus. *Idem.*

445. *Ipſe tibi emiſſus nebuloſum littus averni.* ] Mediceus & Combianus cum prima Editione, *nebuloſi in littore.* Rectè ſi tollas τὸ *in*, quod ſupervacuum eſt. *Idem.*

450. *Hoſtibus eveniat longa ſenecta metu* ] Scribe *meis*, etiam *Scaligero* id probante. I*dem.*

453. *Cæſaris alti* ] Hoc eſt, nobilitatis antiquæ, quod multis exemplis oſtendit nuperus *Propertii* Interpres, vir eruditiſſimus, ad Lib. II. El. I, 26. *Gorallus.*

458. *Qui fuit heu mortis*] Lege, *cui fuit*; atque ita *Lipsius* ad Tacitum. *Heinsius.*

466. *Et merui*] *Emerui*, cum Mediceo, nec aliter *Naugerius*. Sic *Ovidius* passim pro *merui*. Idem.

Ibidem. *Lacrimas elicuique Deo*] *Propertius* Eleg. ultimâ vs. 60 de Augusto:

*Ille sua nata dignam vixisse sororem*
*Increpat, & lacrimas vidimus ire Deo.*

Non mirum Augusto tribui lacrimas, nondum in Deorum numerum relato, quamvis κατὰ πρόληψιν *Deus* vocetur, cùm ipsi majorum gentium Dii, Jupiter, Juno, Venus, aliique flentes, passim apud Poëtas, inducantur, ut multis exemplis ostendit *Propertii* eruditus Interpres ad Lib. II. El. XIII, 54. Non dissimulandum tamen alios Poëtas interdum negare Deorum esse lacrimari, ut idem eorum verbis demonstravit. Sed hæc est libertas Poëtica, ut nunc ex Philosophorum saniore sententia, nunc ex Vulgi stultis opinionibus, pro arbitrio, loquantur; qua de re diximus ad vs. 469. *Gorallus.*

---

## IN ELEGIAM II.

verss. 3. E*T tam Longiùs annoso vivere dignus avo.*] Sic habet etiam Aldina Editio. *Jam* & *tam* non semel temerè sunt permista, cujus exemplum vide in hisce Curis Secundis ad vs. 302. Elegiæ I. *Gorallus.*

8. *Non oblita tamen sed rapit illa senes*] Aldina Editio habet, ut *Scaligeri* membranæ, *sed repetitque senes.* Sed propterea ei non adsentimur. *Idem.*

13. *Regis eras genus Etrusci*] Hoc est, quamvis esses antiquâ nobilitate, tantâque gratiâ apud Augustum floreres, attamen nec superbus fuisti, nec impotenter potentia tua usus es. *Propertius* Lib. III. Elegiam VII. ita orditur:

*Mæ-*

*Mæcenas eques, Etrusco de sanguine Regum,*
*Intra fortunam qui cupis esse tuam.*

Quam Elegiam præ oculis habuisse videtur noster *Albinovanus*. Idem.

29. *Quis te spoliavit.*] Non minùs rectè Aldina: *quis te violavit.*

31. *Majus erat potuisse, tamen nec velle triumphos*] *Propertius* similiter Mæcenatem laudat Lib. III. Eleg. VII, 23.

*Quum tibi Romano dominas in honore secures,*
*Et liceat medio ponere jura foro;*
*Vel tibi Medorum pugnaces ire per hostes,*
*Atque onerare tuam fixa per arma domum;*
*Et tibi ad effectum vires det Cæsar, & omni*
*Tempore tam faciles insinuentur opes.*
*Parcis & in tenues humilem te colligis umbras,*
*Velorum plenos subtrahis ipse sinus.*
*Crede mihi, magnos æquabunt ista Camillos*
*Judicia, & venies tu quoque in ora virûm.*

Idem.

47. *Fugientis terga sequutus.*] Rectè emendavit *Propertii* idem Interpres *fugientia* ad Lib. III. El. VIII, 57. quem vide. *Idem.*

54. *Dotalem stupri*] Propertius Lib. III. El. IX, 31.

*Conjugii obscæni pretium Romana poposcit*
*Mœnia, & addictos in sua regna patres.*

Ad quem locum, vide eumdem Interpretem. *Idem.*

56. *Exorientis*] Solis. Sic *Propertius* Lib. III. El. III, 49. *Quà venit exoriens, quà deficit.* Idem.

58. *Galea dulce levante*] In aliis Editionibus est *juvante*, quod mutandum censent nonnulli in *jubante*, hoc est, jubam equinam è summo cono emittente. Sic Turno, apud *Virgilium* Æneïd. VII, 785

*—— triplici crinita jubâ galea alta Chimæram.*
*Sustinet.*

Alioqui *levare* est in altum tollere. Iis quæ de galea, ca-

calicis usum præstante, ab aliis allata sunt adde exemplum Cæsaris apud *Senecam* de Beneficiis Lib.V.c.24. *Siti confectus, quia impeditus ire ad fontem non poteram, repere manibus volebam, nisi commilito homo fortis ac strenuus, aquam mihi in galea sua attulisset.* Sed hîc, ubi de Baccho agit noster, aquæ vinum substituit. *Idem.*

62. *Purpurea*] De hac voce adi, si vacat, præterea quæ habet nuperus Interpres *Propertii* ad Lib. II. El. XX, 5. *Idem.*

80. *Pede suspenso*] Levi saltando pede. Alioqui *pede suspenso* dicuntur gradi, qui lento passu progrediuntur, cavéntque sibi ne strepitum pede excitent. *Phædrus* Lib. II. Fab. IV.

*Inde evagata noctu suspenso pede*

Ad quem locum vide *Conr. Rittershusium* & *Joan. Schefferum*. Idem.

88. *Dicitur in nitidam procubuisse bovem*] 'Aldina Editio habet, cum Scaligerana membrana, *dicitur in nitidum procubuisse diem*. Idem.

90. *Vina referre Jovi*] Est quoque in Aldina *signa*, quemadmodum in *Scaligeri* membrana. *Idem.*

108. *Cyaneosque metus*] Aldina, *Cyaneos fremitus*. Idem.

112. *Colchidos herba*] Hoc est, *herbæ*. Sic & de herbis magicis *Propertius* Lib. IV. El. VII, 72.

*Si non te totum Doridos herba tenet.* Idem.

113. *Redditur arboribus florens revirentibus ætas*] Aldina: *flores revocantibus æstas*. Non malè. *Idem.*

140. *Florent*] Mendum est Typographicum, pro *forent*.

144. *Non umquam sitiens, florida semper eris*] Contraria optabant iis, quibus infensi erant. *Propertius* Lib. IV. Ep. V.

*Terra tuum spinis obducat, lena, sepulcrum,*
*Et tua, quod non vis, sentiat umbra sitim.*

Idem.

non *tibi qui moritur*, ut liquet ex adnotatione ra. Videtur *Martialis* hunc locum imitatus Epimmate LXXIII Libri IV. quod propterea inten subjiciemus.

*Cùm gravis extremas Vestinus duceret horas,*
*Et jam per Stygias esset iturus aquas,*
*Ultima volventes orabat pensa sorores,*
*Ut traherent parvâ stamina pulla morâ,*
*Jam* SIBI *defunctus, caris dum vivit amicis;*
*Moverunt tetricas tam pia vota Deas.*
*Tum largas partitus opes à luce recessit,*
*Séque mori posthac credidit ille senem.* Idem.

---

# N P. CORNELII SEVERI
# ÆTNAM
## CURÆ SECUNDÆ.

*Cœlestis rationis onus, deducere mundo*
*Aggredior, primusque novis Helicona movere*
*Cantibus.* Gorallus.

79. *Tytyon*] Imò *Tityon*. Typographicum est mendum.

99. *Idem, Terra foraminibus*] Lege: *îsdem Terra foraminibus*, &c. & præfige comma voci, *îsdem*. Idem.

153. *Summis concredere causis*] Editum oportuit *caulis*.

218. *Nunc princeps*, &c.] Pro *nunc* rectiùs legeretur *Ac*, nam sequens versus inchoatur eadem particulâ *nunc*. Idem.

231. *Hæc bissenos cita pervolet axes*] *Axes* pro orbibus, seu circulis menstruis Lunæ sumuntur. Quæ acceptio rarior est. Alias vocis significationes vide ad vs. 240. *Idem*.

261. *Fertilis hæc segetique feracior, altera viti*] In animo habuit versum *Virgilii* Georg. Lib. II, 228. ubi de ratione, quâ terras experiebantur agricolæ, agit.

*Altera frumentis quoniam favet, altera Baccho.*
*Densa magis Cereri, rarissima quæque Lyæo.*

Idem.

384. *Nunc superent, quæcumque regunt incendia silvæ*, &c.] Hic versus & sequentes duo videntur aliqua in re corrupti. Itaque sensum ex conjectura, veluti palpando, expressimus; donec ex antiquis codicibus medicina loco fiat. Sensus à *Scaligero* allatus contrarius est sententiæ Poëtæ, qui antea contendit numquam exhauriri materiam quæ in Ætna uratur. Vide vers. 365. *& seq.* Fortasse, *nunc superent*, referendum ad ventos, ita ut sensus sint, *nunc superiores sint*, aut sat vehementes. Quod si admittamus ita erit interpungendus hic locus.

*Nunc superent, quæcumque regunt incendia silvæ,*
*Quæ flammas alimenta vocant, quod nutriat Ætnam,*
*Incendi poterunt*; &c.

Vi-

Videant doctiores, aut qui antiquis hujusce Poëmatis Codicibus sunt instructi. *Idem.*

408. *Servans aciem* ]. Quid sit hîc *domus servans aciem* non intelligo, nisi *acies* significet vim ignis. In Glossis antiquis est εἵλη, hoc est, splendor & calor solis. Scio quid de cotibus habeat *Scaliger*, sed ea nihil huc faciunt. *Idem.*

421. *Nec desinit ante, Quàm levis excocto defecit robore pumex. In cinerem putresque jacet dilapsus arenas* ] Lege & interpunge hoc modo: *defectus robore pumex in cinerem*, &c. Idem.

434. *Obesa cavamine terra est.* ] Ex hoc loco liquet obesum dici ab *obedo*, hoc est, circum edo, & meritò *Aulum Gellium* observasse non tantùm pingue hac voce significari sed & gracilentum, Noctium Attic. Lib. XIX. c. VII. *Cùm ad eum* (Julium Paulum) *& apud mensam ejus audissemus legi Levii Alcestin, rediremúsque in urbem, sole jam ferè occiduo, figuras habitúsque verborum, novè aut insigniter dictorum, in Leviano illo carmine ruminabamur, & ut quæque vox indidem digna animadverti subvenerat, quâ nos quoque possemus uti, memoriæ mandabamus. Erant autem verba quæ tunc suppetebant hujuscemodi:*

Corpore, *inquit*, pectoréque undique obeso,
Ac mente exsensâ, tardigenulo senio oppressum.

*Obesum hîc notavimus, propriè magis quàm usitatè dictum, pro exili ac gracilento. Vulgus enim ἀκύρως, vel κατ' ἀντίφρασιν obesum pro pingui atque uberi dicit.* Locum *Levii* profert etiam in eumdem sensum *Nonius Marcellus*, de varia significatione sermonis. *Idem.*

482. *Facilémque sibi induit amnem* ] Adjectivum conjunctum est cum *amnem* genere & numero, cùm mente sit referendum ad *solum*, quasi dixisset Poëta: *facile solum sibi induit amnem.* Sic vs. 144. *Occultam fidem* vocat Poëta, quæ habenda est rebus occultis. *Idem.*

# CURÆ SECUNDÆ.

540. *Lentitiem plumbum non exuit?*] Annon pro *lento*, ſeu molli ac ductili, ſit liquidum? Sic Gloſſæ Veteres *lentum* μαλθακὸν, hoc eſt, molle interpretantur. *Orientius* Poëta Chriſtianus ſæculi quinti, nuper Rotomagi editus, Lib. I. Commonitorii:

*De ſaxis gemmas, aurum producis arenis,*
*Lentáque de terris igne metalla coquis.*

Quæ lectio MSS. Codd. malè à non nemine ſollicitata eſt, quaſi legendum eſſet aut *ſecta*, aut *lecta*. Idem.

571. *Cernerèque hîc fratres*] Horum monumentum etiamnum oſtendebatur *Pauſaniæ* ævo, cujus hæc verba ſunt è Bœoticis pag. 567. Ed. Hanovianæ: Ζήθῳ δὲ μνῆμα καὶ Ἀμφίονι ἐν κοινῷ γῆς χώματι ὂ μέγα: *Zetho & Amphioni monumentum eſt non magnum in communi terræ tumulo.* Inde rapiebant terram Tithorenſes, ut in ſuos agros inferrent, dum ſol eſſet in ſigno Tauri, quòd ſic crederent agros ſuos mirè fœcundari. At vetabant Thebani, quòd putarent ſuorum fertilitati detrahi quod Tithorenſibus dabatur. Hæc in ſequentibus *Pauſanias*, unde liquet cur adhuc viſeretur id monumentum. *Idem.*

573. *Invitata pio nunc carmine ſaxa*] Credulis oſtendebantur, ad Amphionis monumentum, aliquot ſaxa quæ dicebantur ex iis fuiſſe, quæ cantui Amphionis paruerant. Idem *Pauſanias* pag. 568. Τοὺς δὲ παρὰ Ἀμφίονος μνῆμα λίθους, οἳ κάτωθεν ὑποβέβληνται, μήτε ἄλλως εἰργασμένοι πρὸς τὸ ἀκριβέστατον, ἐκείνας εἶναί φασι τὰς πέτρας αἳ τῇ ὠδῇ τοῦ Ἀμφίονος ἠκολούθησαν. *Lapides ad Amphionis monumentum, qui infra jacent, neque in commodiorem formam elaborati ſunt, illas ajunt eſſe rupes, quæ cantum Amphionis ſunt ſequutæ.*

C. PED.



*pag. 1.*


NERO. CLAVDIVS DRVSVS. GERMANICVS. IMP.


T. DIVI. VESP. F. AVG. P. M. TR. P. COS. VIII. REST.
DE. GER
S C

# C. PEDONIS ALBINOVANI

QUÆ

SUPERSUNT.

# C. PEDONIS ALBINOVANI
## ELEGIA I.
# AD LIVIAM AUGUSTAM.

*De morte Drusi Neronis, filii ejus, qui in Germania morbo periit.*

VISA diu felix mater modò dicta Neronum,
  Jam tibi dimidium nominis hujus abest.
Jam legis in Drusum miserabile, Livia, carmen;
  Unum qui dicat, jam tibi, Mater, habes.
Nec tua te pietas distendit amore duorum,
  Nec, posito filî nomine, dicis: uter?
Et quisquam leges audet tibi dicere flendi!
  Et quisquam lacrimas temperat ore tuas!
Hei mihi! quàm facile est (quamvis hic contigit omnes)
Al-

NOTÆ:

Versu 1. *Mater Neronum*] Vide *Suetonium* in Tiberio C. IV. & in Claudio C. I. ac Interpretes ad ea loca. *Gerallus.*

3 *Miserabile carmen*] Ad misericordiam movendam aptum, quod sine tui commiseratione nemo legat. *Virgilius* Georg. Lib. IV, 514. de Philomela:

*Flet noctem, ramóque sedens miserabile carmen*
*Integrat, & mæstis latè loca questibus implet.*

Prava sine dubio est lectio Vossiani Codicis, qui habet *mirabile. Idem.*

5 *Pietas*] *Religio est*, inquit *Cicero* de Invent. Rhetor. Lib. II. cap. 53. *qua superioris cujusdam natura (quam divinam vocant) curam cærimoniamque affert. Pietas per quam sanguine conjunctis, patriaque benivolis officium & diligens tribuitur cultus.* Vide ejusdem Libri c. 22. Nimirum, *pius* est ab ἤπιος, *mitis, mansuetus, placatus, benignus*, quales nos decet esse erga sanguine conjunctos: & *pietas* est ab Æolico ἠπιότας, mansuetudo. Resecatur prima littera, ut simili aphæresi *dentes* sunt ab ὀδόντες, *ruo* ab ὀρύω & similia. Inde *piare Deos* est
eos

ATA diu habita es, ô Livia Tiberii Claudii Neronis & Neronis Claudii Drusi mater, ob du- hancce prolem; at hodie alter tantùm eorum es est. Nunc in Drusi mortem mœstam legis m, unúsque Tiberius te Matris nomine appel- Non ampliùs maternus amor, quo utrumque ectebaris, in duos filios dividetur; nec acceptis , in quibus filii nomen præscriptum videbis, du- poteris ab utro Neronum adferantur. Quod ta sit, ecquis tam audax est, ut sustineat luctui odum imponere, aut verbis lacrimas tuas coër- Facillimum est aliis lugentibus (quamquam pu-

dere *ἠπίους placatos*, ac *benevolos*. Dura sunt alia omnia veri- quæ viri docti commenti sunt. Idem.

*Distendit*] *Distinet*, hinc atque inde trahit. Sic apud *Livium* II. cap. 40. *Consules diversis itineribus profecti ab urbe, veluti riter bella*, distenderant *curas hominum*. Idem.

*quisquam*] Hîc & perinde est quasi εἴ τε Græcorum; hoc est, ita sint; ut Æneid. I. 52. *& quisquam numen Junonis adoret* Quod rectè conferunt viri docti cum Ovidiano versu è III

Alterius luctu, fortia verba loqui!
Scilicet, exiguo percussa es fulminis ictu,
  Fortior ut possis cladibus esse tuis!
Occidit exemplum juvenis venerabile morum,
  Maximus ille armis, maximus ille togâ.
Ille modò eripuit latebrosas hostibus Alpes,
  Et titulum belli dux, duce fratre, tulit.

Ille

## N O T Æ.

*Facile est, quisquis pedem extra mala habet, adhortari, & monere infelices.* *Dio* Historicus: ὅθεν πȢ πάνυ καλῶς εἴρηται, ὅτι ῥᾷον παραινέσαι ἑτέρȢς ἐστὶν ἢ αὐτὸν παθόντα καρτερῆσαι: *unde rectissimè dictum est, facilius esse alios adhortari, quàm ipsum perpessum patienter ferre.* Terentius: *Facilè, cùm valemus, recta consilia ægrotis damus.* Scaliger.

Ibid. *Contigit omnes*] *Contingere luctus* aliquem dicitur, eodem modo ac *contingere affinitate*; quia quos fato functi consanguinitate aut affinitate *contingebant*, ii solebant mortuos lugere. Hæc porrò Poëticâ adulandi licentiâ dicta non esse docebunt *Suetonius* initio vitæ Claudii, & *Dio* initio Libri LV. ubi funus Drusi describunt. Quibus adde *Tacitum* Ann. Lib. III. 5. *Gorallus.*

11. *Scilicet*] Ironicè ponitur *scilicet*, affirmandi particula, ut contrarium significetur, sicut apud *Terentium* And. Act. I. Sc. I, 14. *id populus curat, scilicet.* Ubi rectè à *Donato* profertur locus *Virgilii* ex Æn. IV. 379.

*Scilicet is superis labor est, ea cura quietos Sollicitat.* Vide infra v. 55. Idem.

12. *Cladibus*] Elegans metaphora, nam *clades*, ut ante *Vossium* vidit *Rob. Stephanus*, est ἀπὸ τȢ̃ κλαδεύειν, hoc est; *ramos*, seu κλάδȢς *amputare.* Ad quem significatum respexit *Livius* Lib. II. cap. 13. *Mucium dimissum*, inquit, *cui postea Scævola*, à clade *dextra manûs, cognomen inditum, legati à Porsena Romam consequuti sunt.* Liberi, nimirum, quasi *rami* parentum habentur, & morte ab truncis suis amputari censentur. *Idem.*

13 *Venerabile*] Qui, sanctitate ac gravitate senili, exemplo juvenibus erat. Nam *venerabiles* dicuntur senes, potiùs quàm juvenes. Ab ἔνος *annus*, factum videtur ἐνερὸς, *annosus*, unde mutato, pro solita Analogia, spiritu denso in Digamma Æolicum, factum *veneror*, seu ob senectutem colo, deinde simpliciter quavis de causa honoro. Sic & apud Græcos γεραρὸς, γεράσμιος, *honorandus*, & γεραίρω *honore afficio*, sub eadem radice collocantur, ac γέρων, *senex.* Idem.

14. *Maxi-*

ɔnorem confecti belli unà cum illo retulit. Dein-

*imus ille togâ* ] Non opus est monere *togâ*, quod nomen juâ Romæ per pacem utebantur, nisi tumultus bellicus, nis metus subitus exstitisset, significari pacis artes. Res nota. Sed civilis animi indicium majus edere non poterat uàm quod hisce verbis describit *Suetonius*, in quibus & gloriæ cupidissimum juvenem pingit, in Tiberio C. I. *creditur non minùs gloriosi, quàm civilis animi. Nam ex r victorias, opima quoque spolia captasse, summóque sæpiùs luces Germanorum totâ acie insectatus; nec dissimulasse umnum se Reipublicæ statum quandoque restituturum, si posset.* *ellejum Paterculum* Hist. Lib. II. p. 63. & seq. editionis Liteti. *Idem.*

*it latebrosas* &c. ] Rem narrant *Velleius* loco memorato, *us* Lib. LIV. ad an. U. C. DCCXXXIX. Primùm Rhætos ac ad Alpes Tridentinas solus aggressus erat Drusus, ut proqui docet iis victis Drusum πρῶτος στρατηγικὰς ἐπὶ τούτῳ c est, Imperatorem esse salutatum, ab exercitu, quamvis erit Augustus. Vide *Dionem* Lib. LIV. & *Tacitum* An. . 3. Deinde & Tiberius ei adjunctus bellum unà cum il-, populósque feroces aliò abduxit, relictis tantùm qui ent. Ita *Dio*. At *Velleius* unicam, utroque duce, exı memorat, ut laudem Tiberii augeat. *Idem.*

Ille genus Suevos acre, indomitósque Sycambros,
Contudit, inque fugam barbara terga dedit;
Ignotúmque tibi meruit, Romane, triumphum,
Protulit in terras imperiúmque novas.
Solvere vota Jovi, fatorum ignara tuorum
Mater, & armiferæ solvere vota Deæ;
Gradivúmque Patrem donis implere parabas,
Et quoscumque coli júsque, piúmque Deos.

Ma-

## NOTÆ.

17 *Suevos*] Gentem nobilissimam & fortissimam totius Germaniæ, de qua vide *Cæsaris* Comment. de B. G. Lib. IV. c. 1, 2, 3. & *Taciti* Germaniam Cap. XXXVIII. virorúmque doctorum congesta ad utrumque collectanea. *Idem.*

*Sycambros*] Quorum nomen variè scribitur; dicuntur enim *Sicambri*, *Sycambri*, *Sygambri*, *Sycambri* & *Sugambri*. Horum sedes primùm fuit secundùm Rhenum, ad Luppiam usque fluvium; deinde, cùm se dedidissent Tiberio, in Galliam sunt translati, ut habet *Suëtonius* in Augusto C. XXI. *Idem.*

*Inque fugam* &c.] *Suëtonius* in Claudio cap. 1. de Druso. *Hostem etiam*, inquit, *frequenter cæsum in intimas solitudines actum*, *non priùs destitit insequi*, *quàm* &c. Vide *Dionem* Libb. LIV. & LV. *Idem.*

19 *Ignotúmque tibi meruit*] Hoc est, triumphum de ignota antea gente, & Romanos etiam ignorante. *Seneca* in Consolatione ad Marciam, cap. IV. *Intraverat penitus Germaniam*, *& ibi signa Romana fixerat*, *ubi vix ullos esse Romanos notum erat.* Hæc sunt tamen hyperbolica, nam à Julii Cæsaris temporibus, fama Romanorum ad Germanos Rheni accolas pervenerat, imò & armorum timor; ut ipse Cæsar nos docuit, de B. G. Lib. I, 54. & IV, 18. *Idem.*

*Triumphum*] Non est intelligendus major triumphus, sed ovatio, de qua *Dio.* Lib. LIV. διὰ μὲν ἓν ταῦτα τάς τε ἐπινικίες τιμὰς, καὶ τὸ ἐπὶ κέλητος εἰς τὸ ἄστυ ἐλάσαι - - - ἔλαβε: *Ob hæc ornamenta triumphalia & ut singulari equo in urbem inveheretur accepit.* Idem.

20 *Terras - - - novas*] Quas nondum attigerant Romani. Contigit hoc præsertim ultimâ expeditione, in qua ad Albim usque, trajecto Visurgi, populabundus pervenit, ut docet *Dio* initio Lib. LV. *Idem.*

21 *Solvere vota Jovi* &c.] Quæ Jovi, Minervæ & Marti pro reditu filii nuncuparat. *Idem.*

23 *Gradivúmque*] *Festus* quidem & *Servius* deducunt hoc nomen à

gra-

quibus gratum erga eos animum ostenderes,

uòd *gradum inferant* qui pugnant, aut *impigrè gradian-c illuc gradiantur*; at non satis accuratè ac perspicuè raginis explicuisse videntur. Existimarim ego *gradi*, in itinorum sermone, significasse interdum idem ac frequen-*ssari*, hoc est, latrocinium exercere; quòd latrones seu uc illuc gradiantur, ut inveniant quem spolient; quod acere solent. Igitur *Pater Gradivus*, idem est ac Pater

Sic Minerva dicitur à Græcis ληϊστὶς & ἀγελεία, hoc *ix*. Idem.

Nomen est quo singulos Deos appellare consuerant, pleerationis, ut observavit dudum *Adrianus Turnebus* Ad-:11. cap. 8. Cujus rei etiam sat exemplorum suppeditabit *us* in *Thesauro*. Sed nemo meliùs rem doceat *Lactantio*, unt verba Lib. IV. Inst. Divin. cap. 3. *Omnem Deum, qui olitur, necesse est, inter sollemnes ritus, & precationes, M nuncupari; non tantum honoris gratiâ, verùm etiam ra-& antiquior esse homine & quòd vitam, salutem, victum pater. Itaque ut Jupiter à precantibus, pater vocatur & Janus & Liber & ceteri deinceps; quod Lucillius in Deo-irridet.*

nemo sit nostrûm, quin pater optimu' Divom.
Neptunu' pater, Liber, Saturnu' pater, Mars,
u'. Quirinu' pater, nomen dicatur ad unum. *Idem*.

Maternâque sacros agitabas mente triumphos,
Forsitan & curæ jam tibi currus erat.
Funera pro sacris tibi sunt ducenda triumphis,
Et tumulus Drusum, pro Jovis arce, manet.
Fingebas reducem, præceptáque mente fovebas
Gaudia & ante oculos jam tibi victor erat.
Jam veniet, jam me gratantem turba videbit,
Jam mihi pro Druso dona ferenda meo.
Obvia progrediar, felixque per oppida dicar,
Colláque & hoc oculos illius ore premam.
Talis erit, sic occurret, sic oscula junget,

Hoc

NOTÆ.

25 *Sacros* —— *triumphos*] Quibus in Capitolio sacra sollemnem in modum fieri solebant, quamobrem victimæ in pompa ducebantur, donaria templis inferenda gestabantur. Ideò etiam *Ovidius sacrum triumphum* vocat, Amor. Lib. I. El. 2. *Ergo cùm possim sacri pars esse triumphi.* Idem.

26 *Jam tibi currus erat*] Antea, ut vidimus ad v. 19. equo in Urbem invectus erat; nunc post majores relatas victorias & confectum, ut videbatur, bellum, justum Triumphum acturus erat; adeoque curru vectus urbem ingressurus. Qui hæc ignorat, adeat libellum *Onuphrii Panvinii* de Triumpho, aut ejusdem argumenti Opusculum *Jul. Cæsaris Bullingeri.* Idem.

27 *Funera* —— *ducenda*] Ut *ducere pompam* dicuntur, qui alios antecedunt: sic & *funus*, aut *exsequias* qui aliis præibant; qua de re egit *Joannes Meursius* in Libello de Funere Cap. XVIII. ubi ostendit parentes, conjuges, consanguineos & propinquos præivisse aliis, atque inde ductam loquutionem, qua utitur hic *Albinovanus*, & cujus exempla pluscula profert. *Idem.*

28 *Pro Jovis arce*] Pro Capitolio, ut illic sacra facerent & epularentur. Vide Capp. XXXIII, & XXXIV. libelli *Bullengeri* antea memorata. *Idem.*

29 *Percepta*] Lego *præceptaque mente.* Virgilius: *si lac præceperit æstus.* Scaliger.

*Ibid.* Sic edidit *Nic. Heinsius*, nec aliter debuit. Sed poterat *Scaliger* aptius exemplum verbi *præcipio* hoc significatu intellecti proferre ex *Ciceronis* Philippica XIII. cap. 20. ubi sic M. Antonius in Ep. ad *Hirtium* & *Cæsarem*: *si me rectis sensibus euntem Dii immortales*,

ut

)bviam illi ibo, urbésque Italiæ, per quas , beatam me prædicabunt cùm in ejus am-, atque oscula ruam. Ejusmodi erit ejus sic mihi occurret, sic me osculabitur, res suas

*ljuverint, vivam libenter. Sin autem aliud me fatum ma-*
*io gaudia suppliciorum vestrorum.* Sic verò respondet di-
Romuli nepotum: Præcipias *licet* gaudia, *non enim tibi*
*anis, sed cum universa Republica bellum est.* Gorallus.

*veniet*] In reditu ipso mortuus est Drusus. Cùm enim ad
venisset, frustraque fluvium trajicere tentasset, tropæis
recessit; quòd, ut aiebant, species barbaræ mulieris hu-
ior victorem tendere ultra sermone Latino prohibuisset.
ii fidem non abrogat *Dio*, qui subjicit: παραχρῆμα γὰρ
ἤδη τε ὑποςρέψαντος αὐτοῦ, καὶ ἐν τῇ ὁδῷ νόσῳ τινὶ,
ὶν Ῥῆνον ἐλθεῖν, τελευτήσαντος: *nam & continuò retro*
*cæpit & in itinere, priusquàm Rhenum attingeret, morbo*
em.

*atantem*] Hoc est, illi & Diis gratulantem, seu verbis
n quàm gratus sit mihi ejus reditus, Diisque gratias pro-
:em. *Livius* Lib. VII. cap. 13. sic milites inducit allo-
ctatorem Sulpicium: *Te, Imperator, milites tui oramus,*
*uandi copiam facias. Cùm vincere cupimus, tum, duce te,*
*lauream insignem deferre, tecum triumphantes urbem ini-*

Hoc mihi narrabit, sic prior ipsa loquar.
Gaudia vana foves, spem pone; miserrima, falsam
Desine de Druso læta referre tuo.
Cæsaris illud opus, voti pars altera vestri,
Occidit: indignas, Livia, solve comas.
Quid tibi nunc mores prosunt, actúmque pudicè
Omne ævum & tanto tam placuisse viro?
Quidque pudicitiæ turba inviolata bonorum,
Ultima sit laudes inter ut illa tuas?
Quid tenuisse animum contra sua sæcula rectum,

Al

## NOTÆ.

38 *Læta referre*] Narrare. *Idem.*

39. *Cæsaris illud opus*] Ita vocat institutum & formatum à Cæsar In Mæcenatis Epicedio:

*Et magnum magni Cæsaris illud opus.*

Ergo se ipse imitatur. *Scaliger. Ibid.* De Bruto quidem ita loquitu in Epicedio Mæcenatis, quem Serviliæ natum, ex consuetudine Cæ saris, multi suspicabantur; hîc verò de Druso, de quo ita *Suetonius* initio vitæ Claudii: *Patrem Claudii Cæsaris Drusum, olim Decimum mox Neronem prænomine, Livia, cùm Augusto gravida nupsisset, in tra mensem tertium peperit; fuitque suspicio ex vitrico, per adulteri consuetudinem, procreatum.* Gorallus.

Ibid. *Voti pars altera vestri*] Inter quem & Tiberium partiebamin vota. *Votum* ergo dicitur is, pro quo vota nuncupabantur. *Idem.*

40 *Indignas*] Quæ indignæ erant quæ solverentur. De more sol vendarum comarum in funere, adi *Ioan Meursium* de Funere c. XXII *Idem.*

41 *Quid tibi nunc mores* &c.] Hoc est, virtutes. Vide infra v. 51 Omnia plena sunt ejusmodi quæstibus de inutilitate virtutis, in Vete rum Scriptis, qui in hac vita præmia ei esse volebant. *Idem.*

*Actúmque pudicè*] Adulatur. Vide ad v. 39. *Idem.*

42 *Omne ævum*] Tota vita. Sic *αἰὼν*, unde Latina vox, passim apud Græcos, pro *vita.* Idem.

43 *Quidque pudicitiæ turba*] Legebatur *quidque pudicitia tantum* nullo planè sensu; sed primùm legendum *pudicitiæ* ostendit verbun *prosunt*, ex vs. 41. ἀπὸ τοῦ κοινοῦ necessariò repetendum. Deind *liquidum erat sequi* oportere nomen substantivum, quod in sylla ban

ſuas geſtas ſic mihi narrabit, hiſce verbis eum prior ſalutabo. Verùm, ô infelix Livia, fallax hæc erat tua lætitia, inanis ſpes animo ejicienda fuit, lætos de Druſo tuo nuncios omittere neceſſe habuiſti. Adoleſcens ille tantâ curâ ab Auguſto formatus atque educatus, inter quem & fratrem vota veſtra dividebatis, 40 obiit; quare, ô Livia, quamquam indigna tali calamitate, ſolutâ comâ eum lugeto. Quid tibi proſunt ſancti mores, vitáque caſtiſſimè exacta, & conſtantiſſimus Auguſti erga te amor? Quid pudicitiam juverunt tot aliæ virtutes, nullo umquam turpi facto à te violatæ, ita ut ne pudicitia quidem ipſa ſit inter potiſſimas dotes tuas; cùm non obſtiterint quominus Dii à te filium abſtulerint.
45 Quid tibi profuit, in vitiorum fluctibus, quibus hæc

bam unam reſolveretur, quod regeret genitivum *bonorum*, conveniretque genere cum adjectivo *inviolata*. Quænam verò hæc erat vox? An *tantum*? Minimè ſanè; ideoque locus pro conclamato habebatur. Nos verò ex ipſius Poëtæ ſtylo, ac re ipſa, ſubſtituimus *turba*, qua in voce omnia ſunt quæ poſtulabantur à conſtructione. Sic infra v. 79. *turba bonorum*, pro magno virtutum numero, ut rectè emendavit vir ſummus. *Idem.*

*Bonorum*] Integra loquutio eſt *bonorum animi*, quæ eſt virtutum circumloquutio. *Horatius* Lib. I. Sat. III, 70.

*Nam vitiis nemo ſine naſcitur, optimus ille eſt*
*Qui minimis urgetur; amicus dulcis, ut æquum eſt,*
*Cum mea compenſet vitiis bona.*

Turba autem *inviolata bonorum*, eſt ingens numerus virtutum, pravo nullo facinore violatarum, ſeu inquinatarum. Has pudicitiæ Liviæ quidquam profuiſſe negat, quia non effecerant ut Dii, in tantæ & tam ornatæ pudicitiæ honorem, Druſum ſervaſſent. *Idem.*

44 *Ultima ſit laudes* &c.] Ut minima ſit virtutum, quæ in te laudantur. *Horatius* Lib. I. Ep. XVII, 35.

*Principibus placuiſſe viris non ultima laus eſt.*

45 *Contra ſua ſæcula rectum*] Eſt metaphora à clavo navis deducta, quem contra irruentes fluctus rectum tenet nauta. *Quintilianus* Lib. II. cap. 17. *Gubernator vult, ſalvâ nave, in portum pervenire. Si tamen tempeſtate fuerit abreptus, non ideò minùs erit gubernator, dicetque notum illud: dum clavum rectum teneam.* Vide *Deſid. Eraſmi* Chiliad. III. Cent. I. *Ad. 28.* *Idem.*

46 Altius

Altiùs & vitiis exſeruiſſe caput?
Nec nocuiſſe ulli & fortunam habuiſſe nocendi?
Nec quemquam nervos extimuiſſe tuos?
Nec vires erraſſe tuas, campóque, foróque,
Quámque libet citra conſtituiſſe domum?
Nempe, per hos etiam Fortunæ injuria mores
Regnat, & incertâ eſt hîc quoque nixa rotâ.
Hîc quoque ſentitur; ne quid non improba carpat,
Sæ-

NOTÆ.

46 *Altiùs & vitiis exſeruiſſe caput*] Tranſlatio petita ab eo, qui in mare demerſus caput tamen exſereret, undis immerſabile. Sic loquutus & *Ovidius* Faſtor. Lib. I. ubi de Aſtronomis:

*Credibile eſt illos pariter vitiiſque, lociſque*
*Altiùs humanis exſeruiſſe caput.* Idem.

47 *Fortunam habuiſſe nocendi*] Hoc eſt, ad eam fortunam cùm perveniſſes, in qua impune nocere potuiſti, attamen nulli nocere voluiſti. Similem ſententiam habet *Pedo* Eleg. II, 15. ubi vide notata. *Idem.*

48 *Nervos*] Hoc eſt, vires, ſeu potentiam. Nihil eſt frequentius. *Idem.*

49 *Nec vires campo*] Significat Comitia libera Populo Romano relicta, nec vi extortas electiones Magiſtratuum. Non tamen hoc ita intelligendum, quaſi Populo Romano antiquum jus electionum illibatum fuerit. C. Julius Cæſar Dictator *Comitia*, ut docet *Suetonius* Cap. XLI. ejus vitæ, *cum populo partitus eſt, ut, exceptis Conſulatûs competitoribus, de cetero numero Candidatorum, pro parte dimidia, quos populus vellet, pronunciarentur, pro parte altera quos ipſe edidiſſet. Edebat per libellos, circum Tribus miſſos, ſcripturâ brevi:* Cæſar Dictator illi Tribui. Commendo vobis illum & illum, ut veſtro ſuffragio ſuam dignitatem teneant. *Admiſit ad honores* &c. Hæc forma Comitiorum, cùm per bella civilia & Trium Virorum tyrannidem turbata fuiſſet, ab Auguſto eſt inſtaurata, ut idem Scriptor docet, Auguſti, cap. XL. *Comitiorum*, inquit, *priſtinum jus reduxit*; ad quem locum vide *Iſ. Caſauboni* notas, ubi ex *Dione* oſtendit *jus priſtinum* eſſe jus non antiquum, ſed à Julio Cæſare antea conſtitutum. Si quis autem ignoraret Comitia, eligendorum Magiſtratuum cauſâ, in Campo Martio habita fuiſſe, eum amandarem
ad

hæc ætas inundatur, rectum clavum tenuisse, superioremque omnibus eorum illecebris fuisse ? Quid te juvit clementia, quâ, tametsi impunè nocere poteras, neminem tamen umquam injuriâ afficere sustinuisti; ita ut causa nulla fuerit, cur quisquam potentiam tuam timeret ? Quid emolumenti ad te rediit, ob animi civilitatem, quâ & Magistratus à populo liberè creari, & jus à Prætoribus dici, nulla vi adhibitâ, 50 civésque omnes tranquillè facultatibus suis uti passa es ? Fortuna tot & tantis virtutibus æquior propterea non fuit, ostenditque, etiam in te, incertissima esse sua munera. Vim ejus tu quoque sensisti, & ne quid esset, quod non adimeret,

ad *P. Manutium* de Comitiis Rom. Cap. VII. & *Nicol. Gruchium* Lib. I. cap. v. *Idem.*

*Foróque*] Libera hic significat judicia, nec auctoritate Augustæ turbata. Suetonius in Augusto cap. LVI. *Testem se in judiciis & interrogari & refelli æquissimo animo patiebatur.* Paullò pòst: *Amicos ita magnos & potentes in civitate esse voluit, ut tamen pari jure essent, quo ceteri, legibúsque judiciariis æquè tenerentur.* Sequentia apud ipsum Scriptorem vide, civilis animi in Augusto clara indicia; sed quæ non pertinent ad Liviæ laudes, nisi statuamus numquam esse conatam Augustum à tam laudabili proposito deducere, sed viri rectè facta ac instituta probasse. Quod si verum est, laudum viri particeps sit necesse est; sin minùs, dum *Pedo* adularetur uxori, virum merito laudabat. *Idem.*

50 *Quamque libet citra* &c.] Hoc est, nulli domui vim illatam esse; nempe, ex quo Augustus rerum solus potitus est. *Citra* opponitur hic τῷ *intra*, perindéque est ac si *Pedo* diceret vires, seu copias Augusti nullas in ædes irrupisse, sed citra parietum & murorum terminos semper constitisse; hoc est, nihil vi actum esse, sed legibus omnia. Exempla clementiæ Augusti vide in libris *Senecæ* de Ira & Clementia. *Idem.*

51 *Per hos — mores*] Quamvis hæ virtutes sint Augusti & Liviæ. Vide v. 41. *Idem.*

*Fortunæ iniuria*] Hoc est, iniquitas Fortunæ, quamquam *injuria* de singulari iniquo facinore frequentiùs dicitur. Ceterùm Fortuna figmentum est humani ingenii, adversus quod querelas effundit, quibus Numen ipsum appetere non audet, & delicta sua tribuit. Vide quæ hæc de re habet *Joan. Clericus* Artis Criticæ. P. 2. S. I. c. 9. *Idem.*

54 In-

Sævit; & injuſtum jus ſibi ubique facit.
Scilicet, immunis ſi luctûs una fuiſſet
Livia, Fortunæ regna minora forent!
Quid ſi non habitu ſic ſe geſſiſſet in omni,
Ut ſua non eſſent invidioſa bona?
Cæſaris adde domum, quæ certè funeris expers
Debuit humanis altior eſſe malis.
Ille vigil, ſumma ſacer ille locatus in arce,
Res hominum ex tuto cernere dignus erat;
Nec fleri ipſe ſuis, nec quemquam flere ſuorum,
Nec, quæ nos patimur vulgus, & ipſe pati.
Vidimus ereptâ mœrentem ſtirpe ſororis.

Luctus,

NOTÆ.

54 *Injuſtum jus*] *Ius* hîc poteſtatem ſonat, quæ injuſta eſſe poteſt; non τὸ δίκαιον, quod immutabile eſt. Sic Prætor *jus dicere* dicebatur etiam cùm contra leges & æquitatem judicaret, quòd accepta à populo judicandi poteſtate abuteretur. *Paulus* Juriſconſultus aliter Digg. Lib. I. Tit. I. de Juſtitia & Jure l. XI. *Prætor quoque* jus reddere *dicitur, etiam cùm iniquè decernit; relatione, ſcilicet, factâ non ad id quod Prætor facit, ſed ad illud quod Prætorem facere convenit.* Hoc demum eſt *jus injuſtum.* Idem.

55 *Scilicet*] Ironia, quæ vim negationis obtinet, ut ſupra v. 11.

57 *Habitu*] Habitus non modò ſtatum, formam, conditionémque animi, corporis & veſtium ſonat, verùm etiam fortunarum. *Horatius* de Arte Poëtica, v. 108.

*Format enim natura priùs nos intus ad omnem*
*Fortunarum habitum.*

Vult ergo *Pedo* ita ſe geſſiſſe *Liviam*, ut nullus ei magis invideret, ad ſummam dignitatem evectæ, quàm antea in tenuïore ſorte inviderat. *Idem.*

58 *Invidioſa*] Quæ illi invidiam & odium hominum crearent, quod ſummâ comitate adſequuta erat. *Tacitus* Annal. Lib. I. cap. 5. *Sanctitate domûs priſcum ad morem, comis ultra quàm antiquis feminis probatum, mater impotens, uxor facilis* &c. Idem.

59 *Cæſaris adde domum* &c.] Pudenda adulatio in domum, quam Romanis ſatius fuiſſet numquam in rerum natura fuiſſe. Sed ut Romanorum effrenis fuerat libertas, dum Reſpublica ſtetit: ita & adula-

ret, in te, ablato filio, crudelem se præbuit, iniquáque omnia miscendi facultate abusa est. Quasi verò, si una Livia mœroris exsors esset, minus regnum ejus in mortales fuisset! Quid aliud factura erat, si Livia ita se in quacumque sorte non gessisset, ut nemo ejus opibus invidere posset? Adde quòd ab Augusto ducta erat, cujus domum funeris expertem esse decebat; hominum quippe malis omnibus jure superiorem. Cùm humani generis sit custos, & veluti in rerum humanarum arce collocatus; ex tanto fastigio, res humanas ab eo tutò despici æquum erat. Nefas esse debuit aut ipsum à suis lugeri, aut ab eo suos defleri; ac, uno verbo ut omnia complectar, iisdem calamitatibus, ac hominum vulgus, obnoxium esse. Contraria tamen omnia

adulatio sine modo fuit, postquàm uni parere coacti sunt. Qua in re, Poëtæ præsertim pudendum ceteris exemplum præbuerunt. *Idem.*

61 *Ille vigil*] Hoc est, custos qui, ceteris quiescentibus, Reipublicæ negotiis intentus cavet ne quid detrimenti capiat. Æquales Poëtæ propterea Augustum *Romulæ gentis* & *rerum custodem* vocitabant. Vide *Horatium* Lib. IV. Od. 5. & 15. Hinc *Ciceroni* Phil. I, 1. cura Reipublicæ est *vigilia consularis ac senatoria.* Vide & Phil. XII, 10. Noster, Eleg. II, 54. *tu vigil urbis eras.* Idem.

*Summa locatus in arce*] Ut vigiles in summis arcibus collocabantur, qui latè prospicerent, si quid insidiarum alicunde exoriretur: sic Cæsar, qui summæ rerum præerat, è longinquo omnia providebat. Alioqui regnum Augusti posset significari, Regum enim aut Tyrannorum erat arcem occupare, vel tenere. *Asconius* ad Divinationem *Ciceronis* cap. V. *Arx vel sedes tyranni dicitur, ut sæpe alibi, vel editus in civitate, & munitior ad salutem civium locus, ut Virgilius:* Quo res summa loco, Pantheu? quam prendimus arcem? *Ergo primæ spes in muris est, secunda in arce, si muros hostis irruperit.* Præterea *sacer* hìc dicitur Augustus, quasi Deus, quorum Templa vulgo in arcibus locata, ut Jovis in Capitolio Romæ, Minervæ in arce Athenis, &c. *Idem.*

65 *Erepta mærentem stirpe sororis*] M. Marcello Octaviæ filio, qui obiit Cæs. Augusto XI & Cn. Calpurnio Pisone Coss. anno U. C. DCCXXXI. Vide *Dionem* Lib. LIII. cujus hæc sunt verba de Marcello: αὐτὸν ὁ Αὔγουστος δημοσίᾳ τε ἔθαψεν ἐπαινέσας, ὥσπερ εἰώθει — τῇ τε μνήμῃ τοῦ θεάτρου τοῦ προκαταβληθέντος μὲν ὑπὸ

τοῦ

Luctus, ut in Druso, publicus ille fuit.
Condidit Agrippam, quo te, Marcelle, sepulcro
Et cepit generos jam locus ille duos.
Vix posito Agrippâ, tumuli bene janua clausa est;
Perficit officium funeris, ecce, soror.
Ecce, ter ante datis, jactura novissima Drusus
A magno lacrimas Cæsare quartus habet.
Claudite jam, Parcæ, nimiùm reserata sepulcra,
Claudite; plus justo nam domus ista patet.

Cedis

NOTÆ.

τοῦ Καίσαρος, Μαρκέλλου δὲ ὠνομασμένου ἐτίμησε· καὶ οἱ καὶ εἰκόνα χρυσῆν, καὶ στέφανον χρυσοῦν, δίφρον τε ἀρχικὸν εἴς τε τὸ θέατρον ἐν τῇ τῶν Ῥωμαίων πανηγύρει ἐσφέρεσθαι καὶ ἐς τὸ μέσον τῶν ἀρχόντων τῶν τελούντων αὐτὰ τίθεσθαι ἐκέλευσε: *eum Augustus publicè, pro more laudatum, sepeliit — memoriáque eum theatri ejus, quod ante cœptum à Cæsare Marcelli dictum est, honestavit; jussitque ludis Romanis imaginem Marcelli auream, aureamque coronam & sellam curulem in theatrum inferri, mediámque inter præfectos iis ludis Magistratus collocari.* Idem.

66 *Luctus ut in Druso* &c.] Vide ad vs. antecedentem. *Servius* ad Æneid. VI, 86. Ubi Poëta Marcelli laudes inchoat: *Hujus,* inquit, *mortem vehementer civitas doluit. Nam & affabilis fuit & Augusti filius. Ad funeris hujus honorem sexcentos lectos intrare civitatem jussit; hoc enim apud Majores gloriosum fuerat. Etiam dabatur pro qualitate fortunæ, nam Sulla sex millia habuit. Igitur cum ingenti pompa relatus & in campo Martio est sepultus.* Idem.

67 *Condidit Agrippam* &c.] *Dio* inter verba allata de Marcello ad vs. 67. καὶ ἐς τὸ μνημεῖον ὃ ᾠκοδόμει τότε κατέθετο: *in sepulcrum, quod ædificabatur, condidit.* Libro verò LIV. de Agrippa: τὴν ἐκφορὰν αὐτοῦ ἐν τῷ τόπῳ, ἐν ᾧ καὶ αὐτὸς μετὰ ταῦτα ἐξηνέχθη, ἐποιήσατο, καὶ αὐτὸν ἐν τῷ ἑαυτοῦ μνημείῳ ἔθαψε: *funus ejus extulit in eumdem locum, in quem ipse illatus est, eumque in suo monumento sepeliit.* Anno U.C. DCCXLII. Idem.

68 *Cepit generos*] Mortuo enim Marcello, Augustus Juliam Agrippæ collocaverat, ut omnes norunt. Vide *Dionem* Lib. LIII. *Idem.*

69 *Vix posito Agrippa*] Hoc est, sepulto. Alioqui *positus*, & *compositus* simpliciter mortuum sonat, quod mortui *ponantur* aut *componantur* sepulcro. Anna ad Didonem in busto jacentem Lib. IV. 681. *Sic te ut positâ, crudelis, abessem.* Ubi Servius: *exanimata,*

*Sta-*

Mausoleum habuit. Anno verò post Agrippæ
m, sepulcri tertiùm janua 70 reserata est, ut ei
ntur Octaviæ sororis cineres. Nunc autem,
ria carissima capita sepulcro illata, amissus,
loco, Drusus lacrimas Augusto elicit. Tu-
n tandem, ô Parcæ, crebrò nimis apertum
e; plus æquo æterna illa patuit domus.
75 Ab-

posítusque beatâ morte pater. *Vix positus* fuisse hîc Agrip-
ur, cùm mortua est Octavia, quia anno sequente, U.C.
III, mortua est. *Dio*, memoratis ejus anni gestis: Ἐν δὲ τῷ
νῳ τήν τε Ἰουλίαν τῷ Τιβερίῳ συνῴκισε, καὶ τὴν Ὀκ-
τὴν ἀδελφὴν ἀποθανοῦσαν προέθετο ἐπὶ τοῦ Ἰουλίου ἡρώου,
ξας: *illo anno & Iuliam Tiberio collocavit, & Octaviam so-
ortuam proposuit in sacrario Iulio* &c. Idem.
*rficit officium funeris*] Est ἄκυρον, neque enim mortuus, sed
mo justa facit *perficit officium funeris*. Sed Poëtis ut talis
nus facit adstricta numeris oratio. Possimus tamen legere
Idem.
*r ante datis*] Hoc est, tribus ante Orco datis, vel ter sepul-
Augusti consanguineis ac propinquis. *Ovidius* Metam. II.
tura Phaëtontis:

*Naïades Hesperia trifidâ fumantia flammâ*
*Corpora dant tumulo.* Idem.

Cedis; & in cassum tua nomina, Druse, levantur.
Ultima sit fati hæc summa querela tui.
Iste potest implere dolor vel sæcula tota,
Et magni luctûs obtinuisse locum.
Multi in te amissi; nec, cui tot turba bonorum,
Omnis cui virtus contigit, unus eras.
Nec genetrice tuâ fœcundior ulla parentum,
Tot bona per partus quæ dedit una duos.
Heu! par illud ubi est totidem virtutibus æquum?
Et concors pietas, nec dubitatus amor?
Vidimus attonitum fraternâ morte Neronem
Squal-

NOTÆ.

75 *Cedis*] Nimirum, *è vita*, quod frequens apud *Ciceronem* & alios. *Idem.*

*Et in cassum tua nomina* &c.] In cassum & frustra Consul inscriberis. Infra:

*Nunc primùm adspiceris Consul, victórque parenti*
*Sic mihi, sic misera nomina tanta refers.*

Scaliger.

*Tua nomina levantur*] Attollitur nomen tuum, Consulis titulo addito, inscriptum imaginibus præliorum, populorúmque devictorum; qualia fercula contis & plaustris ab omnibus conspicienda altè ferebantur. Vide laudatum antea *I. C. Bullingerum* de Triumphis, cap. XXVI. *Gorallus.*

77 *Iste potest implere* &c.] Satis habemus, quod vel per integrum sæculum fleamus, quamvis nullus alius intercederet luctus. *Idem.*

79 *Multi in te amissi*] Quòd, nimirum, esset ϖολλῶν ἀντάξιος ἄλλων, ut Homericis verbis utar, seu multis aliis æquiparandus, ut sequentia docent. *Idem.*

Ibid. *Nec cui tot verba bonorum*] Lege:

——— *nam cui tot turba bonorum,*
*Omnis cui virtus, contigit unus eras*

Scaliger.

*Ibidem.* Nemo non laudavit mutationem vocis *verba* in *turba*, quam meritò in contextum admisit *Nic. Heinsius.* Sed fallitur vir summus, cùm pro negatione legit *nam.* Sequentia non patiuntur nos hac de re dubitare, quam paraphrasi satis expressam non repetemus. Vide dicta ad v. 43. & 82. *Gorallus.*

82 *Tot*

75 Abiſti, ô Druſe, & fruſtra nomen tuum Conſulis titulo cohoneſtatur; at hæc juſtiſſima, de acerbo hoc tuo fato, querela, ultima tandem ſit quam domus Auguſta effundere cogatur. Luctus, quo tuam mortem proſequimur, animos noſtros vel per totum ſæculum occupare poſſit & quaſi recens per multos annos renovari. Non unum virum, te defuncto, amiſimus; multorum enim loco nobis eras,
80 cui obtigerant tot virtutes, ut vel multos ornare potuiſſent Nulla mater fœcundior haberi potuit Liviâ, quæ bis dumtaxat enixa filios tot virtutibus ornatos peperit. Interiit, alterâ ſui parte, par illud fratrum, omni virtutum genere parium, & fraternâ pietate invicem certantium.
85 Vidimus Tiberium, ob

82 *Tot bona*] Tot virtutibus ornatos filios duos peperit, ut iis ſolis vel multò plures inſignes fieri poſſent. Audi *Velleium* Lib. II. de Druſo ſolo: pag. 63. Ed. Lipſianæ Moreti. *Cura deinde atque onus Germanici belli delegata Druſo Claudio, fratri Neronis, adoleſcenti tot, tantarúmque virtutum, quot & quantas natura mortalis recipit, vel induſtria perficit; cujus ingenium utrum bellicis magis operibus, an civilibus ſuffecerit artibus in incerto eſt. Morum certè dulcedo ac ſuavitas, & adverſus amicos æqua ac par ſui æſtimatio inimitabilis fuiſſe dicitur.* Idem.

83 *Par illud*] Unus enim dumtaxat ſupererat. *Idem.*

84 *Concors pietas*] Hoc eſt, & erga parentes, & erga ſe invicem. Vide ad v. 5. *Idem.*

*Nec dubitatus amor*] Nec dubius. Sic *Ovidius* Lib. II. Metam. haud procul ab initio fabulæ Phaëthontis:

*Venit & intravit dubitati tecta parentis.*

Attamen quibus poſtea innotuit ingenium Tiberii, ſimulantis ac diſſimulantis omnia, ii poterunt dubitare an fratrem verè amaret; cujus filium Germanicum, quem ſe amare fingebat, ſummo odio proſecutus eſt Verum nondum eo tempore, quo hæc ſcripta ſunt, ita innotuerant Tiberii vitia. *Idem.*

85 *Attonitum fraternâ morte*] Notum eſt voce *attonitus* ſignificari hominem ſtupentem præ vehementi quapiam admiratione, metu, aut alia animi perturbatione: quemadmodum qui audito tonitru fulmine feriuntur, aut afflantur. At hîc ſimpliciter deſignat, præ doloris magnitudine, ſtupentem. *Nimirum, curæ leves loquuntur,*

 in-

Squallida promissâ flere per ora comâ,
Dissimilémque sui vultu profitente dolorem;
Hei mihi! quàm toto luctus in ore fuit?
Tu tamen, extremo moriturum tempore, fratrem
Vidisti, lacrimas vidit & ille tuas.
Affigique suis moriens tua pectora sensit,
Et tenuit vultu lumina fixa tuo,
Lumina cæruleâ jam jámque natantia morte,
Lumina fraternas jam subitura manus.
At miseranda parens suprema neque oscula fixit,
Frigida nec fovit membra, tremente sinu.

Non

NOTÆ.

*ingentes stupent.* *Ovidius* Metamorph. V. de Cerere, cùm audisset filiam à Plutone raptum:

*Mater ad auditas stupuit, ceu saxea, voces*
*Attonitaque diu similis fuit.* Idem.

86 *Squallida promissâ flere per ora comâ*] Squallorem & intonsas comas, in viris, fuisse luctûs & calamitatis indicia nemo nescit. Eodem, nempe, habitu lugebant fato functos, quo reorum periculum deprecabantur. Sic M. *Terentius Varro*, ut lugeret eos qui Cannis ipsius culpâ perierant, *barbam capillúmque submisit*, ut docet *Frontinus* Stratag. Lib. IV. cap. 5. Sic Julius Cæsar, *auditâ clade Titurianâ*, *barbam capillúmque submisit, nec ante demsit quàm vindicasset*, ut habet *Suëtonius* in ejus vita, cap. LXVII. Sic mortuâ Drusillâ, *Caligula mœroris impatiens, cùm repente noctúque profugisset ab urbe, transcurrisśetque Campaniam, Syracusas petiit, rursúsque inde properè rediit, barba capillóque promisso*; quod idem auctor prodidit, Cal. c. 24. *Idem.*

87 *Dissimilémque sui vultu* &c.] Hoc est, cum Tiberius, vir aliàs constantis vultûs, etiam in adversis, dolorem suum minimè dissimularet. Propriè vultus, præter solitum mœstus, *dissimilis sui* dici debuit, non dolor. Sed non infrequentes, apud Poëtas, tales adjectivorum metatheses. Sic *Virgilius* Æneïd. II, 714.

——— *templúmque vetustum*
*Deserta Cereris*;

hoc est, templum vetustum Cereris, idémque desertum, seu in quo sacra ampliùs non fiunt, neque ullus habitat æditiuus. *Idem.*

90 *Vi-*

ob fratris mortem, veluti ſtupentem, promiſſâque cæſarie & ſquallidâ barbâ flentem. Vidimus conſtantiſſimum illum vultum ſummum dolorem, præter morem, præferentem, & minimè fucatâ triſtitiâ totum perfuſum. Tu tamen, ô Tiberi, quod ſolari te queat, vidiſti fratrem tuum etiamnum ſpirantem; viditque ille pariter te ad lectulum ſuum flentem. Senſit moriens complexus tuos, téque attentis oculis adſpexit, quamvis jam vicinâ morte humeſierent, & mox eſſent manibus tuis claudendi. Verùm miſeranda mater filium, antequàm mortem obiret, oſculari non potuit, nec frigida ejus membra in ſinum

90 *Vidiſti*] *Dio* Lib. LV. non procul ab initio: προπυθόμενος δὲ ὁ Αὔγουστος ὅτι νοσεῖ (οὐ γὰρ ἦν πόῤῥω) τὸν Τιβέριον κατὰ τάχος ἔπεμψε, καὶ ὃς ἔμπνουν τι αὐτὸν κατέλαβε: *cùm priùs audiviſſet Auguſtus eum ægrotare (non enim procul aberat) Tiberium celeriter miſit, qui & eum ſpirantem invenit* &c. Idem.

92 *Lumina cæruleâ*] *Cæruleâ* mors dicitur, ut ab *Horatio pallida*, quod cæruleos, hoc eſt, lividos vultus mortuorum reddat. *Idem.*

*Natantia morte*] *Natantes* oculi ſunt qui *natant*, ſeu inundantur humore quodam, qui ſomnum ſolet antecedere, & quo etiam morientium oculi madeſiunt. *Virgilius* Æneïd. v. 856. de Deo qui dormiturientem Palinurum prorſus ſopivit:

> *Ecce Deus ramum lethæo rore madentem*
> *Vique ſoporatum Stygiâ ſuper utraque quaſſat*
> *Tempora, cunctantíque natantia lumina ſolvit.*

*Ovidius* Lib. v. Metam. in fabula Perſei:

> *Iam moriens, oculis ſub nocte natantibus atra,*
> *Circumſpexit Athin.* Idem.

94 *Faternas jam ſubitura manus*] Hoc eſt, quæ frater jam compoſiturus erat. Vide vſ. 160.

95 *Suprema neque oſcula fixit*] Hæc verba *Senecæ* obverſabantur, cùm hac de re ſcriberet in conſolatione ad Marciam cap. III. *Non licuerat matri ultima filii oſcula, gratúmque ſermonem oris haurire.* Oſculabantur morientes, quod probatum à *Ioanne Meurſio*, cap. III. Libri de funere, cùm hoc loco *Pedonis*, tum multis aliis, quæ apud ipſum legere licet. *Idem.*

96 *Frigida nec fovit*] Sic rectè emendavit *Iuſt. Lipſius* Epiſtol. Quæſt. Lib. III. Epiſt. 3. cùm antea legeretur *movit*. *Foventur ſinu* membra moribundi, cùm in ſinum recepta caleſiunt, aut mollius collocantur. *Quintilianus* Decl. VI. *Non morienti pater adſedi, non ægri caput molliori ſede compoſui, non fatigatum latus mutavi, non ſpi-*

 ritum

Non animam appoſito fugientem excepit hiatu,
  Nec traxit cæſas per tua membra comas.
Raptus es abſenti, dum te fera bella morantur,
  Utilior patriæ, quàm tibi, Druſe, tuæ.
Liquitur ut quondam, Zephyris & ſolibus ictæ,
  Solvuntur teneræ vere tepente nives.
Te queritur caſúſque malos, atque exitiales,
  Accuſátque annos, ut diuturna, ſuos.
Talis, in umbroſis mitis nunc denique ſylvis,
De-

N O T Æ.

*ritum excepi.* Quem locum & alios protulit memorato loco *Meurſius.* Adde *Ovidii* deſcriptionem luctûs ſororum Meleagri, Metam. Lib. VIII.

*Dúmque manet corpus, corpus reſovéntque, fovéntque,*
*Oſcula dant ipſi.* Idem.

97 *Non animam appoſito* &c.] Vide ad vſſ. 95. & 96.

98 *Nec traxit cæſas*] Legebatur perperam *caras. Juſt. Lipſius* quidem Epiſt. Quæſt. Lib. III. Epiſt. 3. legebat *jectas*, aut *laſas.* Sed poſterius vix dicatur, priùs à ſcriptura nimiùm recedit. Oſtendit autem *Petrus Moreſtellus* Pomp. Feralis Lib. II. cap. 32. ſolitas mulieres evulſas comas conjicere in cadavera eorum quos amaverant. Sic apud *Petronium* Matrona Epheſia cap. LXXI. *ignota conſolatione perculſa laceravit vehementiùs pectus, ruptóſque crines ſuper pectus jacentis impoſuit.* Ubi vide Interpretes. Quin & *Statius* Theb. Lib. VI. in funere Archemori, inducit Lycurgum ſimilia facientem;

*At genitor, ſceptríque decus, cultúſque Tonantis*
*Injicit ipſe rogis tergoque & pectore fuſam*
*Cæſariem ferro minuit, ſectíſque jacentis*
*Obnuhit tenuia ora comis.*

Ad quæ verba adi *Joan. Bernartium.* Idem.

101 *Liquitur*] Imitatus videtur *Virgilium* Georg. I, 43.

*Vere novo, gelidus canis cùm montibus humor*
*Liquitur, & Zephyro putris ſe gleba reſolvit.*

Quod tranſtulit ad deſcriptionem lugentis Liviæ. Sic & *Ovidius* de Ponto Lib. I. Epiſt. I.

*Nil igitur mirum, ſi mens mihi tabida facta*
*De nive manantis more liqueſcit aqua.*

Debent omnes eam comparationem *Homero*, qui ſic deſcribit flentem Penelopen Odyſſ. T, v. 205. *Idem.*

103 *Eri-*

aliter ac candidioribus ventis & ferventiore sole,
tempore, liquefiunt nives. Te queritur re-
, exitiali morbo, miserandóque casu raptum;
ue eam. quasi nimis longæ, tædet. 105 Sic
ensis sylvis Philomela, mitior tandem facta,
luget

*Erisaque tales*] Sic edidit *Heinsius*, cùm *Scaliger* habeat *irri-* quæ videtur esse emendatio, at inutilis, quippe quæ sensum parit. Ex prioris scripturæ vestigio meliùs legeris *atque exi-* fortè enim *atque* omissum superimpositum fuit *τοῖς exitiales*, e interstitium à librario negligente aut dormitante relictum postea scriptum videtur *exiatquetiales*, quod iterum mutatum *ique tales*, & in *irrisaque tales*. Sic ex facili sententia factum a, quod Criticorum ingenia torsit. Unum hoc objici queat, rigidiorem esse versum & spiritu poëtico destitutum: *Te que-casúsque malos atque exitiales*. Sed omnes *Pedonis* versus non què *δεινότητι* illa poëtica pleni, ut vel ex duabus posterioribus liquet. Igitur donec melius quidpiam afferatur, hanc emen-em retinebimus. *Idem*.

*Ut diuturna*] Vide vs. 413. Græci dixerint *ὡς πολυχρονία*, , quasi diutiùs æquo vixisset. *Diuturnus* autem de personis de rebus aliquando dicitur, ut apud *Ovidium* Fast. VI. ad Ju-

*Est mihi, sitque precor nostris diuturnior annis*

Deflet Threïcium Daulias ales Ityn.
Alcyonum tales ventoſa per æquora queſtus
Ad ſurdas, tenui voce, ſonantur aquas.
Sic plumoſa novis plangentes pectora pennis
OEnidem ſubitæ concinuiſtis aves.
Sic flevit Clymene, ſic & Clymeneïdes, altè
Cùm juvenis patriis excidit ictus equis.
Congelat interdum lacrimas, durátque, tenétque,
Suſpenſáſque oculus fortior intus agit.
Erumpunt, iterúmque gravant gremiúmque, ſinúſque
Effuſæ gravidis, uberibúſque genis.
In vires abiït flendi mora; plenior unda
Effluit, exiguâ ſi qua tetenta morâ.

Tan-

## NOTÆ.

106 *Daulias ales*] Daulis urbs Phocidis dicitur tunc à Thracibus culta, & imperio Terei paruiſſe. Vide *Stephanum* Byzantinum in *Daulis*, & ad eum notas *Luca Holſtenii*. Idem.

107 *Alcyonum tales* &c.] Nota eſt ex *Ovidio* Metamorph. Lib. XI. fabula Ceycis & Halcyones. Notum & id quod de Halcyoniis diebus inde eſt deductum, quod confutavit olim pater meus Quæſt. Academicâ V. In conſolatione ſeriò lugentis, præſtitiſſet eas fabularum ineptias omiſſas; ſed ita iis aures erant adſuetæ, ut Poëta non videretur, qui non ita ineptiret. *Idem.*

190 *Sic plumoſa* &c.] Sorores Meleagri, quæ, cùm præter modum fratrem lugerent, in Meleagrides aves converſæ. Vide *Ovidium* Metamorph. Lib. VIII. *Idem.*

111 *Clymene*] Phaëthontis *mater* & *ſorores*. Metam. II. *Idem.*

*Altè*] Sic rectè edidit *Nic. Heinſius*, cùm malè legeretur *alta*. *Altè* cecidit qui ex alto cœlo deturbatus eſt. *Cicero* in Oratore cap. 28. *Si quando minùs ſuccedet, ut ſæpe ſit, magnum tamen periculum non adibit; altè enim cadere non poteſt.* Idem.

112 *Ictus*] Fulmine. Metamorph. Lib. II. Fuerunt, inter Patres, qui in Phaëthontis fabula latere crediderint veſtigia veræ hiſtoriæ deflagrationis Sodomitici agri. Scriptor antiqui Poëmatis, quod Sodoma inſcribitur, ſolétque operibus *Tertulliani* ſubjici:

*Hinc habet in falſo de vero fabula famam,*
*Solis progeniem curſus optaſſe paternos,*

Nec

luget Ityn Terei Thraciæ Regis filium, suâ causâ, interfectum! Sic Halcyones, dum maria pervolitant, etiamnum tenui cantu Ceycis naufragium frustra deplorant. Sic sorores Melagri, in aves mutatæ, 110 novarum pennarum motu mortem fratris subitò planxerunt. Sic Clymene Phaëthontis mater, ejúsque sorores flevere, cùm è cœlo atque ex curru solis fulminis ictu deturbatus est. Interdum quidem coërcet Livia lacrimas, introrsúmque singulari animi constantiâ repellit. 115 At mox prorumpunt, totúmque ejus sinum madefaciunt, uberiùs quàm priùs ex tumentibus oculis effusæ. Majore vi quàm antea, aliquamdiu coërcitæ profluunt: quemadmodum amnes plures undas, si vel brevi tempore retentæ sunt, devolvunt. Denique, cùm si

*Nec valuisse levem puerum frenare superbos*
*Ignis equos, arsisse orbem; tunc fulmine raptum*
*Aurigam, illicitum planctum mutasse sorores.*

Crediderim potiùs intolerandum æstum, atque in antiquissimis Ægypti annalibus celebrem, sic poëtice descriptum fuisse; finxisseque rationem æstûs Poëtam, quisquis ille fuit, qui primus hæc cecinit; tum etiam sorores lugentes mutatas in populos, quod præ nimio æstu arbores, etiam ad fluvios sitæ, quales populi, exaruissent. Hæc quoque credibiliora mihi videntur, quàm conjectura *Vossii* luctum Adonidis, cum luctu Phaëthontis, contra omnia fabularis historiæ monumenta, miscentis. Vide eum Theol. Gentil. Lib. II. cap. 4. Sed hæc nihil ad *Pedonem*. Idem.

113 *Congelat.*] *Homerus* de lacrima, ὡσεὶ κέρα ἵστατο, *stetit instar cornu*. Scaliger.

*Iisdem*] Locus *Homeri* est Odyss. T. v. 210. ubi de Ulysse quis esset, coram flente Penelopa, dissimulante:

Θυμῷ μὲν γοόωσαν ἑὴν ἐλέαιρε γυναῖκα,
Ὀφθαλμοὶ δ' ὡσεὶ κέρα ἕστασαν, ἠὲ σίδηρος,
Ἀτρέμας ἐν βλεφάροισι.

*Animo quidem lugentem suam uxorem miserabatur; oculi verò tamquam cornua stabant, vel ferrum, immoti in palpebris*; hoc est, nullæ defluebant lacrimæ, haud aliter ac si concretæ fuissent. Eo sane respexisse videtur *Pedo*. Gorallus.

*Suspensasque oculus fortior intus agit.*] Verissima hæc lectio est, quam habet *N. Heinsius*, non Scaligerana: *oculis fortior ictus*. Idem.



121 *Brevis*

Tandem ubi per lacrimas licuit, sic flebilis orsa est,
Singultu medios impediente sonos.
Nate, brevis fructus, duplicis sors altera partûs;
Gloria confectæ, nate, parentis ubi es?
Sed neque jam duplicis, neque jam sors altera partûs,
Gloria confectæ nunc quoque matris, ubi es?
Heu! modò tantus ubi es? tumulò portaris & igni,
Hæc sunt in reditus dona paranda tuos.
Siccine dignus eras oculis occurrere matris?
Sic ego te reducem digna videre fui?
Cæsaris uxori, si talia dicere fas est;
Jam dubito magnos an rear esse Deos.

Nam

## NOTÆ.

121 *Brevis fructus*] Respicit ad fructus æstivos, qui ὡραῖοι dicuntur, quòd per eam solam tempestatem servari queant, qualia cerasa, pyra variorum generum &c. Imitatus forte est *Lucretium*, qui Libro III. sic de vita humana loquitur:

*Hoc etiam faciunt, ubi discubuere, tenéntque*
*Pocula sæpe homines & inumbrant ora coronis,*
*Ex animo ut dicant: brevis hic est fructus homullis.*

Idem.

*Duplicis sors altera partûs*] *Sors* dicitur quidquid *forte* obtingit, hoc est, nobis insciis. Hujusmodi autem sunt liberi, quos nemo sibi ipse polliceri queat. Sic etiam loquitur Juno Fastorum VI.

*Si genus adspicitur, Saturnum prima parentem*
*Feci, Saturni sors ego prima fui.*

Idem.

122 *Gloria confectæ*] Non annis, sed dolore. *Catullus*, ob fratris mortem mœstus, sic Ortalum alloquitur Carm. LXVI.

——— *me assiduo confectum cura dolore*
*Sevocat à doctis, Ortale, virginibus.*

*Gloria* autem matris dicitur is, propter quem mater gloriatur, qui matri honori est. Eo sensu, in sacris Litteris, vir dicitur δόξα Θεοῦ, *gloria Dei*, mulier verò δόξα ἀνδρὸς, *gloria viri*, I Corinth. XI. 7. Sic & Proverb. XVII, 6. *Corona senum filii filiorum, & gloria filiorum patres.* Idem.

123 *Sed*

glorior, uſquam es. Qui non ita pridem n virum te præſtabas, fatis conceſſiſti; geſta- : ut in cineres redactus ſepulcro inferaris; quæ :ia munera in reditum tuum paranda fuerunt. noxâ commeritus eras ita objici oculis meis, uo ſcelere hanc mihi ipſa pœnam contraxi? eſſet uxori Cæſaris, in numerum Deorum re- ii, dubitare an ſint Dii, neſcirem an ſint qui orbem

*Sed neque jam* &c.] Qui non ampliùs erat non poterat cujuſ- partûs ſors dici. *Idem.*

*Gloria* &c.] Vim ſingularem orationi addit hæc repetitio, & *ubi es?* vehementiſſimum deſiderium graphicè exprimit. Sic s Æneïd. Lib. V, 391.

——— *Ubi nunc nobis Deus ille magiſter*
*Nequidquam memoratus Eryx?*

*Tumulo portaris* &c.] Tumulo condendus, & igne abſumen- *Idem.*

*Hæc ſunt* &c.] Rogus, ignis, ſepulcrum &c. *Idem.*

*Iam dubito magnos* &c.] Fragili tibicine nitebatur religio plu- am Ethnicorum, quæ in ſecundis tantùm inconcuſſa erat; ſi adverſi contingeret, vacillabat. *Martialis* ad Domitianum

Nam quid ego admisi? quæ non ego Numina cultu,
Quos ego non potui demeruisse Deos?
Hic pietatis honos? artus amplector inanes,
Et vorat hos ipsos flamma rogúsque sinus.
Téne ego sustineo positum scelerata videre?
Téne meæ poterunt ungere, nate, manus?
Nunc ego te infelix summùm teneóque, tuórque,
Effingóque manus, oráque ad ora fero.

Nunc

NOTÆ.

131 *Quæ non ego Numina* &c.] Exprobrabant Diis cultum, quem iis exhibuerant, si minùs secundos experirentur. Hippolytus moribundus apud *Euripidem* v. 1364.

Ὁ δ' ὁ σεμνὸς ἐγὼ καὶ θεοσέπτωρ,
Ὁ δ' ὁ σωφροσύνῃ πάντας ὑπερέχων
Προῦπτον ἐς ἅδην στείχω κατάκρας
Ὀλέσας βίοτον.
Μόχθους δ' ἄλλως τῆς εὐσεβείας
Εἰς ἀνθρώπους ἐπόνησα.

*Ille ego castus & cultor Deorum, ille qui temperantiâ cunctos superabam, ad certam mortem eo, prorsus amissâ vitâ. Frustra vero pietatis labores erga homines suscepi.* Frequentes ejusmodi querelæ, apud Tragicos. *Idem.*

133 *Hic pietatis honos*] Pietatis Liviæ erga Drusum, Drusi erga Liviam. *Virgilius* prior Æneïd. I, 257.

*Hic pietatis honos? sic nos in sceptra reponis?*

Idem.

Ibidem. *Artus amplector inanes*] Animo. *Idem.*

134 *Et vorat*] In Scaligerana editione malè *vocat*. *Idem.*

Ibidem. *Sinus.*] *Sinus* pro *visceribus* sumitur, ut in Epist. OEnones ad Paridem:

*Attoniti micuere sinus, gelidúsque cucurrit,*
*Ut mihi narrasti, dura per ossa tremor.*

Igitur idem vult *Pedo* ac infra v. 264. *Iste rogus miseræ viscera matris habet.* *Sinus* autem *viscera* videntur dicta, quòd vestium sinu tegantur. *Idem.*

135 *Positum*] Mortuum ac lecto compositum. Vide ad vs. 69. Dudum hoc observarat *Adr. Turnebus* Advers. Lib. II. cap. 10. & ita illud Maronianum II. Æneïdos explicari posse:

*Sic ô sic positum adfati discedite corpus.*

*Idem.*

potero te, pro more, manibus meis inun-
Ultimùm, me miseram! te amplector, ac
nanus tuas compono, vultúmque meo pre-
mo.

*mea poterunt ungere* &c.] Respicit ad morem antiquitus videlicet, ut mortui ungerentur. Virgilius: (in descri- ris Miseni, Æneïd. IV, 219.) *corpúsque lavant frigentis &* icebatur hoc *pollingere.* Glossarium: *pollingo*, ... οπλοκέω, ἐνταφιάζω. Videtur confundere cum vespil- orum enim officium mortuos sepelire) in quo tamen sub- habet *Sidonium Apollinarem* Lib. XIII. Epist. 13. Hæc ieniora à *Pedone Frider. Lindenbruchius*, quæ omittimus. otiùs, de hoc more, *Ioan. Meursium* de Funere cap. IV. *tium* de Funeribus Antiquis, Cap. I. *Pet. Morestellum* de ali Lib. I. cap. 10. & seqq. & alios de re funeraria Scri- *em.*

*ngóque manus*] Sic rectè *Heinsius* non *affigo*. Hoc est, ma- npono. Cadaverum enim membra, si fortè ultimis con- contorta fuissent, extendebantur. Sic apud *Euripidem* in, descriptâ morte Phædræ, quæ sibi laqueo gulam fre- olloquuntur Nuncius & Chorus v. 786. & seqq.

Ὀρθώσατ' ἐκτείνοντες ἄθλιον νέκυν
...γν τόδ' οἰκούρημα δεσπόταις ἐμοῖς.
Ὄλωλεν ἡ δύστηνος, ὡς κλύω.

Nunc primùm adſpiceris Conſul, victórque parenti?
Sic mihi, ſic miſeræ nomina tanta refers?
Quos primùm vidi faſces, in funere vidi,
Et vidi verſos, indiciúmque mali.
Quis credat? matri lux hæc mœſtiſſima venit,
Quâ natum in ſummo vidit honore ſuum.
Jámne ego non felix? jam pars mihi rapta Neronum,
Materni celeber nomine Druſus avi?
Jámne meus non eſt, nec me facit ille parentem?
Jámne fui Druſi mater? & ipſe fuit?
Nec cùm victorem referetur adeſſe Neronem,
Dicere jam potero: major, an alter adeſt?
Ultima contigimus, jus matris habemus ab uno,
Unius

NOTÆ.

*Me miſerum! quòd non Medicorum juſſa miniſtro,*
*Effingóque manus, inſideóque toro.*

Sic meliùs quàm *& fingóque.* Deinde tertio ab hoc verſu:

*Ille manus iſtas & fingit & adſidet ægra.*

Idem.

*Oráque ad ora fero*] Non tantùm morientes, ſed & mortuos oſculabantur. Vide *Iacob. Gutherium* de Jure Manium Lib. I. cap. 12. ubi hunc verſiculum laudat. *Idem.*

139 *Adſpiceris Conſul*] Fuit enim Conſul anno U. C. DCCXXXV. cum T. Quinctio Criſpino. *Velleius Paterculus* L. II. Ed. Lipſianæ pag. 64. *Illum magna ex parte domitorem Germaniæ, plurimo ejus gentis, variis in locis, profuſo ſanguine, fatorum iniquitas Conſulem, agentem annum triceſimum, rapuit.* Idem.

142 *Et vidi verſos*] Sic emendavit *I. Lipſius* Epiſt. Quæſt. Lib. III. Epiſt. 3. cùm legeretur *everſos.* Quod firmavit loco *Taciti* de Germanici Druſi F. funere agentis Annal. Lib. III. cap. 2. *Præcedebant incomta ſigna, verſi faſces.* Vide quæ præterea habet ad eum *Taciti* locum. Adi & *Ioan. Meurſium* de Funere cap. XVII. ubi de militari funere. *Idem.*

Ibidem. *Everſos*] Lego *inverſos.* Mos hic priſcus, nempe, in funere magnorum virorum, inſignia & imagines eorum anteferre. *Horatius* Epod. VIII.

*— funus*

). Nunc primùm te visura fui & Consulem & ?torem; an tam magnifica nomina ad me mor-?s refers? Primùm fasces tibi præferri in funere, quidem, præter morem, versos, ut calamitatis ?æ commonefierem, vidi. Quis crederet hunc ille matri luctuosissimum diem, quo filium sum-?os honores consequutum primùm vidit? Nunc ?mum infelix sum, cùm alter Neronum mihi ?eptus est, patris mei nomine insignis. Jam meus ?npliùs non est, nec me matrem in posterum vo-?abit. Ergóne Drusi mater non ero, posteaquàm ?â functus est? Cùm victorem Neronem adventa-? posthac accipiam, non erit cur quæram ma-?rne sit natu, an minor filiorum. Ad ultimam ?eam perveni, nec mater dicor, nisi propter unum Ti-

——— *funus atque imagines*
*Ducant triumphales tuum.*

?i vetus Commentator: *Solebant in funere nobilissimi cujusque ima-?es majorum præferri, ad ostentationem nobilitatis, quod adhuc obser-?i videmus in funeribus principum virorum.* Observabant autem ne ?ctæ, sed inversæ gererentur, id quod hîc factum vides, & apud ?tium Thebaïd. VI.

*Tunc septem numero turmas (centenus ubique*
*Surgit eques) versis ducunt insignibus ipsi*
*Grajugenæ reges.*

?idenbruchius.

146 *Materni celeber* &c.] Is Brutum sequutus, victis partibus, post ?ilippensem pugnam, se interemit. *Velleius* Lib. II. *Drusus Li-?us, Iulia Augustæ pater, & Varus Quinctilius, ne tentatâ quidem ?is misericordiâ, alter se ipso in tabernaculo interemit, Varus au-?* &c. *Gerallus.*

147 *Nec me facit ille parentem*] Non ampliùs me matrem vocat. *?em.*

148 *Ipse fuit*] Hoc est, ut notum, mortuus est. Vide Eleg. III, . *Idem.*

150 *Major, an alter*] Simile quid jam dixit v. 6. *Idem.*

151 *Ius matris habemus ab uno*] Videtur Livia se propemodum or-?m esse conquesta, quamobrem jure trium liberorum ab Augusto ?nata est. *Dio* Cassius Lib. LV. memoratâ morte Drusi: ἡ δὲ Λιβία εἰκόνων τε ὅτι παραμυθία ἔτυχε καὶ ἐς τὰς μητέρας τὰς τρὶς τε-

Unius est munus quod tamen orba negor.
Me miseram! extimui, frigúsque per ossa cucurrit.
Nil ego jam possum certa vocare meum.
Hic meus ecce fuit, jubet hic de fratre vereri.
Omnia jam metuo, fortior antè fui.
Sospite te saltem, moriar, Nero! tu mea condas
Lumina & excipias hanc animam ore pio!
Atque utinam Drusi manus altera & altera fratris
Formarent oculos, comprimeréntque meos.
Quod licet, hoc certè tumulo ponemur in uno,
Druse, neque ad veteres conditus ibis avos.
Miscebor ciferíque cinis atque ossibus ossa.
Hanc lucem celeri turbine Parca neat.
Hæc & plura refert, lacrimæ sua verba sequuntur,
Oráque nequidquam per modò questa fluunt.

Quin

## NOTÆ.

τεκούσας ἐσεγράφη : *Livia autem solatii causa statuis donata & in matrum, quæ ter peperissent, numerum relata est.* Idem.

153 *Extimui*] Cùm cogitavi & pæuè dixi: si moriatur Tiberius, orba ero. Se, nimirum, ominis causâ, plura dicturam coërcuerat. *Idem.*

157 *Nil ego jam possum certa vocare meum*] Nam nostrum dici certò non potest, quod singulis momentis amittere in perpetuum possumus. Ita Stoïci, nec immeritò. *Seneca* Epist. XCVIII. *Quidquid est, cui dominus inscriberis, apud te est, tuum non est.* Vide & Consolationis ad Marciam cap. X. *Idem.*

157 *Tu mea condas lumina*] Officium propinquorum erga propinquos, sed præsertim liberorum erga parentes. *Ovidius* Epist. Penelopes ad Ulyssem, de Telemacho filio:

*Dii precor hoc jubeant, ut, euntibus ordine fatis,*
*Ille meos oculos, comprimat, ille tuos.*

De ipso Ulysse.

*Respice Laërtem; ut jam sua lumina condas,*
*Extremum fati sustinet ille diem.*

Vide

utinam, ô Tiberi, mihi ſuperſtes oculos
ıdas, animámque meam ore tuo excipias!
ambo filii mei ſuperſtites ſimul mortuæ
ɔmprimerent! Verùm quando hoc fieri ne-
ertè uno ſepulcro omnes condiemur, ô
ıeque ſolus illinc ad Majores tuos, in cam-
is agentes, te conferes. Cineres ac oſſa
miſcebuntur, atque utinam Parcæ filum
e celeriter neverint! Hæc & plura alia
ia, donec triſtia verba lacrimis ſint inter-
& fruſtra per os querulum iterum defluxe-
rint.

*Meurſium* de Funere cap. III. & alios, nam *cui non di-*
Idem.
*ipias hanc animam* &c.] Vide dicta ad v. 97. *Idem.*
*veteres conditus ibis aves*] Subaudiendum, ſolus. Ani-
ıctorum credebantur ad animos Majorum ſuorum ire.
| Orientales, *ire ad patres*, & *aggregari populis ſuis* per-
mori. Vide Gen. XV, 15. XXV, 8. *Idem.*
*: lucem celeri turbine Parca neat*] *Lux* pro vita frequens
, ſed *nere lucem hanc*, pro eo quod eſt ſtamina vitæ hu-
:ſcio an alibi occurrat. *Turbinem* hîc vocat circumactio-

Quin etiam corpus matri vix, vixque remissum
Exsequiis caruit, Livia, pænè tuis.
Quippe ducem arsuris excercitus omnis in armis,
Inter quæ periit, ponere certus erat.
Abstulit invitis corpus venerabile frater;
Et Drusum patriæ, quod licuítque, dedit.
Funera ducuntur, Romana per oppida, Drusi;
(Heu facinus!) per quæ victor iturus erat;
Per quæ deletis Rhætorum venerat armis.
Hei mihi! quàm dispar huic fuit illud iter!

Con-

NOTÆ.

167 *Quin etiam corpus matri &c.*] *Seneca* in Consf. ad Polybium cap. IV. sic loquentem Claudium Imp. inducit: *Cæsar patruus meus Drusum Germanicum patrem meum, minorem natu, quàm ipse erat, fratrem, intima Germaniâ recludentem, & gentes ferocissimas Romano subjicientem imperio, in complexu & osculis suis amisit. Modum tamen lugendi non sibi tantùm, sed etiam aliis fecit, ac totum exercitum non solùm mæstum, sed etiam attonitum, corpus Drusi sui sibi vindicantem, ad morem Romani luctûs redegit; judicavitque non militandi tantùm disciplinam esse servandam, sed etiam dolendi.* Idem.

169 *Arsuris armis*] Sic in funere Julii Cæsaris factum. *Suetonius*, in ejus vita, cap. LXXXIV. *Injecere flammæ & veteranorum militum legionarii arma sua, quibus exculti funus celebrabant.* Idem.

170 *Certus erat*] Hoc est, decreverat, nam *certus* est à *cerno*, hoc est, decerno, κρίνω. Vide & v. 228. Aliàs frequentiùs dicunt *certum ei erat*, ἐκέκριτο τοῦτο αὐτῷ. Idem.

171 *Corpus venerabile*] Hoc est, cui major honor debebatur, quàm ut tumultuario exercitûs funere offerretur. *Idem.*

172 *Drusum patriæ,*] Antea legebatur *prunæ*, sed emendavit *Just. Lipsius* in Comment. in *Seneca* Consolat. ad Polybium cap. XXXIV. *patriæ*, & quidem necessariâ emendatione. Nam volebat quidem miles Drusum *prunæ* tradere, in ipsa Germania; sed eum patriæ, quâ potuit, reddidit Tiberius. Hanc emendationem in textum jam receperat *Nic. Heinsius*. Idem.

*Quod potuitque dedit*] Idem *Lipsius* emendabat *quà potuit*; hoc est, quatenus licuit. Sed non opus est, nam *quod* sæpe perinde est ac *quoad*, frequentiúsque apud Veteres eo significatu occurreret, nisi à Librariis ac Criticis temerè esset mutatum. Sic Patres apud *Livium*

Lib.

ùm patriæ ſuæ reddidit. Ductum eſt funus per ; Romano Imperio parentes , per quas victor ùs mox Romam rediturus erat. [175] Per Al- confecto Rhætico bello, ovans in Italiam re- t ; me miſerum! quàm id iter huic pompæ fu- nebri

xvi, 32. in cauſa M. Marcelli & Syracuſanorum, promiſerunt *daturos Conſuli Lævino, quod ſine jactura Reipublicæ fieri poſſet,* *ejus civitatis conſuleret.* Lib. xxxix. 45. *Id eos ut prohiberet,* *ius ſine bello poſſet, Prætori mandatum eſt.* Sic habent utrobi- MSS. Codd. ut animadvertit *Joan. Frid. Gronovius*, non *quoad,* in vulgatis editionibus. *Idem.*

*Romana per oppida*] Sic Suetonius cap. 1. Claudii: *Corpus ejus* *unicipiorum coloniarúmque primores, ſuſcipientibus obviis ſcribarum* *is, ad urbem devectum ſepultum eſt in Campo Martio.* Dio l. lv. νέντα εἰς Ῥώμην ἐκόμισαν, τὰ μὲν πρῶτα μέχρι τοῦ χειμα- στρατοῦ, διά τε τῶν ἑκατοντάρχων καὶ διὰ τῶν χιλιάρχων, ν δὲ διὰ τῶν καθ' ἑκάστην πόλιν πρώτων βαστάσαντες: Tiberius *m Romam detulit, primùm quidem, uſque ad hiberna, per cen-* *& tribunos, deinde per primores ſingularum urbium bajulatum.* *t Senecam*, in Conſ. ad Marciam cap. iii. *Idem.*

*Deletis - armis*] Hoc eſt, exercitibus, confectóque bello. d vſſ. 15. & 16. *Idem.*

Consul init fractis mœrentem fascibus Urbem,
Quid faceret victus, sic ubi victor init?
Mœsta domus plangore sonat, cui figere lætus
Parta suâ dominus voverat arma manu.
Urbs gemit & vultum miserabilis induit unum.
Gentibus adversis forma sit illa precor.
Incerti claudúntque domos, strepitántque per Urbem;
Hîc, illic pavidi, clámque palámque dolent.

Jura

NOTÆ:

177 *Consul init*] Antea legebatur *consuluit*, sed emendavit locum *Jos. Scaliger*, quem meritò sequutus *Nic. Heinsius*. Deleto I & primo crure N in INIT, injuriâ temporis, superfuit VIT, quod cum superiori voce junctum. *Idem.*

*Fractis fascibus*] Non tantùm versis, sed etiam fractis. Quod ex hoc *Pedonis* loco animadvertit *M. Ant. Müretus* ad *Tacit.* Annal. Lib. III, 2. nec scio an sit à Libitinariis Scriptoribus observatum. *Idem.*

*Quid faceret victus*] Non memini me legere victis Magistratibus, Romam redeuntibus, fasces fractos fuisse. Si quis legerit, exemplum verbis *Pedonis*, me auctore, adscribat. *Idem.*

179 *Figere lætus* &c.] More prisco. *Plinius* Lib. XXXV, 2. de antiquioribus Romanis: *Alia foris & circa limina domitarum gentium imagines erant*, AFFIXIS *hostium* SPOLIIS, *quæ nec emtori refigere liceret; triumphabántque, etiam dominis mutatis, ipsæ domus, & erat hæc stimulatio ingens, exprobrantibus tectis, quotidie imbellem dominum intrare in alienum triumphum.* Hinc post Cannensem cladem, cùm arma Romanis deessent, *vetera*, apud Livium Lib. XXXV, 57. *hostium spolia detrahunt templis, porticibúsque*; privatarum, nempe, ædium. *Idem.*

180 *Parta manu*] Vide locum *Suëtonii* allatum ad v. 14.

181 *Vultum miserabilis induit unum*] Hoc est, omnes lugent, contra quàm fieri solet non tantùm in privatis, sed & in funeribus malorum Principum, quos pauci adulatores lugent, ceteris gaudentibus, aut leviter mortem eorum ferentibus. Eadem amoris significatio, erga Germanicum Drusi F. eleganter describitur à *Tacito* Ann. Lib. III. cap. 2. *Postquàm* (Agrippina) *duobus cum liberis feralem urnam tenens, egressa navi, defixit oculos; idem omnium gemitus, neque discerneres, proximos, alienos, virorum, feminarúmve planctus.* Idem.

182 *Gentibus adversis*] *Adversis*, ἀντὶ τοῦ *adversariis*, Ammianus Marcellinus: *Adversos fortiùs oppresserunt.* Dixerunt etiam *advosos.*

Festus:

; quæ lugubris omnium species nomibus nostris
ecor, potiùs quàm nobis. Præ mœrore, in-
s, clausis tabernis, per Urbem vagatur Popu-
Romanus, pavidúsque, non palam tantùm, sed
clam

: *Advosem, adversarium, hostem.* Glossarium: *Advostis,*
*s.* Est autem in his verbis formula sollemnis, quâ uteban-
ando hostibus mala imprecabantur. *Plautus*, de eo, qui
nuncium adferebat: *Principium inimicis dato.* Apuleius:
*r omnes inimici tam duram, imò verò Ulysseam peregrinationem in-*
Lindenbruchius.

*m*] Est genus abominationis, ut ita loquar, quâ non tam ho-
malè precabantur, quàm rem à se voto amoliebantur. *Virgi-*
eorg. III, 512.

——— *ipsique suos jam morte sub ægra*
*( Dii meliora piis, errorémque hostibus illum! )*
*Discissos nudis laniabant dentibus artus.*

15.

*Incerti claudúntque domos*] *Tacitus* Ann. Lib. II. de hoc ipso
c scribit: *Hos vulgi sermones audita mors adeò incendit, ut ante*
*Magistratuum, ante Senatûs-Consultum, sumto justitio, desere-*
*ra, clauderentur domus, passim silentia & gemitus, nihil compo-*
*ostentationem.* Non solùm autem domos, in quibus mortuus
ur, claudere moris erat, sed ne focum quidem in iis facere.
*s* Miles. Lib. II. *Abi*, inquit, *fatue, qui in domo funesta*

Jura silent, mutæque tacent sine vindice leges;
Adspicitur toto purpura nulla foro.
Díque latent templis, neque iniqua ad funera vultus
Præbent, nec poscunt thura ferenda rogo.
Obscuros delubra tenent, pudet ora colentum
Adspicere, invidiæ, quam meruere, metu.
Atque aliquis de plebe pius, pro paupere nato,

Sustu-

N O T Æ.

*Amissum non flet, cùm sola est, Gellia patrem;*
*Si quis adest, jussæ prosiliunt lacrimæ.*
*Non dolet hic, quisquis laudari, Gellia, quærit;*
*Ille dolet verè qui sine teste dolet;*

Sed & qui dolorem non dissimulat, ubi nulla dissimulandi ratio est. Contrà allatis Romam cineribus Germanici, cùm lætam sibi ejus mortem malè dissimularet Tiberius; ipse *atque Augusta publico abstinuere, inferius majestate suâ rati, si palam lamentarentur; an, ne omnium oculis vultum eorum scrutantibus, falsi intelligerentur.* Verba sunt *Taciti* Ann. Lib. III. cap. 4. *Idem.*

185 *Jura silent*] Indicto, pro more, justitio, ut in funere publico. Vide locum *Taciti* ad v. 183. allatum. Plura qui volet exempla, adeat præsertim *Jacobum Gutherium* de Jure Manium, Lib. III. cap. 29. ubi de funere publico. *Idem.*

*Mutæque tacent sine vindice leges*] Prætore, nempe, jus minimè dicente; qui *vindex* est, hoc est, defensor legum, quas perfractas vindicat, sive ulciscitur. *Idem.*

186 *Adspicitur toto purpura nulla foro*] *Tacitus* in descriptione funeris Germanici, Ann. Lib. III. cap. 4. *Miles cum armis, sine insignibus Magistratus*; hoc est, sine toga purpurâ prætexta, sine lato clavo. Vide ad eum locum Interpretes, & *Pet. Morestellum* de Pompa Ferali Lib. II. cap. 22. *Tertullianus* Lib. de Jejuniis cap. XVI. similiter *purpuras poni* dixit à Magistratu, quamvis in alio luctûs genere: *Cùm stupet cælum, inquit, & aret annus, nudipedalia denunciantur, Magistratus purpuras ponunt, fasces retro avertunt, precem indigitant, hostiam instaurant.* Idem.

187 *Diique latent templis*] Hoc est, clausis Templis nulla fiunt sacra. Contrà si eos, quos mortuos crediderant, vivere acciperent, in Templa irrumpebant. Sic *Tacitus* Ann. Lib. II. cap. 82. de iis qui crediderant sospitem esse Germanicum, cujus mors antea nunciata fuerat: *currunt per urbem, moliuntur Templorum fores.* Vide & *Suetonium* in Caligula cap. VI. *Idem.*

188 *Thura*

portatur. In delubris abditos pudet adspici à
ntibus; 190 invidiam, quam sibi, morte Drusi,
raxerunt, timentes. Quin etiam fuit non ne-
ex paupercula plebe, qui pro filio vota nun-
cu-

*Thura ferenda rogo*] In pompa funebri, post lectum lances thure aliisque aromatibus ferebantur, quæ postea in rogum ac- a conjiciebantur. Multis hoc probarunt *Joan. Meursius* de Fu- ap. XVII & XXVI. & alii. *Idem.*

. *Obscuros delubra tenent* &c.] Graviùs etiam aliquando plebs abatur Diis. Sic mortuo Germanico, Drusi F. *quo defunctus lapidata sunt templa, subversa Deûm aræ, Lares à quibusdam fa- is in publicum ejecti, partus conjugum expositi.* Verba sunt *Sueto-* Caligula, cap. V.

*Invidia, quam meruere, metu*] Quasi timerent sibi ab odio um. *Lucanus* Lib. II, 35. de precibus Romanarum matro- , exorto bello civili:

——— *nullis defuit aris*
*Invidiam factura parens.*

*lis* Lib. I. Epist. 83. de morte Reguli, quem æquo diutiùs , in bonorum virorum perniciem, multi querebantur:

*Nimirum timuit nostras Fortuna querelas,*
*Quæ par tàm magna non erat invidia.*

Suſtulerat timidas ſidera ad alta manus.
Jámque precaturus; quid ego autem credulus, inquit,
Suſcipiam in nullos irrita vota Deos?
Livia non illos, pro Druſo, Livia movit.
Nos erimus magno maxima cura Jovi?
Dixit & iratus vota inſuſcepta reliquit,
Duravítque animum deſtituítque preces.
Obvia turba ruit, lacrimíſque rigantibus ora
Conſulis erepti publica damna refert.
Omnibus îdem oculi, par eſt concordia flendi.
Funeris exſequiis adſumus omnis eques.

Omnis

NOTÆ.

192 *Suſtulerat manus*] Id eſt, orare ſublatis manibus cœperat, unde factum ut *manus tollere* perinde ſit ac Deum orare. Vide 1 Tim. II, 8. & quæ ad eum locum collegit *Ioan. Pricaus*. Idem.

193 *Quid ego autem credulus*] Quia plerique homines Religionem à parentibus acceptam, legibúſque in patria ſancitam, credunt eſſe veram; quamvis numquam expenderint an liceat, ea in re, Majoribus per omnia credere, & cæcum Legibus obſequium præſtare. Religio vulgi mera eſt credulitas, non fixa animo, pondere rationum, ſententia. Hinc ex facili naſcuntur, in adverſis, querelæ de Providentia,

*Plurimáque in ſævos populi convicia Divos*,

ut utar verbis *Lucani*, Lib. VII, 725. *Idem.*

194 *Suſcipiam in nullos* &c.] Hoc eſt, qui reverâ nulli ſunt, ut cenſuere Diagoras & alii Athei; vel, qui non magis res humanas curent, ac ſi nulli eſſent, quod exiſtimabat Epicurus. Perinde eſt ſi dicas nullum eſſe Numen, aut humanum genus ad ejus curam non pertinere. *Lucanus* Lib. VII, 445. de clade Pharſalica:

*——— ſunt nobis nulla profectò*
*Numina, cùm cæco rapiantur ſæcula caſu;*
*Mentimur regnare Iovem; ſpectabit ab alto*
*Æthere Theſſalicas, teneat cùm fulmina, cædes!*

Paullò pòſt,

*——— mortalia nulli*
*Sunt curata Deo.* Idem.

195 *Livia non illos*] Quaſi verò Liviæ vota gratiora eſſe oporteret, quàm pauperis matronæ! Quaſi Druſum neceſſe eſſet vivere, potiùsquàm quemvis alium! Atqui neſciebant qualis futurus eſſet

Dru-

cupaturus ad Jovis Templum se contulerat, atque Deum oraturus ad cœlum manus sustulerat. At cùm jam esset precaturus, animum ejus hæc cogitatio subiit, se frustra, fide habitâ auctoritati Majorum, suscipere inania vota, veluti audientibus Diis, cùm res humanas non curent. Nam, inquiebat, si Livia, si ipsa Livia, votis pro Druso nuncupatis, ejus incolumitatem à Diis impetrare non potuit, an ego majori curæ Jovi essem? Hæc ubi apud se reputasset, Diis iratus vota omisit, animóque obdurato precari eos desiit. Interea Populus Romanus obviam ibat funeri, & flens narrabat quantam, morte Drusi, jacturam Respublica fecerit. Omnes æquè mœsti erant, lacrimisque pariter indulgebant. Omnes Equites funeri adfuimus, reli-

Drusus, si summæ rerum præfuisset; aliud enim est ingenium parentis, aliud imperantis, quod in Tiberio ejus fratre cernere licuit. Sed & probè norant non opes, non dignitates placere Diis, verùm animum ac mores. Poëta tamen sic potuit hominem è vulgo loquentem inducere, quem meliora de Numine edoctum non fuisse mirum non esset. At v. 130. haud aliter fermè loquentem Liviam induxit, & notum est nonnullos criminatos esse Augustum, *quasi, classibus tempestate perditis, exclamaverit, etiam invito Neptuno victoriam se adepturum, ac die Circensium proximo, sollemni pompa simulacrum Dei detraxerit.* Quod narrat *Suetonius*, in ejus vita, cap. XVI. *Idem.*

198 *Duravitque animum*] Id est, obfirmavit. Sic *Paulus* J. C. l. XVIII. *de quæstione: Repeti in quæstionem potest, maximè si in tormenta animum corpusque duraverit.* Quintilianus Declamatione CCLXXIX. *Non omnium animos maritorum durare ad sanguinem, esse quosdam mitiores, qui ne conspicere quidem cruorem sufficerent.* Et alibi passim hoc verbum ita usurpatum reperitur. *Lindenbruchius.*

201 *Omnibus idem oculi*] Vide ad v. 181. ubi idem habet Poëta. *Gorallus.*

202 *Exsequiis adsumus omnis eques*] Non quivis tamen Equites lectum ejus subierunt, sed ii tantùm quibus equestrem censum esse planè constabat. *Dio* Lib. LV. Ὁ μὲν ἐς τε τὸ Ἄρειον πεδίον, ὑπὸ τῶν ἱππέων, τῶν τε ἐς τὴν ἱππάδα ἀκριβῶς τελούντων, καὶ τῶν ἐκ τοῦ βουλευτικοῦ γένους ὄντων, ἠνέχθη: *ille in Martium campum, ab equitibus, & quidem qui censum equestrem integrum habebant, & senatoria stirpis erant, elatus.* Idem.

 205 Aucto-

Omnis adest ætas, mœrent juvenésque, senésque,
  Ausoniæ matres, Ausoniæque nurus.
Auctorisque sui præfertur imagine mœstâ,
  Quæ victrix Templis debita laurus erat.
Certat onus lecti generosa subire juventus,
  Et studet officio sedula colla dare.
Et voce & lacrimis laudasti Cæsar alumnum,
  Tristia cùm medius rumperet orsa dolor.
Tu letum optasti (Diis aversantibus omen)

Par

## NOTÆ.

205 *Auctorisque sui præfertur imagine mœsta*] Hoc est, laurea mœsta præfertur in imagine ejus, cujus prudentiâ ac fortitudine parta fuerat. *Laurea mœsta* tunc fuisse potest dici, quia funeri non triumpho adhibebatur. Non dissimulandum tamen, *imaginem* quoque *mœstam* meritò vocari potuisse, quia reverâ mœsta imago præferebatur, in ejusmodi funeribus, ut docet *Herodianus* in descriptione consecrationis Cæsarum, initio Lib. IV. Ἡ δὲ εἰκὼν ἐκείνη ἐν σχήματι νοσοῦντος προκεῖται ὠχριῶσα, *imago illa ad ægroti speciem pallida proponitur.* Talem autem imaginem gestatam in funere Drusi docet *Tacitus* Ann. Lib. III, 5. ubi profert verba nonnullorum Germanici funus cum funere Drusi patris comparantium: *ubi illa veterum instituta? propositam toro effigiem* &c. De qua consuetudine, adi ad eum locum *Taciti* Interpretes, & *Ioan. Meursium* de Funere cap. XIX. Imagines autem illæ laureatæ erant, in habitu quippe triumphali, ob res gestas eorum quorum erant. Augusti ipsius, ut docet *Dio* in ejus funeris descriptione, εἰκὼν κηρίνη ἐν ἐπινικίῳ στολῇ ἐξεφαίνετο, *imago cerea, in triumphali habitu cernebatur*, ac proinde laureata; nemo enim nescit, triumphalia ornamenta non fuisse sine laurea. Igitur Drusi, cùm præsertim ei paratus fuisset triumphus, imago etiam laureata in funere conspecta est. *Idem.*

206 *Quæ victrix Templis debita laurus erat*] Laureas Imperatores, quas re bene gestâ victisque hostibus reportabant è provincia, deponere in Capitolio solebant, in Templo Jovis. *Iulius Obsequens: Cùm in agro Pistoriensi Catilinam Antonius devicisset, laureatos fasces in Provinciam tulit. Ibi à Dardanis oppressus, amisso exercitu, profugit. Apparuit eum hostibus portendisse victoriam; cùm ad eos laurum victricem attulerit, quam in Capitolio debuerat deponere.* Hæc habet *Adr. Turnebus* Adversar. Lib. II. cap. 10. quibus subjicit versiculum hunc *Pedonis. Sed* quisquis pluribus, de hoc more deponendæ in Capitolio

reliquique cives, cujuscumque sint ætatis, ne ullâ quidem matronâ exceptâ. 205 Laurea, quam Drusus victoriâ sibi pepererat, mœstæ ejus imagini imposita est; cùm eam ipse debuisset triumphans in gremio Capitolini Jovis deponere. Equites feretro adstantes certatim se se obtulerunt, ut funebrem lectum efferrent, humerósque suos ei præstando officio sedulò præberent. Augustus verò privignum, quem summâ curâ educaverat, in Circo Flaminio laudavit, tanto affectu, 210 ut inchoatam orationem interrumperent lacrimæ. Imò verò, optasti tibi mor-

tolio laureæ, testimoniis indigebit, is adeat oportet Interpretes *Suëtonii* ad Domitiani cap. VI. & *Jul. Cæsar Bullengeri* Librum de Triumphis cap. XV. ubi plurima vir eruditus coacervavit. *Idem.*

207 *Certat onus lecti generosa* &c.] Vide jam dicta ad v. 202. Cadaver in hominum nobilium funeribus lecto imponebatur, eúmque lectum subibant juvenes lectissimi, ferebántque lentis passibus primùm in forum, deinde ad rogum, in quo summo collocabatur. Hæc multis exemplis, argumentisque comprobarunt *Joan. Meursius* de Funere cap. XX. & seqq. aliíque eadem de re Scriptores. *Idem.*

209 *Et voce & lacrimis*] Erant qui suspectum Drusum Augusto tradiderant, quod confutat *Suëtonius* hisce verbis, cap. I. Claudii, quæ maximè faciunt ad illustrationem *Pedonis* nostri. *Quod equidem*, inquit, *magis ne prætermitterem, retuli, quàm quia verum, aut verisimile putem, cùm Augustus tantopere & vivum dilexerit, ut coheredem semper filiis instituerit, sicut quondam in senatu professus est; & defunctum ita pro concione laudaverit, ut Deos precatus sit, similes ei Cæsares suos facerent* &c. Dio similiter Lib. LV. αὐτῷ ἐν τῇ ἀγορᾷ προτεθέντος διπλοῦς ὁ ἐπιτάφιος ἐλέχθη· ὅ τε γὰρ Τιβέριος ἐνταῦθα αὐτὸν ἐπῄνεσε, καὶ ὁ Αὔγουστος ἐν τῷ Φλαμινίῳ ἱπποδρόμῳ· ἐξεστράτευτο γὰρ, καὶ οὐκ ἦν οἱ ὅσιον μὴ οὐ τὰ καθήκοντα ἐπὶ τοῖς κατειργασμένοις πρὸ αὐτὴν τὴν εἴσω τοῦ πωμηρίου ἔσοδον ἐπιτελέσῃ: *Eo in foro proposito, duplex dicta est funebris oratio; nam & Tiberius hîc eum laudavit, & Augustus in Circo Flaminio; nam quia bellum gesserat, ea prætermittere nefas erat, quæ* (post bella confecta) *in ipso pomerii introitu de more præstabantur.* Idem.

211 *Tu letum optasti*] Proximè sequuntur, apud *Suëtonium*, in loco superiùs allato, hæc verba: *sibique tam honestum quandoque exitum darent, quam illi dedissent. Nec contentus*, subdit Historicus, *elogium tumulo ejus versibus à e compositis insculpsisse, etiam vitæ memoriam* prosâ *oratione composuit.* Idem.

Par tibi, si sinerent te tua fata mori.
Sed tibi debetur cœlum, te fulmine pollens
Accipiet cupidi regia magna Jovis.
Quod petiit tulit ille, tibi ut sua facta placerent,
Magnáque laudatus præmia mortis habet.
Armatæque rogum celebrant, de more, cohortes;
Et pedes exsequias reddit, equésque duci.
Te clamore, vocant, iterúmque iterúmque supremo,
At

NOTÆ.

*Diis aversantibus omen*] Non erat cur Dii aversarentur omen rei, quam norant, ut quidem *Alvinovanus* putabat, numquam futuram. Mendacem oportuisset esse memorem. Sed quia, si quid sinistri fortè diceretur, solebant addere, *Dii omen avertant*, propterea fingit, Augusto de morte sua loquente, Deos omen esse aversatos. Cicero Philipp. IV, 4. *Quibus M. Antonius (ô Dii immortales avertite & detestamini, quaso, hoc omen) urbem se divisurum esse promisit.* Philipp. XI, 5. *Quid Bestiam? qui Consulatum in Bruti locum se petere profitetur; atque hoc quidem detestabile omen avertat Jupiter!* Talia passim occurrunt. Qui loquitur de Augusto quasi de Deo, idem de Diis sentit quasi de hominibus. *Idem.*

213 *Sed tibi debetur cœlum*] Vide ad v. 245. *Idem.*

215 *Quod petiit, tulit ille*] Sequuti meritò sumus emendationem *Justi Lipsii* Epistol. Quæst. Lib. III. Epist. 3. cùm malè legeretur: *quid petiit? tulit ille.* Sensus est, ut optimè vir summus censuit: quod unum Drusus voluit, ut tibi Augusto placeret, id jam consequutus est; laudas ecce mortuum, & laudas publicè. *Idem.*

216 *Magnaque laudatus* &c.] Perfunctoriè sanè ab Augusto laudatus non est, ut ostendimus ad vss. 209. & 211.

217 *Armataque rogum* &c.] Aderant, nempe, milites Prætoriani, & si qui Romæ erant, eo tempore, qui sub Druso meruissent; ut in funeribus Sullæ & Cæsaris aliisque principum virorum. Exemplum unum subjiciemus ex *Dione*, qui in descriptione funeris Augusti, sub finem Lib. LVI. ita habet: ἐπεὶ ἐς τὴν πυρὰν τὴν ἐν τῷ Ἀρείῳ πεδίῳ ἐνετέθη, πρῶτοι μὲν ἱερεῖς πάντες περιῆλθον αὐτήν, ἔπειτα δὲ οἵ τε ἱππεῖς, οἵ τε ἐκ τοῦ τέλους καὶ οἱ ἄλλοι, καὶ τὸ ὁπλιτικὸν τὸ φρουρικὸν περιέδραμον, πάντα τὰ νικητήρια ὅσα τινὲς αὐτῶν ἐπ' ἀριστείᾳ ποτὲ παρ' αὐτοῦ εἰλήφεσαν ἐπιβαλόντες αὐτῷ: *postquàm impositus fuit rogo, qui in Campo Martio erat, primi quidem Pontifices omnes eum circumiverunt; deinde equites, tam ex dignitate quàm alii, & pratoriani milites circum cucurrerunt, in eum conjicientes omnia*

mi-

mortem similem, ô Auguste; quod fieri tamen nequit, quoniam fata te immortalem esse voluerunt. Meritis tuis debetur cœlum, téque regia ipsius Jovis, qui fulmen vibrat, cupidè excipiet. 215 Ad Drusum quidem quod attinet, id quod cupiebat adsequutus est; nempe, ut tibi ipsius facta probarentur; satísque mortem suam laudibus tuis pensatam putat. Milites cùm prætoriani, tum alii, quicumque sub Druso stipendia fecerant, armati ad rogum concurrerunt, peditésque & equites duci suo justa facere sategerunt. Aliquoties magnâ voce ultimùm vale,

*militaria dona, quæ ab eo aliquando, fortitudinis causâ, acceperant.* Idem.

Ibid. *Celebrant*] Hoc est, frequentes ad rogum adsunt; qui non rarus est verbi *celebro* significatus.

219 *Te clamore vocant* &c.] Non semel videntur valedixisse mortuis, sed & antequàm faces rogo subjicerentur, & postquàm reliquiæ sepulcro essent conditæ. Sic Virgilianus Æneas Pallanti valedicit feretro imposito, ut ad Patrem Evandrum ferretur Lib. XI, vs. 97.

*——— salve æternùm mihi, maxime Palla,*
*Æternúmque vale.*

At Lib. III, 67. post instauratum funus Polydori:

*——— animámque sepulcro*
*Condimus, & magnâ supremùm voce ciemus.*

ad quem locum *Servius: Est autem hoc loco quod dicimus more sollèmni, id est, tertiò vale: NOS TE ORDINE QVO NATVRA PERMISERIT OMNES SEQVEMVR. Quidam dicunt eorum mortuorum nomina ter vocari, qui in aliena terra dimittuntur, ut in VI.* & magnâ manes ter voce vocavi. Ceterùm de ultima illa mortuorum compellatione, vide quæ collegerunt *Ioan. Meursius* de Funere C. XXVII. *Iac. Gutherius* de Jure Manium Lib. II. cap. II. & *Pet. Morestellus* de Pompa Ferali Lib. VIII. cap. 7. *Idem.*

220 *At vox adversis* &c.] Quasi Echo responderet, pro Druso. Erant & qui sepulcrales inscriptiones ita concipiebant, ut viator eas legens valediceret mortuo, & vice versà salutari à mortuo videretur. Quasdam ejus generis collegit *Iac. Gutherius*, cap. XIII. ejusdem Libri, qualis hæc est, quæ Pisis visitur:

PARTHENI. HAVE.
BENE. VALEAS. *QVI. ME.* SALUTAS.

221 *Ipse*

At vox adversis collibus icta redit.
Ipse pater flavis Tiberinus inhorruit undis,
Sustulit & medio nubilus amne caput.
Tum salice implexum, muscóque & arundine crinem,
Cæruleo magnâ legit ab ore manu.
Uberibúsque oculis lacrimarum flumina misit,

Vix

## NOTÆ.

221 *Ipse pater flavis* &c.] Nullam memorant Scriptores, qui de funere Drusi egerunt, exundationem Tiberis; nec sanè hîc *Albinovanus* tam exundationem, quàm minas exundationis innuit. Videtur hoc finxisse, quia tempore, quo Marcellus, Octaviæ filius, mortuus est, Τίβερις αὐξηθεὶς τήν τε ξυλίνην κατέσυρε, καὶ τὴν πόλιν πλωτὴν ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας ἐποίησε: *pontem sublicium evertit, fecitque ut urbs per triduum esset navibus pervia.* Sunt ultima verba Lib. LIII. *Dionis.* Ne Drusus Marcello posthaberi à Diis videretur, finxit, ut opinor, *Pedo* minas eluvionis, cùm eluvionem non posset. *Idem.*

Ibid. *Flavis — undis*] Nempe, propter flavam arenam, quam secum devehit. *Virgilius* Æneïd. VII, 30.

*— fluvio Tiberinus amœno,*
*Verticibus rapidis & multâ flavus arenâ,*
*In mare prorumpit.*

Qua de re adi & *Turnebum* Adversar. Lib. XXII. cap. 7.

Ib. *Tiberinus*] Scribimus hanc vocem per I, in prima syllaba, non per Y, quòd vox Latina sit, non Græca; deinde quòd Græci accuratiores, ut *Dionysius* Halicarnasseus, *Strabo*, & alii, scribant Τίβερις. Scio nonnullos scribere Θύμβρις, sed vitiosa erat Græculorum pronunciatio, & versibus fortè adcommodata. Certè ea *Dionysius* Periegetes utitur. Tiberinus autem non est Tibris, hoc est, fluvius ipse, sed Numen quod fluvio præesse censebatur. Liquet hoc cùm ex ipsa nominis forma, tum ex usu optimorum Scriptorum. Sic *Virgilius* Æneïd. VIII, 31.

*Hic Deus ipse loci fluvio Tiberinus amœno,*
*Populeas se inter senior attollere frondes*
*Visus* &c.

Attamen *Servius* ad hunc locum, aut quisquis doctissimi Grammatici schedas commaculavit, hanc habet quæstionem: *Cùm ipse fluvius Tiberinus sit, quid ita intulit* Deus fluvio? *Tiberinus enim Deus genius loci, ò fluminis & riparum.* Postea subjicit: *Bene* Tiberinus, *quia supra*

*pra*

vale, ut adſolet, ei dixerunt; 220 at pro Druſi reſponſo, quod à clauſo in æternum ore reddi non potuit, mœſta Echo è collibus vicinis eadem verba retulit. Numen ipſum, quod Tiberi præeſt, in aquis ſuis, audito clamore, inhorruit; capútque nube tectum, ne à mortalibus cerneretur, ex fluvio extulit, ut pompam videret. Igitur cæſariem ſalignis frondibus, muſcóque & arundine implicatam, ab oculis manu amovit 225 conſpectóque buſto, tantam emiſit

prà *dixerat* Deus. *Nam in ſacris* Tiberinus, *in cœnolexia* Tiberis, *in poëmate* Tibris *vocatur.* Nimirum, in ſacris agebatur non de aqua, ſed de Deo aquæ præſide; & in verſibus pangendis interdum conducit diſſyllabum eſſe hoc nomen, nec tamen quidquam vetat quominùs, ubi commodius eſt, dicatur *Tiberis.* Veteres, cùm non intelligerent rationes naturales perennis aquæ decursûs, exiſtimarunt nullum eſſe ejuſmodi decurſum, ſine Deo, hoc eſt, immortali Mente quæ aquam illam profunderet, nec areſcere pateretur. Aliquando nomen ejuſmodi Numina diſtinctum à nomine aquæ habuerunt; quod in *Tiberino*, & *Tiberi* animadvertere licet; ſed ſæpiùs, uno nomine, & decurſum aquæ, & decursûs præſidem Deum ſignificarunt. *Idem.*

223 *Tum ſalice implexum* &c.] Tiberinum hìc nobis deſcribit *Pedo*, quaſi cancrum qui non in limpida aqua, ſed inter lapides muſco & arundinibus miſtos reptaret. Quod & alii Poëtæ factitant. Poſtea tamen meliùs ſpeluncam finxit habitaculum fluviatilis Dei, ſequutus *Virgilium*, Georg. Lib. IV. in Ariſtæi fabula. *Idem.*

224 *Cæruleo*] Epithetum omnium fluviorum, propter colorem aquæ profundioris. Ideò & hìc noſter, & *Virgilius* Tiberim *cæruleum*, non minùs ac flavum vocitant. Ceterùm hìc nobis pingitur parum θεοπρεπῶς Numen emergens, inſtar pueri, qui ex alto in aquam deſiliiſſet, aut urinatoris, capillis ante oculos ſparſis, muſcóque, arundinibus, & ſalicum frondibus implicatis. Sed ita ſolent Poëtæ, in hacce Theologia, abſurda ingenioſis miſcere; quibus tamen, propter verborum & numerorum elegantiam, ſententiarúmque & deſcriptionum concinnitatem, non ignoſcimus tantum, ſed etiam plaudimus. *Idem.*

225 *Lacrimarum flumina*] Non eſt ſanè abſurdum fingere Deum fluminis ubertim lacrimari poſſe; ſed ipſâ ſuâ immortalitate miſeriores erant Dii illi mortalibus, ſi morientibus illuſtribus quibuſque viris flere eos neceſſe fuit. *Idem.*

*Legit ab ore*] Hoc eſt, elegit, ac ſeparavit, ita ut ad dextram rejiceret, quos ex ea parte capitis pendere *oportebat*, *pariterque* ad ſiniſtram. Nic.

Vix capit adjectas alveus altus aquas.
Jamque rogi flammas exstinguere fluminis ictu,
Corpus & intactum tollere certus erat.
Sustentabat aquas, cursúsque inhibebat equorum,
Ut posset toto proluere amne rogum.
Sed Mavors, templo vicinus & accola Campi,
Tot dixit siccis verba nec ipse genis:
Quamquam amnes decet ira, tamen, Tiberine, quiescas;
Non tibi, non ullis vincere fata datur.

Iste

## N O T Æ.

*Nic. Heinsius* legebat *tergit*, minùs commodè, nam aliud est capillos ante oculos pendentes amovere, aliud *tergere*. Possis etiam interpretari *collegit*, hoc est, in ore sparsos versùs tempora collegit. Sanè simplex *lego*, pro *colligo*, frequens est, & *colligere comas* dicunt Latini. *Idem.*

227 *Fluminis ictu*] Æquè commodè dicere potuit *Pedo*, *ictum fluminis*, subitum undarum impetum, & appulsum, ac dixit *fulminis*, id est, flammæ *ictum*, v. 11. Sic & *Lucretius* Lib. II. dixit colores in cauda pavonum generari *luminis ictu*. *Ianus* tamen *Rutgersius* legebat *auctu*. Var. Lect. Lib. VI. cap. 19. *Idem.*

228 *Certus erat*] Decrèverat. Vide v. 170.

229 *Cursúsque inhibebat equorum*] Non quòd Dii fluviorum quadrigis sequi decursum aquarum crederentur; sed allegoricè hîc aquas intellexit, quæ equorum instar præcipites aguntur. Non poterat sanè repeti *aquarum*, quod est in nonnullis libris antiquis, ut docet *Heinsius*. Itaque idem eleganti allegoriâ aliter expressit *Pedo*, nec video cur locus corruptus censeri queat; potuit enim equos Tiberino tribuere, quemadmodum alii Neptuno. Vide *Virgilium* Æn. 1, 160. *Idem.*

231 *Mavors Templo vicinus*] Habebat enim Mars Templum in Campo ab ipsius nomine dicto, ut ex hoc loco probavit *Famianus Nardinus* Romæ Veteris Lib. VI. cap. 7. ubi addit locum *Dionis Cassii* Lib. LVI. ad ann. U. C. DCCLXIII. ὁ τοῦ Ἄρεως ναὸς ἐν τῷ πεδίῳ αὐτοῦ ἐκεραυνώθη: *Martis templum in ejus campo fulmine ictum est.* Idem.

Ibid. *Accola campi*] Hoc est, accola Tiberis, quia erat Campi vicini incola, vel accola ex vicino campo. Alioquin *accola campi* esset *qui ad campum* incoleret. De situ, magnitudine & ædificiis Campi

fit lacrimarum copiam, ut eas vix alveus caperet. Mox paratus erat, impetu aquarum in rogum converso, flammas exstinguere, constituerátque igne illæsum etiamnum cadaver undis suis abripere. Quod ut posset præstare, aquas supra Martium Campum sustinebat, ne effluerent, toto flumine rogum proluere cupiens. Sed Mars, qui in Campo sibi consecrato Templum habitat, Tiberísque riparum accola est, lacrimans & ipse eum hisce verbis compellavit: tametsi non indecora est ira fluminibus, attamen, ô Tiberine, melius erit nihil hac in re moliri; neque enim tibi, aut alii cuiquam Deorum fata-

pi Martii consule Eruditum Italum quem antea laudavi, ejusdem Libri Cap. v. & seqq. *Idem.*

233 *Amnes decet ira*] Quia quò pleniori alveo & quò vehementiùs defluit aqua, eo amœnior adspectu est fluvius; qui tamen torrens, intra ripas, tunc irasci videtur. *Lucanus* de Nilo per Catadupos delabente Lib. x. 315.

*— Quis te tam lene fluentem*
*Moturum tantas violenti gurgitis iras,*
*Nile, putet? sed cùm lapsus abrupta viarum*
*Excepere tuos, & præcipites cataractæ,*
*Ac nusquam vetitis ullas obsistere cautes*
*Indignaris aquis, spumâ tunc astra lacessis,*
*Cuncta fremunt undis, ac multo murmure montis*
*Spumeus invictis canescit fluctibus amnis.*

Vide elegantissimam descriptionem fluviorum χωομένων, ut loquitur Poëta, *iratorum*, hoc est, exundantium Iliad. Φ. 234. & seqq. *Idem.*

234 *Non ullis vincere fata datur*] Hoc est, aliis Diis, nam Deus hîc Deum alloquitur. Quod diximus de Fortuna ad v. 51. idem dicendum de Fato, seu de æterna quadam causarum, necessariò se se evolventium, catena. Figmentum est in quod homines omnia rejiciunt mala, cui tribuunt delicta sua, atque in quod impunè debacchantur, cùm in Numen ipsum invehi non audent. Quia visi fuissent Dii crudeles, si ab iis quæ omnes optabant impetrari non potuissent, si modò ea in potestate haberent; ideò ne Diis nimia convicia fierent, finxerunt esse Fatum, quod ne à Diis quidem ipsis mutari posset. Quo commento hîc utitur *Pedo*, ut alii omnes & numeris adstrictæ & solutæ orationis Scriptores. Sed si ita res habebat, erunt delenda quæ habentur v. 187. & seqq. contra Deos. Verùm hoc jus est Poëtis



quod

Iſte meus periit, periit arma inter & enſes,
Et dux pro patria; funere cauſa latet.
Quod potui tribuiſſe, dedi; victoria parta eſt;
Auctor abît operis, ſed tamen exſtat opus.
Quondam ego tentavi Clothóque duáſque ſorores,
Pollice quæ certo penſa ſevera trahunt,
Ut Remus Iliades & frater conditor Urbis
Effugerent aliquâ ſtagna profunda viâ.

De

NOTÆ.

quod Pictoribus, ut quæ unà nequeunt conſiſtere, ea audacter conjungant; nec ſine lectorum laude, ſi modò ἀσύστατα illa ſomnia eleganter expreſſerint. *Idem.*

235 *Arma inter & enſes*] Hoc eſt, in caſtris, nam ceteroqui morbo periit, non ex vulnere, quod in acie ei inflictum eſſet. Sed honorificentius erat dicere mortuum inter arma, quàm inter culcitas & pulvinaria, præſertim Marti. *Idem.*

236 *Dux pro Patria*] Non agebatur hîc patriæ, hoc eſt, Romæ aut Italiæ ſalus; ſed tantùm Imperii magnitudo. Attamen ſanctum Patriæ nomen adhibetur, potiuſquàm Imperii, quod meræ eſt ambitionis, ut major honor concilietur Druſo. Vide v. 100. *Idem.*

Ibid. *Funere cauſa latet*] Lege:

*Et lux proh! patria funere clauſa latet.*

Scaliger.

*Ibid.* Conjiciebat N. *Heinſius:*

*Et lux proh! patria lumine caſſa latet.*

Malim, minori mutatione, legere tantùm *patet*, pro *latet*, ut ſit ſenſus, ex funere patere quæ ſit cauſa mortis; quia, nimirum, publico ejuſmodi funere efferri non debuiſſet Druſus, niſi ob Rempublicam mortuus fuiſſet, aut certè de ea bene meritus eſſet. *Gorallus.*

237 *Quod potui tribuiſſe dedi*] Si fatale fuit Germanos vinci à Druſo, quî hoc à ſe tributum jactat hîc Præſes Campi Martii? Debuit hoc Druſus Fato, non ei, qui in hoc negotio miniſtrum tantummodò Fati ſe dicere potuit. Si fatalis non erat hæc victoria, tótque Germani præter Fatum occiſi ſunt, qui potuiſſent non mori eo tempore; cur mors Druſi fatalis fuit? Verùm hæc omnia ſunt, ſi verum amamus, ſine mente ſonus, præterea nihil; & tamen omnibus admirationi erant, neque quemquam pudebat inanibus hiſce loquutionibus uti. *Idem.*

238 *Auctor*

fatorum mutandorum potestas est attributa. Periit Drusus meus, & quidem, ut alumnum meum decebat, inter arma; dum bellum pro patria gerit, quod ex funere publico, quod ei facit Populus Romanus, satis liquet. Quod in mea potestate fuit ei concessi; victoriam de hostibus retulit, cujus, quamvis auctor obierit, fructus etiamnum colligunt Romani. Quondam ego Clothonem, Lachesin & Atropon flectere conatus sum; quæ constantissimè nent filum vitæ singulis hominibus attributum; ut Romulus & Remus, quos ex Ilia susceperam, aliquâ

238 *Auctor abit operis* &c.] Hoc est, victoriæ auctor obiit, nec eo secius Populus Romanus fructibus victoriæ potitur. *Idem.*

239 *Quondam ego tentavi*] Nonne ergo norat *fata Deûm flecti non posse rogando?* si norat, fatuus erat; si non norat, Martem oportet Theologiæ illius ævi valde fuisse ignarum. Sed Deos fingebant, quasi quibusdam in rebus hominibus præstantiores, in aliis haud multo vulgo doctiores; nec multum sua referre putabant homines ingeniosi, an secum consentirent. *Idem.*

240 *Pensa severa trahunt.*] Notum est *pensum* dici propriè certum pondus cannabis, aut lini, nondum in fila deducti, quod ancillis à matre familias pendebatur (unde *pensum* dictum) ut certo tempore nerent. Ideo *pensum* dicitur certum vitæ spatium, unicuique, ut putabant, attributum. Qua de causa, *certum* etiam *pollicem*, dicit noster, quo semper eadem celeritate circumagitur fusus, cui circumvolvitur filum; & *severa* fila, hoc est, quæ nullis precibus longiora fieri poterant. Adi & Eleg. II, 14. & de nomine *Parcarum*, vide quæ nuper ad *Hesiodi* Theogoniam v. 217. notavit *Joan. Clericus.* Gorallus.

Ibidem. *Trahere pensa*,] Eleganter. *Martialis* in Xeniis: *improba cum morsu fila, manuque trahes.* Hinc *tracta.* Glossarium: *Tracta*, ἐκκόσματα, μηρύματα. Varro: *lanea tracta ministrasset in ectori.* Contrarium huic, *retractare.* *Apuleius* Miles IX. *Qui fatorum etiam inextricabiliter retractas licia.* Lindenbruchius.

242 *Effugerent aliquâ* &c.] Hoc est, immortales fierent. *Horatius* Carm. Lib. III. Od. 3. postquam enumeravit Heroas aliquot, qui virtute immortales erant facti, addit:

*hac Quirinus*
*Martis equis Acheronta fugit;*

hoc est, curru Martis in cœlum subvectus est. *Stagna profunda* fluvios inferorum vocat. *Idem.*

 243 Par-

De tribus una mihi; partem accipe quæ datur, inquit
Muneris, ex istis quod petis alter erit.
Hîc tibi, mox Veneri Cæsar promissus uterque;
Hos debet solos Martia Roma Deos.

Sic

## NOTÆ.

243 *Partem accipe quæ datur*] A Fato, nimirum, cujus decretorum interpretes habentur Parcæ. *Catullus* in Argonauticis, sive Carmine LXV. de tribus sororibus:

*Talia divino fuderunt carmine fata,*
*Carmine, perfidiæ quod post nulla arguet ætas.*

Paullò pòst:

*Accipe, quod læta tibi pandunt luce sorores,*
*Veridicum oraculum; sed vos quæ fata sequuntur,*
*Currite ducentes subtegmina, currite fusi.*

Idem.

244 *Quod petis*] Immortalis, sive Deus.

245 *Cæsar promissus uterque*] Hoc est, Julius Cæsar & Augustus. Si serius vixisset, Tiberium iis, ejúsque successores adjecisset, & numerum Divorum fatalem, scilicet, prout adulandi turpis necessitas postulabat, adauxisset. Qua in re, non possumus non mirari Romanos, ingeniísque humani cæcitatem. Quis enim non obstupescat, si animo reputet homines aut superstitiosos, qualis fortè erat noster *Pedo*, aut Epicureos, qualis *Horatius*, certatim detulisse divinos honores Julio Cæsari & Augusto? De posterioribus ætatibus non agam; nam hæc illis exemplo fuit. Qui credebant esse Deos immortales, à quibus omnia regerentur, quomodo audebant iis mortales homines, nec eos bonorum numero censendos, æquare? Qui non credebant ullos esse, aut putabant vivere Deos in intermundiis, sine ulla rerum humanarum cura; annon illudebant hominibus, quos quietis Deorum cœtibus adscribebant? Mirum etiam est Augustum (nam Divum Julium nemo vivum dixit, aut coluit) ejusmodi nomen ac honores accepisse, non à Græculis tantùm, omnibus adulationum ludibriis Romanam majestatem prosequi dudum adsuetis, sed ab ipsis Romanis, *Virgilio*, *Horatio*, &c. à quibus *Domini* & *Regis* nomina sibi delata accipere noluisset. Quis intelligat quâ fronte divinos honores sibi vindicantem Alexandrum (cui professò Augustus rebus gestis par non erat) irriderent, plauderéntque Callistheni & Macedonibus eò insaniæ devenire nolentibus, dum ipsi paria & turpiora etiam faciebant? Sed fortè imperantes quidem

11 , praeter quos nemo amplius erant e Romanis

m minùs ἄθεοι, quàm adulatores, hanc inter artes impe-
abuerunt, ut populi libentiùs atque addictiùs quasi humanâ
majoribus parerent; adulatores verò, Religionis omnis ex-
parati erant facere quæcumque rebus suis conducere existi-
Quid sibi etiam volebant consceleratì homines, qui non
entes tyrannidi suæ cultum divinum deferri, sibimet ipsi
iebant? Certè hoc de L. Ælio Sejano memoriæ prodidit *Dio*
'III. ἐκεῖνε θύσειν ἑαυτῷ μέλλοντος (τά τε γὰρ ἄλλα καὶ
ἰδῦν) χοινίον περὶ τὸν αὐχένα αὐτῶ περικείμενον εὑρέθη:
*ipse sacra sacra facturus esset (nam & aliàs solebat sibi rem divinam
nventus est funis collo ejus* (statuæ) *circumjectus.* Quidquid id
esse est Deos quidem illos facticios ac mortales à nobis dam-
intolerandæ superbiæ, aut ἀθεότητος, aut stuporis hac in
dibilis; cultores verò aut abjecti animi, aut Religionis spretæ,
emæ dementiæ, & fortè omnium illorum vitiorum utros-
ul. Quæ omnia si probè expendantur, non mirabimur am-
mines ejus aut nequitiæ, aut insaniæ, ad res divinas quod at-
eræ Religionis in Judæa exortæ usque adeò incuriosos fuisse.

. Videtur omnino respicere *Albinovanus* ad promissum Jo-
d legitur apud amicum vatem, Metamorphoseos xv, v. 816,
ubi utrumque Cæsarem Veneri Deum fore promittit. Sic
le Julio:

Sic cecinere Deæ, nec, tu Tiberine, repugna,
  Irrite; nec flammas amne morare tuo;
Nec juvenis positi supremos destrue honores,
  Vade age, admissis labere pronus aquis.
Paret & in longum spatiosas explicat undas,
  Structáque pendenti pumice tecta subit.
Flamma diu cunctata caput contingere sanctum,

Erra-

NOTÆ.

247 *Nec tu, Tiberine, repugna*] Vide ad v. 234. Sic, apud *Ovidium*, Metam. xv, 87. Jupiter alloquitur Venerem:

——— *sola insuperabile fatum,*
*Nata, movere paras* &c.

*Tibullus* Lib. I. El. 8. sic inchoat:

*Hunc cecinere diem Parcæ, fatalia nentes*
*Stamina, non ulli dissoluenda Deo.*

Passim similia apud Poëtas. *Idem.*

249 *Supremos destrue honores*] Ne disjicito struem lignorum, quâ ultimi honores persolvuntur Druso. Itaque *destruere*, quod est structa dejicere, hîc propriè dicitur. Sic *Cicero* de Senect. cap. xx. *Ædificium idem destruit facillimè, qui construxit.* Idem.

250 *Admissis labere pronus aquis*] Præstat hoc, quàm *immissis*, quod, ut docet *N. Heinsius*, Codices nonnulli habent. Est enim metaphora ab equis deducta. (Vide infrà v. 320.) Quæ eò aptior est, quòd v. 219. sub imagine *equorum* aquas descripsit *Pedo*. Sic *Ovidius* in Ep. Phyllidis ad Demophoontem v. 114.

*Et sacer admissas exigit Hebrus aquas.*

Idem.

251 *In longum*] Secundùm longitudinem fluvii, seu intra alveum. Contrà, apud *Horatium*, Od. II. Lib. I. exundans Tibris *sinistrâ labitur ripâ*, hoc est, Romam inundat. *Idem.*

252 *Structáque pendenti* &c.] Sic solent describi fluviorum domicilia, ut apud *Virgilium* Georg. IV, 374. de sedibus matris Aristæi:

*Postquàm est in thalami pendentia pumice tecta*
*Perventum.*

Quem locum malè tentat vir ingeniosissimus & doctissimus *Adr. Valesius*, in Valesianis, pag. 200. Vult enim legi *splendentia*, quia, ut ait, pendent quæ sunt in montibus, aut celsis in locis tecta; at hæc sub amne & in imis locis posita. Verùm marmor quidem *splendere dici potest*, at non pumex. Deinde pumex, qui est in forni-

ce

paruit Tiberinus, atque undas suas, non in Cam-
Martium, sed secundùm alvei longitudinem ex-
it; ipse verò antrum pumice veluti concamera-
, in quo habitare solet, repetiit. Interea flam-
ogi, quæ diu arserat antequàm attingeret ca-
da-

i, reverà pendet, quamvis antrum ad Tartara usque detru-
t. Nisi hoc ex re ipsa liqueret, vel hic *Pedonu* versus omnem
versiam tolleret. Sic etiam loquutus *Ovidius* in Epistola Sap-
l Phaonem, v. 141.

*Antra vident oculi scabro pendentia topho.*

alii plures, quorum loca colligere non vacat, nec sanè opus
uamquam propter viri famam, & quidem meritis in Rem-
am Litterariam debitam, pauca hæc afferenda fuerunt. *Idem.*

*Caput sanctum*] Hoc est, ipsum cadaver, nam *caput* dicitur
pro homine. Cadaver autem hîc vocatur *sanctum*, quasi *in-
e*, quòd Veteres cadavera, busta & sepulcra, quasi Diis Ma-
, Inferisque singulari ratione consecrata, violare vererentur.
*oan. Meursium* de funere cap. XLIII. & *Jacob Gutherium* de
Manium Lib. III. Hinc *Seneca* Epigr. IV. se, quòd exsula-
uasi mortuum describens, & inimicos compellans:

*Ipsos crede Deos nunc hoc tibi dicere, Livor,*
*Hoc tibi nunc Manes dicere crede meos.*
*Res est sacra mi er, noli mea tangere fata,*

Erravit posito lenta sub usque toro.
Tandem ubi complexa est silvas, alimentáque sumsit,
Æthera subjectis lambit & astra comis;
Qualis in Herculeæ colluxit collibus OEtæ,
Cùm sunt imposito membra cremata Deo.
Uritur heu! decor ille viri, generosáque forma,
Et

NOTÆ.

*sunt, sed sanctione quadam confirmata, ut Leges sanctæ sunt. Sanctione enim quadam sunt subnixæ. Quod enim sanctione quadam subnixum est, id sanctum est, etsi Deo non sit consecratum.* Hoc tamen *Pedonis* loco, ut ad eum redeamus, *sanctum* dicitur cadaver, non tantùm legum & consuetudinis sanctione quâ violari vetabatur, sed etiam consecratione quâ cadaver quodammodo *juris divini* est, ut loquitur *Gaïus* Jurisconsultus eodem Titulo, Lege I. *Idem.*

254 *Lenta sub usque*] Emendabat *J. Lipsius* Epist. Quæst. Lib. III. Ep. 3. *subitque*, hoc est, erravit flamma & tandem lenta subiit. Sed necessaria non est emendatio, ut rectè animadvertit *Joan. Frid. Gronovius*, qui Observationum Lib. III. cap. 19. negat se videre cur Scaligeri, *lenta sibi usque*, aut Lipsii, *lenta subitque*, huic lectioni præferat. Significat certè, ut subjicit, τὸ *usque* continuum alicujus temporis, aut moræ spatium. *Plautus* Pseudolo: *sed te volo domi usque adesse.* Terentius: *cui hodie usque os præbui.* Virgilius: *licet usque, minùs via lædet, eamus.* Flamma igitur, dum diu metuit attingere sanctum corpus, sub posito lecto usque lenta erravit, lentè ambedit & corripuit circumjecta ligna, non rectà emicuit in summum rogum, ubi cadaver erat. Hæc optimè vir doctissimus, quæ pluribus exemplis comprobare in proclivi esset, si res dubia ageretur. *Nicolaus* tamen *Heinsius* conjecturam *Lipsii* probabat; nisi quis mallet *lenta subisse*, quod tamen superiori conjectura durius est. Adi *Rob. Stephanum* in Thesauro, ad ultimam significationem particulæ *Usque*, quam in hoc loco obtinet. *Idem.*

255 *Silvas*] Hoc est, ligna è silvis petita.

256 *Subjectis*] Hoc est, ex inferiore parte jactis. Sic *Virgilius*, Eclog. X, 74.

*Quantum, vere novo, viridis se subjicit alnus.*

Hoc est, ut interpretatur *Servius*, *sursum jacit*, *vel subter jacit.* Similiter de flamma (quod exemplum hîc aptius est) Georg. IV, vs. 385.

*Ter flamma ad summum tecti subjecta reluxit.*

At ecce tibi Criticum, eúmque sanè eximium, *Adrian. Valesium*, i hîc menda esse contendit, legitque priori loco *subrigit*, altero *sub-*

daver, & ſemper ſub lecto huc illuc erraverat; tandem, ubi ſubjectam omnem materiam corripuit, ad cœlum uſque, complexa cadaver, ſublata eſt. Talis fuit olim, quæ, in jugo montis Oetæ, impoſita rogo Herculis membra concremavit. Uſta ſunt

*ſubrecta.* Verùm quamquam abſurda non eſt viri acutiſſimi conjectura, minimè neceſſaria eſt, ut oſtendit vel hic verſus *Pedonis*, niſi fortè eum mutatum etiam velis. Sed ſic quoque alibi loquutus *Virgilius*, ubi correctioni *Valeſii* nullus poteſt eſſe locus; libro, nempe, Æneïd. XII, 288.

——— *corpora ſaltu*
*Subjiciunt in equos.*

*Nonius Marcellus*, de varia ſignificatione verborum, interpretatur *ſurſum jacere, excreſcere*, profertque tria loca allata *Virgilii*. Quamobrem retinenda vulgaris lectio, quæ poſſet & aliis exemplis firmari, ut hoc Liviano, Lib. XXXI, 36. *Saluti fuit eques, qui raptim ipſe deſiluit, pavidúmque Regem in equum ſubjecit.* Hæc obiter, ne quis, viri eruditiſſimi auctoritate, ad mutanda quæ mutari non debent adducatur. *Idem.*

Ibid. *Comis*] Nova ſed felix tranſlatio, quâ flammæ ſuperiores partes *coma* dicuntur; nec ſanè ſunt paſſis *comis* figurâ diſſimiles. *Virgilius* prior dixerat flammam præaltam *ſidera lambere* Æn. III, 574. ubi de Ætna:

*Attollitque globos flammarum & ſidera lambit.*

Idem.

258 *Impoſito — Deo*] Hoc eſt, eo, qui Deus mox futurus erat. Vide *Ovidium* Metam. Lib. IX, 243, & ſeqq. Nec tamen quod divinum fuit in Hercule combuſtum credebatur, ut docet illic Poëta. Quod albis dentibus meritò riſit *Lucianus* in Dial. Mortuorum, ubi Herculem & Diogenem colloquentes inducit. *Idem.*

259 *Generoſáque forma*] Qualis decebat hominem generoſum, ſive nobilem. De eo *Velleius* Lib. II. pag. 64. *Pulcritudo corporis proxima fraterna fuit.* Sic autem à *Suëtonio* deſcribitur Tiberius, cap. LXVIII. *Corpore fuit amplo atque robuſto; ſtaturâ, quæ juſtam excederet; latus ab humeris & pectore; ceteris quoque membris, uſque ad imos pedes, æqualis & congruens, ſiniſtrâ manu agiliore ac validiore* &c. *Facie honeſtâ, in qua tamen crebri & ſubiti tumores, cum prægrandibus oculis.* Deformem tamen deſcribit *Tacitus* Annal. IV, 57. ſed ſenem. *Idem.*

Et faciles vultus, uritur ille vigor,
Victricésque manus, facundáque principis ora,
Pectoráque ingenii magna capáxque domus.
Spes quoque multorum flammis uruntur in îisdem.
Iste rogus miseræ viscera matris habet.
Facta ducis vivent, operosáque gloria rerum;
Hæc manet, hæc avidos effugit una rogos.
Pars erit historiæ, totóque legetur in ævo,
Séque opus ingeniis, carminibúsque dabit.
Stabis & in rostris tituli speciosus honore;

Cau-

NOTÆ.

260 *Et faciles vultus*] Comem & mansuetam intelligit faciem, quæ animi & morum *facilitatem* indicabat. Qua in re dissimillimus erat fratri, qui, ut habet *Suëtonius* eodem loco, *incedebat cervice rigidâ & obstipâ, adducto ferè vultu; plerumque tacitus, nullo aut rarissimo etiam cum proximis sermone, eóque tardissimo, nec sine molli quadam digitorum gesticulatione. Quæ omnia ingrata atque arrogantiæ plena* &c. Vocem *vultus* propriè adhibuit hic *Pedo*, nam vultus est *voluntas, quæ pro motu animi in facie ostenditur*, ut habet *Nonius* de Diff. Verborum. *Idem.*

Ibidem. *Ille vigor*] Nimirum, vultûs. *Livius* Lib. XXI, 3. de Annibale: *Amilcarem viventem redditum sibi veteres milites credere, eumdem vigorem in vultu, vimque in oculis, habitum oris, lineamentáque intueri.* Itaque melius hæc dicta fuissent de recenti cadavere, cujus vultus nondum lividus fuisset; quod narratur de Alexandro, cujus mortui, post septem dies, *vigor quoque, qui constat ex spiritu, non destituerat vultum.* Ita *Curtius* Lib. X, 10. *Idem.*

262 *Domus*] Eos sequitur, qui in corde, aut in pectore collocabant sedem animi; quod vulgo sensisse videntur Romani veteres, quibus *cor* pro sapientia, *cordatus* pro viro sapiente frequenter dicebantur. *Magnam* autem & *capacem domum* vocat *Pedo*, quòd Drusus lato esset pectore. Vide ad v. 259. Eleganter porrò atque ex Philosophorum interiori doctrina & stylo, corpus dicitur *domus animi.* Exempla vide apud *Hug. Grotium* ad 2 Cor. V, 1. *Idem.*

263 *Spes quoque multorum*] Matris, consanguineorum, familiarium, clientium, ac totius denique Reipublicæ. *Idem.*

264 *Miseræ viscera matris habet.*] Vide ad v. 134. Liberi dicuntur *viscera* parentum, & præsertim matrum. Canace ad Macareum v. 90. de puerulo, quem pepererat:

Cùm

e iis parta numquam in hominum memoria in-
orientur; hæc demum æterna est, soláque rogi
nis minimè absumitur. Historia facta ejus nar-
, atque æternitati consecrabit ; & poëtæ ope-
suorum argumenta inde desument. Statua ti-
Druse, in Rostris, ponetur, cum honorifica
in-

*Cùm mea coram me silvas inimicus in altas*
*Viscera montanis ferret edenda lupis.*

8.

*Diripiunt avida viscera nostra feræ.*

*Operosáque gloria rerum*] Hoc est, gloria, magnis rebus gestis, lter parta, non ex facili orta. Sic *Lucanus* in Panegyrico ad m:

*Quàm mihi priscorum titulos, operosáque bella*
*Contigerit memorare.*

*Totóque legetur in ævo*] Hoc est, in æternum, nam *totum ævum* rnitas. *Virgilius* de Hippolyto immortalitatem consequuto, l. VII, 776.

*Solus ubi in silvis Italis ignobilis ævum*
*Exigeret.*

Causâque dicemur nos tibi, Druse, necis.
At tibi jus veniæ superest, Germania, nullum,
Postmodò tu pœnas, Barbare, morte dabis.
Adspiciam Regum liventia colla catenis,
Duráque per sævas vincula nexa manus,
Et tandem trepidos vultus, inque illa ferocum
Invitis lacrimas decidere ora genis.
Spiritus ille minax, & Drusi morte superbus,

Car-

NOTÆ.

bui solebat, & quidem in Rostris. Liquet hoc ex *Ciceronis* Philippica IX. ubi de Servio Sulpicio, qui cùm legationem nomine Senatûs ad Antonium obiret, mortuus erat, suadet Senatusconsultum esse faciendum, in quo scribi oportere censebat, (cap. VII.) *cùm talis vir ob Rempublicam in legatione mortem obierit, Senatui placere Servio Sulpicio statuam pedestrem aneam in Rostris ex huius ordinis sententia statui.* Quod cùm oppugnassent nonnulli, quòd morbo obiisset Sulpicius, sic eam sententiam confutaverat *Cicero* cap. I. *Quibus à te dictis* (Pansam Consulem alloquitur) *nihil prater sententiam dicerem, nisi P. Servilio respondendum putarem, qui hunc honorem statua nemini tribuendum censuit, nisi ei qui ferro esset in legatione interfectus. Ego autem, P. C. sic interpretor sensisse Majores nostros, ut causam mortis censuerint, non genus esse quarendum. Etenim cui legatio ipsa morti fuisset, ejus monumentum exstare voluerunt, ut in bellis periculosis obirent homines legationis munus audaciùs. ——— Lar Tolumnius Rex Vejentium quatuor legatos Populi Romani Fidenis interemit, quorum statua steterunt usque ad meam memoriam in Rostris. Justus honos; iis enim Majores nostri, qui ob Rempublicam mortem obierant, pro brevi vita diuturnam memoriam reddiderunt.* Postea profert exemplum Cn. Octavii, cui, simili de causa, decreta etiam erat in Rostris statua, aliáque eamdem in rem habet, quæ non exscribam. Similiter Druso, ob Rempublicam mortuo, statuam poni voluit Augustus. Ceterùm de Rostris statuisque ad ea positis, lege quæ habet *Famianus Nardinus*, in Roma Vetere Lib. V. cap 3. *Idem.*

*Tituli*] Hoc est, inscriptionis. Vide ad v. 16. *Idem.*

270 *Causáque dicemur*] In inscriptione, nempe, ubi ob Rempublicam mortem in Germania obiisse diceris. *Cicero*, in sequentibus verbis Senatusconsulti, cujus particulam attulimus ad v. 269. *circúmque eam statuam locum ludis gladiatoribúsque liberos, posteró sque ejus, quoque versùs pedes quinque habere, quòd is ob Rempublicam mortem obierámque causam in basi inscribi.* Sic quoque Philippicâ XIII. c. 4.

com-

inſcriptione, in qua pro Republica occubuiſſe diceris. At, ô Germania, nullo jure veniam petere à ducibus noſtris poteris, ſed tuorum morte ſcelus hoc expiabitur. Videbimus colla Regum tuorum livida gravibus catenis, quibus onuſti & manibus revincti in triumphum ducentur. Aliquando trepidabunt, & quamquam feroces, lacrimis ſortem ſuam inviti proſequi cogentur. Minaces illi ſpiritus & qui, propter Druſi mortem, ſuperbiebant, in

commemorat *ſtatuam in Roſtris cum inſcriptione præclara*, quæ M. Lepido poſita fuerat, & de qua pluribus agit Philip. v. c. 15. *Idem.*

272 *Morte dabis*] Vide ad v. 278.

273 *Regum liventia colla catenis*] Is mós Romanorum fuit, ut catenis & quidem gravibus vinctos Reges, Ducéſque hoſtium in triumpho ducerent. *Ovidius* Triſtium Lib. iv. Él. 2. de triumpho Tiberii:

*Vincláque captivâ reges cervice ferentes*
*Ante coronatos ire videbit equos.*

Qua de re plura vide apud *J. Caſ. Bulingerum*, Libro de Triumpho cap. xxix.

74 *Per ſævas vincula nexa manus*] *Ovidius* ibidem:

*Vincula fert illâ, quâ tulit arma, manu.*

Idem.

275 *Et tandem trepidos vultus* &c.] Idem, eodem loco:

*Et cernet vultus aliis, pro tempore, verſos;*
*Terribiles aliis, immemoréſque ſui.*

Paullò pòſt:

*Hic qui nunc in humo lumen miſerabile figit,*
*Non iſto vultu, cùm tulit arma, fuit.*
*Ille ferox, oculis & adhuc hoſtilibus ardens,*
*Hortator pugnæ, conſiliúmque fuit.*

Idem.

277 *Spiritus ille minax*] Hoc eſt, animus minax; ſed voce *ſpiritus* potiùs uſus eſt *Pedo*, quòd *ſpiritus* non animum tantùm ſed & animum elatum ſonet, ut apud *Cæſarem* de B. C. Lib. iii. cap. 72. *His rebus tantum fiducia ac ſpiritûs Pompeianis acceſſit* &c. *Idem.*

Ibid. *Druſi morte ſuperbus*] Poëticè dictum hoc eſt, aut oratoriè quod de Druſo legimus apud *Senecam*, in Conſol. ad Marciam c. iii. *In expeditione victor deceſſerat, ipſis illum hoſtibus ægrum, cum veneratione & pace mutua proſequentibus, nec optare quod expediebat audentibus.* Quod ſi verum eſſet, non ſuperbiiſſent Germani morte Druſi. Sed *Juſtus Lipſius oratoriè* loquutum cenſet *Senecam* ſuum; nam *quis credat* in-

Carnifici in mœsto carcere dandus erit.
Consistam, lætísque oculis, lentúsque videbo
Strata per obscœnas corpora nuda vias.
Hunc Aurora diem, spectacula tanta ferentem,
Quam-

NOTÆ.

inquit, *Germanos tunc sic aut mites, aut fatuos?* Ergo Philosopho hîc Poëta noster erit anteferendus. *Idem.*

278 *Carnifici in mœsto carcere dandus erit*] Fiebat hoc, postquàm triumphans in Capitolium pervenisset, quamquam non erat perpetuum: ut ostendit *J. Cæsar Bullingerus*, cap. XXIX. libri de triumpho. Has Poëtæ minas exsequutus demum est, aliquot pòst annis, Germanicus Drusi F. cujus res gestas narravit *Tacitus* Annal. Lib. I, & II. *Idem.*

279 *Lætis oculis, lentúsque videbo*] Sic rectè in contextu Editionis Heinsianæ, nec scio cur in notis conjiciat vir doctissimus legendum, *lentisque oculis, lætisque videbo.* Nam quod ait, ita emendandum ne Poëta bis idem dicat, id ad hanc lectionem nihil attinet, sed tantùm ad Scaligeranam, quæ ita habet: *lætisque oculis, lætúsque videbo.* Poëtæ sententia hæc est, se non tantùm obiter, sed otiosè, útque oculos pascat spectaturum, quod est hominis re delectati. Ab iis enim quæ abhorremus avertimus illico oculos, & refugimus, ne spectare cogamur. Sed sumitur etiam lentus pro moveri nescio, non tantùm ad iram, sed etiam ad misericordiam. Sic apud *Suëtonium* Augustus, de Tiberio cap. XXI. *miserum Populum Romanum, qui sub tam lentis maxillis erit!* & cap. LVII. *Sæva ac lenta natura ne in puero quidem latuit, quam Theodorus Gadareus, Rhetorica præceptor, & perspexisse primus sagaciter & adsimilasse aptissimè visus est; subinde in objurgando appellans eum πηλὸν αἵματι πεφυραμένον.* Ad quum locum vide *Is. Casaubonum*, & *Lavin. Torrentium.* Sic *Ovidius* in Ep. Sapphûs, v. 169.

——— *Versus amor tetigit lentissima Pyrrhæ*
*Pectora.*

Item in Ep. Heronis, v. 81.

*Certè ego tum ventos audirem lenta sonantes.*

Similiter hîc *lentus* significare queat nullâ motum misericordiâ. *Idem.*

280 *Strata per obscœnas*] *Obscœnæ viæ* sunt viæ mali ominis, quales quæ circa carcerem erant, nam *obscœnum* vocabant veteres quidquid erat mali ominis, ut docet *Festus* in *Oscum.* Solebant autem cadavera occisorum in carcere nuda projici in vias vicinas, quæ propterea ominosæ habebantur, quod paucis probandum. Apud *Livium*

in carcere à carnifice corporibus eorum expellentur. Quod cùm factum erit, consistemus ad carcerem, ut læto ejusmodi spectaculo otiosè fruamur; dum corpora per vicinas vias, quæ ominis causâ vitari solent, nuda jacebunt. O utinam dies tam

vium Lib. XXXVIII. cap. 59. dicit Scipio Nasica, damnato L. Scipione Asiatico, fore *ut in carcerem inter fures nocturnos & latrones vir clarissimus includatur, & in robore ac tenebris exspiret, deinde nudus ante carcerem projiciatur.* Valerius Maximus Lib. VI. cap. 9. Exemp. Rom. XIII. *Q. Capio — in publicis vinculis spiritum deposuit, corpúsque ejus funesti carnificis manibus laceratum, in Scalis Gemoniis jacens, magno cum horrore totius fori Romani, conspectum est.* Inter omina mortis Sejani hoc memoratur à *Dione* Lib. LVIII. quòd per viam ad carcerem tendentem, & Gemonias Scalas servi transiissent, eo die quo captus est. Ἐπειδὴ καὶ ἐν τῷ Καπιτωλίῳ θύσας εἰς τὴν ἀγορὰν κατῄει, οἰκέται αὐτοῦ οἱ δορυφόροι διά τε τῆς ὁδοῦ τῆς ἐς τὸ δεσμωτήριον ἀγούσης ἐξετράποντο μὴ δυνηθέντες αὐτῷ ὑπὸ τοῦ ὄχλου ἐπακολουθῆσαι, καὶ κατὰ τῶν ἀναβαθμῶν, καθ' ὧν οἱ δικαιούμενοι ἐρρίπτοντο, κατιόντες ὤλισθον καὶ κατέπεσον: *cùm in Capitolio sacra fecisset ac inde in forum descenderet, servi ejus stipatores, quòd propter turbam eum sequi non possent, in viam, qua ad carcerem ducit, diverterunt, ac per Scalas Gemonias descendentes lapsi deciderunt.* Sane Sejanus occisus in Gemonias projectus est, eúmque totum triduum populus illic ludibrio habuit, ut postea narrat *Dio.* Ceterum de carceris, & vicinarum viarum situ adi Romam Veterem *Fam. Nardini* Lib. V. c. 11. ubi & multa hanc in rem. Ejusmodi igitur spectaculo, post proximum de Germanis triumphum, pascere oculos suos parabat noster *Pedo*; quod barbaræ immanitatis, non Romanæ indolis fuit. Sed sic erant affecti Romani, ut crudelitatem eam demum vocarent, quæ exercebatur a Barbaris in Romanos, non à Romanis in Barbaros; quasi ejusdem humanæ naturæ participes non fuissent, aut exigere non potuissent, à Romanis, ut se haberent, quemadmodum ipsi haberi cupivissent, si in Barbarorum potestatem venissent! Sic unusquisque sibi ipse favet, ut alieni juris negligens est. *Idem.*

281 *Hunc aurora diem* &c.] In turpissimo voto pergit Poëta, quod dignum fuit ultima barbaria, & vix etiam ei condonandum; quidni enim Germanis licuit patriam suam defendere, contra Romanos? Sane haud paullo meliori jure se & sua tueri armis poterant, quàm Romani aliena invadere. Quâ ergo humanitate potuit *Pedo* optare interesse spectaculo miserando cadaverum virorum fortium, qui non alia de causa occidi poterant, quam quia patriam suam constantiùs, quam optassent Romani, propugnaverant? Profectò si sunt quæ miremur in Romanis, non desunt quæ meritò detestemur. *Idem.*

283 Ad-

Certus eras numquam nisi victor, Druse, reverti.
Hæc te debuerant tempora; victor eras.
Consule nos, duce nos, duce jam victore caremus;
Invenit en tota mœror in urbe locum.
At comitum squallent immissis ora capillis,
Infelix, Druso sed pia turba suo.
Quorum aliquis, tendens in te sua brachia, dixit:
Cur sine me, cur sic incomitatus abis?
Quid referam de te, dignissima conjuge Druso,
Atque eadem Drusi digna parente nurus?
Par bene compositum, juvenum fortissimus alter,

Al-

N O T Æ.

Propertius Lib. II. El. ult.

*Solum te nostros later adire Deos.*

Et lib. III. El. 23.

*Cogor & undisonos cum prece adire Deos.*

Tibullus Lib. I. El. 2.

*Num feror incestus sedes adiisse Deorum?*

In obscœno Carmine similiter Ep. XIII. Lex duodecim tabularum, apud *Ciceronem* Lib. II. de Legibus: ADDIVOS ADEUNTO CASTE. *Fratres* autem *Dei*, Castores dicebantur, aut fratres κατ' ἐξοχὴν, quomodo eosdem τοὺς Θεοὺς Græci, Lacones τὼ Σιώ dixerunt. *Naso* Pont. II. El. 2.

*Fratribus adsimilis, quos proxima templa tenentes,*
*Divus ab excelsa Julius æde videt.*

Lib. I. Fastorum, v. 707.

*Fratribus illa Deis fratres de gente Deorum.*
*Circa Juturnæ composuere lacus.*

Suetonius in Caligula: *Ædi Castoris & Pollucis in vestibulum transfigurata consistens sæpe inter fratres Deos medium se adorandum adeuntibus exhibebat.* Quare & gratificaturi Tiberio postmodùm affectum ejus erga Drusum cum affectu Castorum componebant. *Valerius Maximus* Lib. V. cap. 5. postquàm Tiberii pietatem in Drusum multis commendarat; *His scio equidem nullum aliud, quàm Castoris & Pollucis specimen, consanguineæ caritatis adjici posse.* Hæc Nicol. *Heinsius*, quæ integra præter morem adscripsi, quòd *Pedonem* nostrum mirè illustrarent. *Adiri* porrò *Dii* dicebantur ab iis qui *ibant* ad eorum statuas, quibus Deorum nomen, non aliter quàm ipsis Diis, impositum erat. *Idem*,

292 *Hæc*

g. 66.






Certus eras numquam nisi victor, Druse, reverti.
  Hæc te debuerant tempora; victor eras.
Consule nos, duce nos, duce jam victore caremus;
  Invenit en tota mœror in urbe locum.
At comitum squallent immissis ora capillis,
  Infelix, Druso sed pia turba suo.
Quorum aliquis, tendens in te sua brachia, dixit:
  Cur sine me, cur sic incomitatus abis?
Quid referam de te, dignissima conjuge Druso,
  Atque eadem Drusi digna parente nurus?
Par bene compositum, juvenum fortissimus alter,

Al

NOTÆ.

Propertius Lib. II. El. ult.

*Solum te nostros later adire Deos.*

Et lib. III. El. 23.

*Cogor & undisonos cum prece adire Deos.*

Tibullus Lib. I. El. 2.

*Num feror incestus sedes adiisse Deorum?*

In obscœno Carmine similiter Ep. XIII. Lex duodecim tabularum apud *Ciceronem* Lib. II. de Legibus: AD DIVOS ADEUNT( CASTE. *Fratres* autem *Dei*, Castores dicebantur, aut fratre κατ' ἐξοχὴν, quomodo eosdem τοὺ Θεοὺ Græci, Lacones τὼ Σι dixerunt. *Naso* Pont. II. El. 2.

*Fratribus adsimilis, quos proxima templa tonantes.*
*Divus ab excelsa Julius æde videt.*

Lib. I. Fastorum, v. 707.

*Fratribus illa Deis fratres de gente Deorum.*
*Circa Juturnæ composuere lacus.*

Suetonius in Caligula: *Ædis Castoris & Pollucis in vestibulum transfigu rata consistens sæpe inter fratres Deos medium se adorandum adeuntibus ex hibebat.* Quare & gratificaturi Tiberio postmodùm affectum eju erga Drusum cum affectu Castorum componebant. *Valerius Max: mus* Lib. V. cap. 5. postquàm Tiberii pietatem in Drusum mult: commendarat; *His scio equidem nullum aliud, quàm Castoris & Polluc specimen, consanguineæ caritatis adjici posse.* Hæc Nicol. *Heinsius*, qu integra præter morem adscripsi, quòd *Pedonem* nostrum mirè illu strarent. *Adiri* porrò *Dii* dicebantur ab iis qui *ibant* ad eorum sta tuas, quibus Deorum nomen, non aliter quàm ipsis Diis, imposi rum erat. *Idem*,

292 *He*

ipse orbatus. Statueras, ô Druse, minimè reverti, nisi devictis Germanis; debuisses ergo nunc ad nos incolumis redire, quandoquidem eos debellaveras. Verùm & Consule & Duce victore nunc caremus, ejúsque mors & à militibus & ab aliis civibus æquè lugetur. Omnes submissis capillis & squallido ore, funus tuum prosequuti sunt; infelix sanè turba, sed quæ pium exsequiarum officium prolixâ voluntate tibi præstitit. Nec defuerunt inter eos, qui funus celebrarunt, qui, ad bustum brachiis protensis, questi sunt Drusum sine se in inferos ire, libentérque eum comitati essent. Quid verò dicam de te, ô Antonia, uxor viro tuo Druso & nurus socru tua Livia dignissima? Non potuit par conjugum meliùs componi; nam juvenum fuit ille longè fortissimus,

292 *Hac te debuerant tempora*] Nimirum, nobis, vel Romæ.

294 *Invenit en tota*] Dessentibus militibus ducem, togatis Consulem. *Idem.*

295 *At comitum squallent*] Vide ad v. 86. Hoc distichon, ne quid mentiar, frigidum est, & alieno loco, ut & sequens, positum. Debebant hæc legi, ubi describebatur funus Drusi; quamvis prius horum distichorum ne illic quidem, sine odiosa repetitione, addi potuerit. At furor poëticus, qui tamen semper æquè vehemens non est, legibus vix coërcetur. *Idem.*

297 *Quorum aliquis* &c.] Fortè Livia mater, aut uxor Antonia. *Idem.*

299 *Dignissima conjuge Druso*] M. Antonius Triumvir, ex Octavia Augusti sorore, duas filias susceperat; Antoniam majorem, quam collocavit Augustus Domitio Ahenobarbo, avo Neronis, qui postea imperavit, ut docet *Suetonius* Ner. cap. v. & Antoniam minorem Druso nuptam, ut idem scribit Cap. I. vitarum Caligulæ & Claudii. Prior initio principatûs, *Antoniæ aviæ quidquid umquam Livia Augusta honorum cepisset, uno Senatûs-Consulto congessit.* Verba sunt Suetonii, vitæ ejus cap. xv. At idem postea *secretum petenti denegavit, nisi ut interveniret Macro præfectus, ac per istiusmodi indignitates & tædia causa exstitit mortis; dato tamen, ut quidam putant, & veneno.* Ib. c. XXIII. At Claudius ejus filius, nummis in honorem ejus cusis, qui etiamnum manibus teruntur, memoriam ejus reverenter habuit.

301 *Par bene compositum*] Videtur hæc loquutio à gladiatoribus petita, qui singuli singulis *componi* dicebantur; & *paria* gladiatorum vulgò dicta, nemo nescit. Nihil tamen vetat quominùs unum aut al-



… orbatus. Statueras, ô Druse, minimè reverti, … devictis Germanis; debuisses ergo nunc ad nos incolumis redire, quandoquidem eos debellaveras. Verùm & Consule & Duce victore nunc caremus, ejúsque mors & à militibus & ab aliis civibus æquè lugetur. Omnes submissis capillis & squallido ore, funus tuum prosequuti sunt; infelix sanè turba, sed quæ pium exsequiarum officium prolixâ voluntate tibi præstitit. Nec defuerunt inter eos, qui funus celebrarunt, qui, ad bustum brachiis protensis, questi sunt Drusum sine se in inferos ire, libentérque eum comitati essent. Quid verò dicam de te, ô Antonia, uxor viro tuo Druso & nurus socru tua Livia dignissima? Non potuit par conjugum meliùs componi; nam juvenum fuit ille longè fortissimus,

292 *Hæc te debuerant tempora*] Nimirum, nobis, vel Romæ.

294 *Invenit en tota*] Deflentibus militibus ducem, togatis Consulem. *Idem.*

295 *At comitum squallent*] Vide ad v. 86. Hoc distichon, ne quid mentiar, frigidum est, & alieno loco, ut & sequens, positum. Debebant hæc legi, ubi describebatur funus Drusi; quamvis prius horum distichorum ne illic quidem, sine odiosa repetitione, addi potuerit. At furor poëticus, qui tamen semper æquè vehemens non est, legibus vix coërcetur. *Idem.*

297 *Quorum aliquis* &c.] Fortè Livia mater, aut uxor Antonia. *Idem.*

299 *Dignissima conjuge Druso*] M. Antonius Triumvir, ex Octavia Augusti sorore, duas filias susceperat; Antoniam majorem, quam collocavit Augustus Domitio Ahenobarbo, avo Neronis, qui postea imperavit, ut docet *Suetonius* Ner. cap. v. & Antoniam minorem Druso nuptam, ut idem scribit Cap. I. vitarum Caligulæ & Claudii. Prior initio principatûs, *Antonia avia quidquid umquam Livia Augusta honorum cepisset, uno Senatûs-Consulto congessit.* Verba sunt *Suetonii*, vitæ ejus cap. xv. At idem postea *secretum petenti denegavit, nisi ut interveniret Macro præfectus, ac per istiusmodi indignitates & tædia causa exstitit mortis; dato tamen, ut quidam putant, & veneno.* Ib. c. XXIII. At Claudius ejus filius, nummis in honorem ejus cusis, qui etiamnum manibus teruntur, memoriam ejus reverenter habuit.

301 *Par bene compositum*] Videtur hæc loquutio à gladiatoribus petita, qui singuli singulis *componi* dicebantur; & *paria* gladiatorum vulgò dicta, nemo nescit. Nihil tamen vetat quominùs unum aut al-

 terum

Quémque premat sine te sternitur ecce torus.
Quò raperis laniata comas, similisque furenti?
Quò ruis? attonitâ quid petis ora manu?
Hoc fuit Andromache, cùm vir religatus ad axem
Terruit admissos sanguinolentus equos.
Hoc fuit Euadne, tunc cùm ferienda coruscis
Fulminibus Capaneus impavida ora dedit.

Quid

## NOTÆ.

316 *Quémque premat sine te &c.*] Lectus, nimirum, feralis, de quo ad v. 207. *Idem.*

318 *Attonitâ manu*] Hoc est, animo usque adeo perturbato, ut manibus os laceres: De voce attonitus diximus ad v. 85. Sed videtur hic *attonita* significare, quæ præ luctu nescit quid agat. Quâ potestate sumitur & in loco *Senecæ* prolato antea ad v. 167. ut Græcum ἐμβρόντητος. Nec multùm abit ab eo significatu eadem illa vox, apud *Valerium Maximum* Lib. v. c. v. Exemplo Romano 3. quem locum antea jam indicatum pleniùs hic proferemus, cùm propter eam vocem, tum quia ad historiam mortis Drusi, atque adeo ad hoc Poëma pertinet. Sic ergo *Valerius*: *Tantum amoris principi, parénsque nostro insitum animo fratris Drusi habebat; ut cùm Ticini, quò victor hostium ad complectendos parentes venerat, gravi illum & periculosâ valetudine in Germaniâ fluctuare cognovisset, protinus inde metu* ATTONITUS *erumperet. Iter quoque quàm rapidum & præceps, velut uno spiritu, corripuerit eo patet; quòd Alpes Rhenúmque transgressus, die ac nocte, mutato subinde equo, ducenta millia passuum, per modo devictam barbariam, Antabagio duce solo comite contentus, evasit.* Idem.

319 *Hoc fuit Andromache*] Nimirum, *attonita* subitâ morte Hectoris, atque erga cadaver ejus immani Achillis barbarie; cùm simile nihil contigisset Druso. Respicit Poëta ad Iliad. X, 460. ubi Andromache, audito ejulatu, suspicata occisum esse Hectorem, sic pingitur:

——— μεγάροιο διέσσυτο μαινάδι ἴση
Παλλομένη κραδίην.

*domo exiit furenti similis, commota animo.* Vide sequentia apud *Homerum*, ubi animi deliquium & luctus Andromaches describuntur.

320 *Terruit admissos*] Ipsos equos Achillis terruit, qui currentes, ...ca Trojæ muros, cadaver Hectoris raptaverunt. *Ovidius* in Epist. ...elopes ad Ulyssem v. 36.

*Hic lacer admissos terruit Hector equos.*

Admitti

tur ille tibi mortuus, lectúsque funebris, in quo e te jaceat, paratur. Quò te confers, comis ulsis, & quasi insanires? Quò properas? Cur fam tuam perturbata laceras? Non est cur ita imenter lugeas virum, quemadmodum fecit Anomache, cùm cadaver Hectoris vinctum currui chillis [320] ipsos ejus equos cruentum terruit. Ita gessit furibunda Euadne, cùm vesanus Capaneus mini caput suum feriendum præbuisset, & à Jove per-

*mitti* equi dicuntur, qui mittuntur effusis habenis, subjectísque aribus ad metam, locúmve alium quem petere volumus. Freos est, apud optimos quosque Scriptores, loquutio, ut vel unus *Stephanus*, in Thesauro Linguæ Latinæ, docebit. Itaque *adus equus* perinde est quasi concitatus. Quamobrem *admissa aqua* ntur etiam fluctus celeriùs decurrentes, ut vidimus, v. 250. Sic ud *Ovidium* Amorum Lib. 1. Eleg. VIII, 50.

*Labitur occultè, fallitque volatilis ætas,*
*Ut celer admissis labitur amnis aquis.*

tectè ex Cod. MS. emendavit *Nic. Heinsius*, cùm antea legeretur *is equis*. Idem.

21 *Hoc fuit Euadne*] Quæ se præcipitem dedit in rogum Capanei. pexisse videtur *Pedo* ad *Euripidis*, in Supplicibus, locum, ubi ribitur desperatio Euadnes, cujus aliquot verba exscribemus. rgo loquitur v. 999.

Περέβαν δρομὰς ἐξ ἐμῶν
Οἴκων ἐκβακχευσαμένα,
Πυρὸς φῶς καθέξουσα, τάφον τε
Βατεύουσα τὸν
Αὐτὸν εἰς Ἀΐδαν, καταλύσουσ' ἔμμοχθον
Βίοτον, αἰῶνός τε πόνους.
Ἥδιστος γάρ τοι θάνατος
Συνθνήσκειν θνήσκουσι φίλοις,
Εἰ δαίμων τάδε κραίνοι.

*ssi articulo ex meis ædibus furens, occupatura ignis flammas, seúmque ingressura idem ad inferos, finitura laboriosam vitam, ætatísque es. Dulcissima enim est mors, mori cum amicis morientibus, si hæc fapatiatur.* Quibus & paucis aliis dictis, in flammam se conjefingitur. *Idem.*

2 *Fulminibus Capaneus* &c.] Nimirum, cùm ad Thebarum mœixisset.

Μηδ' ἂν τὸ σεμνὸν πῦρ νιν εἰργάθειν Διὸς
Τὸ μὴ οὐ κατ' ἄκρων περγάμων ἑλεῖν πόλιν,

Quid mortem tibi mœsta rogas? amplexáque natos
Pignora de Druso sola relicta tenes?
Et modò per somnos agitaris imagine falsâ,
Téque tuo Drusum quæris habere sinu?
Et subitò tentásque manu, sperásque receptum,
Quæris & in vacui parte priore tori?
Ille pio (si non temerè hæc creduntur) in arvo,
Inter honoratos excipietur avos.
Magnáque maternis majoribus, æqua paternis
Gloria, quadrijugis aureus ibit equis;
Regalique habitu, currúque superbus eburno,
Fronde triumphali tempora vinctus erit.
Accipient juvenem, Germanica signa ferentem
Consulis imperio, conspicuúmque decus.
Gaudebúntque suæ meritò cognomine gentis,

Quod

NOTÆ.

*ne venerandum quidem ignem Jovis impediturum quominus à summa arce caperet Urbem*, ut habet nuncius apud *Euripidem* in Phœnissis, v. 1182. Jupiter illum, scalam conscendentem fulmine præcipitem dejecit. Apud *Statium* Thebaïd. Lib. x. extremo, sic Jovem alloquitur Capaneus:

*Nunc age, nunc totis in me connitere flammis,*
*Jupiter* &c.

Idem.

330 *Inter honoratos excipietur avos*] Vide not. ad v. 162. *Idem.*

331 *Magnáque maternis* &c.] Liviorum familia materna fuit, Claudiorum paterna, quæ priore nobilior, magnisque viris illustrior. *Idem.*

332 *Quadrijugis aureus ibit equis*] Existimabant enim animos mortuorum, donec aquam Lethes bibissent, iisdem studiis teneri, quibus vivi delectati fuerant. Itaque fingit *Alvinovanus* Drusum, qui libenter triumphaturus erat, si vixisset, in inferis inter umbras triumphum egisse. Adi *Virgilium* Æneïdos vi, à v. 458. ubi inter alios describit Idæum, Priami aurigam,

——— *etiam currus, etiam arma tenentem.*

Sed

it, palparis: ille, si credimus iis quæ a Majo- accepimus, in campis Elysiis, à piorum Ma- cultis, excipietur ab avis ex Claudia, Li- e gente, ut unà cum illis versetur. Cúmque am gloriam & maternæ Liviorum & paternæ liorum familiæ pepererit, in quadrigis apud quod apud superos facere non potuit, trium- t, palmatáque veste indutus, eburnóque curru ;. & laureâ redimitus conspicietur. Li- : Livii & Claudii nepotem signa Germanis ferentem, & Consulari dignitate auctum ex- t. Gaudebunt ab familiæ suæ partum Germa- nici

llò inferiùs rem pluribus exsequitur, vss. 651. & seqq.

*Arma procul, currúsque virûm miratur inanes,*
*Stant terra defixa hasta, passimque soluti*
*Per campos pascuntur equi. Quæ gratia currûm,*
*Armorú nque fuit vivis, quæ cura nitentes*
*Pascere equos, eadem sequitur tellure repostos.*

:scribo, non quasi ignota, sed ne Lectori, qui ea fortè lege- avebit, deponendus sit hic libellus, ut *Virgilius* in manus :. *Idem.*

Quòd solus domito victor ab hoste tulit.
Vix credent tantùm rerum cepisse tot annos;
Magna viri latum quærere facta locum.
Hæc ipsum sublime ferent; hæc, optima mater,
Debuerant luctus attenuare tuos.
Femina digna illis, quos aurea condidit ætas,
Principibus natis, principe digna viro.
Quid deceat Drusi matrem, matrémque Neronis,
Adspice; quo surgas adspice mane toro.
Non eadem vulgúsque decent & lumina rerum,
Est quod præcipuum debeat ista domus.

Im-

NOTÆ.

*Hunc Numidæ faciunt, illum Messana superbum,*
*Ille Numantina traxit ab urbe notam.*
*Et mortem & nomen Druso Germania fecit;*
*Me miserum virtus quàm brevis illa fuit!*

Idem.

339 *Tantùm rerum cepisse tot annos*] Hoc est, tam paucos annos (mortuus est enim anno ætatis trigesimo) tantas res gestas capere potuisse; seu, tanta potuisse fieri intra tam paucos annos. Vix alibi reperias *tot* pro *tam paucis*, cùm ubivis occurrat pro *tam multis*. Idem.

340 *Magna viri* &c.] Supple, *dicent enim*. Idem.

*Locum*] Hic *locus* pro temporis spatio sumitur. Sic *loco* fieri dicuntur quæ opportunè fiunt, & contra *non suo loco* quæ non fiunt suo tempore. Sic & adverbia temporis ac loci *quando*, *ubi*, *ibi* &c. miscentur. *Idem.*

341 *Sublime ferent*] In sublime. *Virgilius* de nomine Vari Ecl. IX, v. 29.

*Cantantes sublime ferent ad sidera cycni.*

Idem.

343 *Quos aurea condidit ætas*] Qui mortui sunt ac sepulcro conditi, sub aurea ætate. Idem est ac quod descriptâ illâ ætate dixit *Hesiodus* Oper. & Dier. v. 121.

Αὐτὰρ ἐπεὶ κεν τοῦτο γένος κατὰ γαῖα κάλυψε,

*Postquàm hoc genus terra abscondit*; hoc est, postquàm ejus ætatis homines *sepulcro conditi sunt*. *Idem.*

344 *Principibus* &c.] Vide ad v. 303.

347 Non

nici cognomen ; quod primus ille, ex novis terrarum tractibus subactis, retulit. Vix credere poterunt tam paucorum annorum spatio, tantas res, quantas ille gessit, potuisse geri ; dicéntque majori tempore opus fuisse. Quibus laudibus summopere extolletur, tuúmque proinde, ô optima matrum Livia, luctum minui oporteret. O femina ætate aurea, viróque & filiis, qui ad Reipublicæ clavum sedent, digna, quid deceat matrem tam fortium virorum, uxorémque Augusti, reputa. Idem luctus ignobile vulgus, & Romanæ Reipublicæ lumina non decet ; singularisque constantia à Julia

347 *Non eadem vulgúsque decent* &c.] Tiberius in Edicto, quo immodicum luctum, ob mortem Germanici, compescuit, monuit, *non eadem decora principibus viris & Imperatori, populoque ; modicis domibus, aut civitatibus convenisse recenti dolore luctum, & ex moerore solatia ; ed referendum jam animum ad firmitudinem.* Tacit. Annal. Lib. III. cap. 6. Ad quem locum similia dicta congessit *J. Lipsius.* Idem.

Ibid. *Lumina rerum*] Subaudiendum *Romanarum*, vel, si mavis, *humanarum.* Sic *Horatius* Carm. Lib. IV. Od. 15. Augustum vocavit *custodem rerum :*

*Custode rerum Cæsare, non furor*
*Civilis, aut vis eximet otium.*

Pariter Roma *caput rerum* dicebatur, ut apud Tacitum Annal. Lib. I. *Immotum adversus eos sermones, fixúmque Tiberio fuit non omittere caput rerum, neque se Rémque publicam in casum dare.* Apud eumdem Hist. Lib. II. cap. 32. Suetonius Paullinus memorat *Italiam & caput rerum urbem.* Annal. Lib XV, 47. plenior loquendi modus legitur, ubi consulti haruspices de prodigiis, quæ mortem Neronis antecesserant, respondisse dicuntur *parari rerum humanarum aliud caput.* *Ovidius* Metam. XV. 736.

*Jámque caput rerum Romanam intraverat urbem.*

& v. 758. de Augusto :

——— *quo præside rerum,*
*Humano generi, superi, cavistis abunde.*

Igitur *lumina rerum* sunt Reipublicæ Romanæ *lumina.* Vide ad v. 410. *Idem.*

348 *Præcipuum*] Non est, quod vulgo dici solet principale, sed singulare quidpiam ; quâ potestate sæpe ea vox apud Ciceronem legitur, ut Epist. ad Atticum Lib. XI. Epist. 14. *Non me offendit veritas tua-*

tum

Imposuit te alto Fortuna, locúmque tueri
Jussit honoratum, Livia; perfer onus.
Ad te oculos auréſque trahis, tua facta notamus,
Nec vox missa potest principis ore tegi.
Alta mane, supráque tuos exsurge dolores,
Infragilémque animum, quod potes, usque tene.
An meliùs per te virtutum exempla petemus,
Quàm si Romanæ principis edis opus?
Fata manent omnes, omnes exspectat avarus
Portitor, & turbæ vix satis una ratis.

Ten-

NOTÆ.

*tum litterarum, quòd me cùm communibus tum* præcipuis *malis oppressum, ne incipis quidem, ut solebas, consolari.* Vide & Epist. 2. ejusdem Libri. *Idem.*

349 *Imposuit te alto*] Nimirum, *loco*, quæ vox in sequentibus expressa est. Itaque hanc lectionem prætulerim τῷ *altè*, quomodo *Nic. Heinsius* testatur veteres quosdam Codices habere. *Idem.*

350 *Perfer onus*] Hoc est, onera cum dignitate, quam obtines, conjuncta æquo animo ferto, si eam dignitatem tueri velis. Inter onera autem magnæ dignitatis hoc est, ne qui ea ornati sunt intemperantiùs lætentur, aut doleant, sed affectus suos in potestate habeant. *Idem.*

351 *Ad te oculos auréſque trahis &c.*] *Seneca* Lib. I. de Clementia cap. VIII. Principes alloquitur: *Vestra facta, dictáque rumor excipit, & ideò nullis magis curandum est qualem famam habeant, quàm qui qualemcumque meruerint, magnam habituri sunt.* Paullò pòst: *Nostros motus pauci sentiunt; prodire nobis ac recedere, & mutare habitum, sine sensu publico, licet; tibi, non magis quàm soli, latere contingit. Multa contra te lux est, omnium in istum conversi oculi sunt. Prodire te putas? oriris. Loqui non potes, nisi ut vocem tuam, quæ ubique sunt, gentes excipiant.* Idem.

354 *Infragilem*] Hoc est, ostende animum tuum nullâ calamitate frangi posse. Expressit vim Græcæ vocis ἄῤῥηκτος, quemadmodum *Ovidius* Tristium Lib. I. El. IV. 53.

*Si vox infragili mihi pectore firmior ære,*
*Pluráque cum linguis pluribus ora forent;*

*Ordo est: si vox in pectore mihi esset firmior ære infragili, non in fragili pectore*, ut est in editione Heinsiana; nam præterquam quòd in pe-

ctore

Julia domo exspectatur. Ad sublimem dignitatem te evexit Fortuna, locúmque obtinere voluit 350 quo altior nullus est; quare si quid oneris cum tam insigni sorte sit conjunctum, æquo te id animo sustentare par est. Omnium oculos ad te convertis, omnes dictis tuis aures patulas præbent, quidquid agis diligenter observatur; nullum principis feminæ dictum aut factum latere potest. Igitur ita te semper gerito, ut nihil facias quod dignitatem tuam dedeceat, luctúque tuo superior sis, &, quoad potes, animum tuum calamitatibus nullis umquam frangi patiaris. 355 Cùm nobis virtutum omnium exempla præbere te deceat, quî melius hoc officio fungi queas, quàm si constantiam principe Romana dignam præ te feras? Mors omnes exspectat, neque cuiquam ignoscit Charon, qui quasvis umbras, per fluvios infernos, trajicit; ita ut ejus cymba tantæ mo-

ctore fragili non potest esse vox firmior ære, *Ovidius*, ut post alios habet *Heinsius*, imitatus est *Homeri* versus Iliad. B, 489, & 490.

Οὐδ' εἴ μοι δέκα μὲν γλῶσσαι, δέκα δὲ στόματ' εἶεν,
Φωνὴ δ' ἄῤῥηκτος, χάλκεον δέ μοι ἦτορ ἐνείη.

*Non si mihi decem quidem linguæ, & decem ora essent, vóxque infragilis & cor æneum inesset.* *Firmiorem ære* vocem dixit *Ovidius*, quòd apud *Homerum* χάλκεος & ἄῤῥηκτος idem valeant; non hîc suntùm sed & alibi, ut Odyss. Σ, 4.

——— Τεῖχος
Χάλκεον, ἄῤῥηκτον ———

*Murus æneus, nec perfringendus.* Cave autem ne putes, cum nonnullis Interpretibus, *infragilem* idem esse ac *infractum*; nam *infractus* est fractus, quod contrarium planè est menti *Pedonis*. Idem.

Ibib. *Quod potes*] Sic rectè *Heinsius*, nam *quod* hîc est idem ac *quoad*; ut v. 172. *Idem.*

Ibid. *Usque*] Id est, semper, ut v. 254.

356 *Romanæ principis opus*] Hic *opus* idem est ac quod vulgò *actionem* vocamus, ut Græcum ἔργον. Idem.

358 *Turba vix satis una ratis*] Petronius:

——— *vix nativa Portmeus*
*Sufficiet simulacra virûm traducere cymbâ,*
*Classe opus est.*

*Lindenbruchius.*

361 Ferr

Quòd solus domito victor ab hoste tulit.
Vix credent tantùm rerum cepisse tot annos;
Magna viri latum quærere facta locum.
Hæc ipsum sublime ferent; hæc, optima mater,
Debuerant luctus attenuare tuos.
Femina digna illis, quos aurea condidit ætas,
Principibus natis, principe digna viro.
Quid deceat Drusi matrem, matrémque Neronis,
Adspice; quo surgas adspice mane toro.
Non eadem vulgúsque decent & lumina rerum,
Est quod præcipuum debeat ista domus.

Im-

NOTÆ.

*Hunc Numidæ faciunt, illum Messana superbum,*
*Ille Numantina traxit ab urbe notam.*
*Et mortem & nomen Druso Germania fecit;*
*Me miserum virtus quàm brevis illa fuit!*

Idem.

339 *Tantùm rerum cepisse tot annos*] Hoc est, tam paucos annos (mortuus est enim anno ætatis trigesimo) tantas res gestas capere potuisse; seu, tanta potuisse fieri intra tam paucos annos. Vix alibi reperias *tot* pro *tam paucis*, cùm ubivis occurrat pro *tam multis*. Idem.

340 *Magna viri* &c.] Supple, *dicent enim*. Idem.

*Locum*] Hic *locus* pro temporis spatio sumitur. Sic *loco* fieri dicuntur quæ opportunè fiunt, & contra *non suo loco* quæ non fiunt suo tempore. Sic & adverbia temporis ac loci *quando*, *ubi*, *ibi* &c. miscentur. *Idem.*

341 *Sublime ferent*] In sublime. *Virgilius* de nomine Vari Ecl. IX, v. 29.

*Cantantes sublime ferent ad sidera cycni.*

Idem.

343 *Quos aurea condidit ætas*] Qui mortui sunt ac sepulcro conditi, sub aurea ætate. Idem est ac quod descriptâ illâ ætate dixit *Hesiodus* Oper. & Dier. v. 121.

[illegible] αὐτὰρ ἐπεὶ καὶ τοῦτο γένος κατὰ γαῖα κάλυψε,

[illegible]àm *hoc genus terra abscondit*; hoc est, postquàm ejus ætatis ho-[illegible] *sepulcro* conditi sunt. *Idem.*

[illegible]*rincipibus* &c.] Vide ad v. 303.

347 Non

nici cognomen ; quod primus ille, ex novis terrarum tractibus subactis, retulit. Vix credere poterunt tam paucorum annorum spatio, tantas res, quantas ille gessit, potuisse geri ; dicéntque majori tempore opus fuisse. Quibus laudibus summopere extolletur, tuúmque proinde, ô optima matrum Livia, luctum minui oporteret. O femina ætate aurea, viróque & filiis, qui ad Reipublicæ clavum sedent, digna, quid deceat matrem tam fortium virorum, uxorémque Augusti, reputa. Idem luctus ignobile vulgus, & Romanæ Reipublicæ lumina non decet ; singularisque constantia à Julia

347 *Non eadem vulgúsque decent* &c.] Tiberius in Edicto, quo immodicum luctum, ob mortem Germanici, compescuit, monuit, *non eadem decora principibus viris & Imperatori, populoque ; modicis domibus, aut civitatibus convenisse recenti dolore luctum, & ex mœrore solatia ; sed referendum jam animum ad firmitudinem.* Tacit. Annal. Lib. III. cap. 6. Ad quem locum similia dicta congessit *J. Lipsius.* Idem.

Ibid. *Lumina rerum*] Subaudiendum *Romanarum*, vel, si mavis, *humanarum.* Sic *Horatius* Carm. Lib. IV. Od. 15. Augustum vocavit *custodem rerum :*

*Custode rerum Cæsare, non furor*
*Civilis, aut vis eximet otium.*

Pariter Roma *caput rerum* dicebatur, ut apud Tacitum Annal. Lib. I. *Immotum adversus eos sermones, fixúmque Tiberio fuit non omittere caput rerum, neque se Rémque publicam in casum dare.* Apud eumdem Hist. Lib. II. cap. 32. Suetonius Paullinus memorat *Italiam & caput rerum urbem.* Annal. Lib XV, 47. plenior loquendi modus legitur, ubi consulti haruspices de prodigiis, quæ mortem Neronis antecesserant, respondisse dicuntur *parari rerum humanarum aliud caput.* *Ovidius* Metam. XV. 736.

*Jámque caput rerum Romanam intraverat urbem.*

& v. 758. de Augusto :

——— *quo præside rerum,*
*Humano generi, superi, cavistis abunde.*

Igitur *lumina rerum* sunt Reipublicæ Romanæ *lumina.* Vide ad v. 410. *Idem.*

348 *Præcipuum*] Non est, quod vulgò dici solet *principale*, sed singulare quidpiam ; quâ potestate *sæpe* ea vox apud *Ciceronem* legitur, ut Epist. ad Atticum Lib. XI. Epist. 14. *Non me offendit veritas tua-*

tuam

Tendimus huc omnes, metam properamus ad unam,
Omnia sub leges mors vocat atra suas.
Ecce necem intentam cœlo, terræque, fretóque,
Casurúmque triplex vaticinantur opus.
I nunc &, rebus tantâ impendente ruinâ,

In

NOTÆ.

361 *Ecce necem intentam* &c.] Platonici, Stoïci, Epicurei aliique docebant aliquando adfore tempus, quo rerum universitas in pristinum chaos rediret. Vide quæ collegit hanc in rem *Justus Lipsius* Physiol. Stoïcorum Lib. II. Diss. XXI. & XXII.

Ibid. *Intantum*] Alii *intentum*. Lego ego:

*Ecce necem intentam cœlo, terræque fretóque,*
*Caussarum triplex vaticinatur opus.*

Opus *Lucretii*. Ovidius:

*Explicat ut caussas rapidi Lucretius ignis,*
*Caussarúmque triplex vaticinatur opus.*

Multa enim alia scripserat *Lucretius*, ex cujus XXI. libro citat *Varro*:

*Ætheris & terræ genitabile quærere tempus.*

Scaliger.

362 *Causarum triplex*] Videtur significare tria volumina illa Sibyllæ Cumanæ à Tarquinio mercede comparata, & magna cum veneratione in Capitolium reposita; unde XV viri fatalium librorum, si quid fortè durius incideret, oracula ac sortes rerum futurarum peterent sibi. Dicit ergo, secundùm illorum vaticinia, mundum hunc & quidquid sub ipso est, finem suum aliquando habiturum. Hæc *Janus Douza* pater. *Lindenbruchius*.

*Ibid.* Lege: *casurúmque triplex vaticinantur opus*, ut Sibyllina oracula, aut Philosophos intelligat, Epicureos potissimum, qui mundum non fore æternum censebant. *Ovidius* Tristium Lib. II.

*Explicat ut causas rapidi Lucretius ignis,*
*Casurúmque triplex vaticinatur opus.*

Sic enim scribendum, cùm *causarúmque* insulsè extet in libris vulgatis; quod magno *Scaligero* temerè persuasit, hoc etiam loco, *causarum* reponendum esse. Ad *Lucretii* illa respexit noster lib. v.

——— *tria talia texta*
*Una dies dabit exitio.*

Heinsius.

*Ibidem.* Si Sibyllini versus dicerentur alicubi de *causis* egisse, quâ *inscriptione opus* ediderat *Callimachus* Cyrenæus, non careret verisimili-

it, in tuam unius jacturam animum intendere corum est; quasi pereuntem quidem rerum nan æquo animo ferres, filii verò mortem ferre posses. Mortuus quidem est fortissimus ju;, spes Reipublicæ, & familiæ suæ maximum mentum. Sed natus erat, ut moreretur; nec ceri tibi certò ipsa potuisti eum diutiùs victurum, ertim cùm periculosum bellum fortiter gereret. nobis à Numinibus data quasi mutua, at sine re, & quotiescumque eam repeterent red:a. Fortuna iniquè vitæ tempora hominibus diiit, & sæpe juvenes, senum morte dilatâ, oc-. Furibunda totum terrarum orbem depopulatur

:es in aliud tempus differre; ut apud *Ovidium* in Ep. Penelopes rssem v. 114.

*Respice Laërten; ut jam sua lumina condas,*
*Extremum fati* sustinet *ille diem.*

*Livius* Lib. v. cap. 45. *Vix temperavere animis quin extemplò im- facerent, compressique à Caditio Centurione, quem sibimet ipsi pra- it, rem in noctem sustinuere.* Gorallus.

1. *Sustulit illa senes*] Imò *sustinet*, cum veteribus libris, etiam 'rianis. Frustra vulgatam lectionem *Scaliger* tuetur. Ad ver- :rè hæc expressit *Cælius Firminianus*, in Catalectis Veterum Poë- , carmine de Fortuna:

*Hæc aufert juvenes & retinet senes;*
*Injusto arbitrio tempora dividens.*

us.

*Quáque ruit* &c.] Elegans sanè distichon, si verba spectes; corticem illum detraxeris, ut nucleum edas, nihil invenies. m, ne jam commenta Fortunæ & Fati exagitem, à se ipse dis- Poëta, qui antea Fato & Parcis immutabili necessitate omnia, ıdio, ac gratia, regentibus eventus omnes & præsertim mor- ominum attribuit. Nam hæc descriptio Fortunæ *iniquis arbi-* mnia administrantis, & mutabilis, nec convenit Fato, nec o stare potest. Itaque alterutrum horum figmentorum eligen- uit, altero planè prætermisso, ac repudiato. Si variam Fortu- ommemorare voluit, debuit omittere Fatum; aut vice versâ, so Fato, nuncium Fortunæ remittere, quemadmodum fecit ıus. Alioquin deterius hoc est, quàm

*Humano capiti cervicem pictor equinam*
*Jungere si velit, & varias inducere plumas;*

Fulminat & cæcis cæca triumphat equis.
Regna Deæ immitis parce irritare querendo,
Sollicitare animos parce potentis heræ.
Quæ tamen hoc uno triſtis tibi tempore venit,
Sæpe eadem rebus favit amica tuis;
Nata quòd en altè es, quòd fœtibus aucta duobus,
Quódque etiam magnó consociáta Jovi;
Quòd ſemper domito rediit tibi Cæſar ab orbe,
Geſſit & invictâ proſpera bella manu;

Quòd

NOTÆ.

quod ſummus Artis Magiſter meritò carpit. Nihil veriùs, quàm quod dixit *Plutarchus* in libello, quomodo juveni audienda ſint poëmata, Ed. Grotianæ pag. 7. Οὔτε μέτρον, οὔτε τρόπος, οὔτε λέξεως ὄγκος, οὔτ' εὐκαιρία μεταφορᾶς, οὔθ' ἁρμονία καὶ σύνθεσις ἔχει τοσοῦτον αἱμυλίας καὶ χάριτος, ὅσον εὖ πεποιημένη διάθεσις μυθολογίας: *Neque enim aut pedum menſura, aut figura, aut dictionis ſublimitas, aut tranſlationis commoditas, aut numerus & compoſitio tantùm habent venuſtatis ac gratiæ; quantùm rectè inventa diſpoſitio fabulæ.* Dixerit fortè non nemo & alios Poëtas nunc figmento Fortunæ, nunc phantaſmate, ut ita loquar, Fati, prout viſum eſt, eſſe uſos. Non diffiteor; ſed quod noto in *Pedone* meo, ceteris profectò Poëtis non ignoſco. Quod facio ut adoleſcentes, in quorum manus hæc fortè incident, ſibi caveant ab eleganti ſono vocabulorum, figuriſque ſublimioribus, quibus ſæpe abſurdiſſima commenta & maxima in artem ipſam poëticam peccata teguntur. *Gorallus.*

375 *Regna Deæ immitis* &c.] Si noſter cæcam Fortunam credidit, at ſurdam exiſtimaſſe non videtur; quandoquidem ne nimias querelas Liviæ audiat veretur. Sed cur ipſe non ſibi metuebat ab ejus ira, poſtquàm illam *iniquam*, *furibundam* & *cæcam* vocaverat? Quare Deam tam potentem *immitem* eſſe ait? Hæc, inquies, ſomnia ſunt Poëtica. Sint ſanè; at ſunt ſomnia vigilantis, quæ prudentiùs excogitata, & ſibi ipſis conſentanea eſſe oportuit. Talia de Fortuna, quaſi Dea, dicens dignus fuit, qui audiret, quod audivit Timotheus; cui Dianam in Theatro laudanti, eámque vocanti μαινάδα, θυιάδα, φοιβάδα, λυσσάδα, quæ *lymphatam* ac *furentem* ſignificant, Κινησίας εὐθὺς ἀντεφώνησε, τοιαύτη σοι θυγάτηρ γένοιτο: *clarâ voce illico reſpondit Cineſias: talis ſit tibi filia.* Quod ſcriptum reliquit *Plutarchus*, in aureo libello, quem modò laudabamus. Nulla fuiſſet cauſa, cur quereretur *Pedo*, ſi recitanti hoc carmen, & de potentiſſi-

tur, quasque cæca ac cæcis equis vecta omnes æquè conculcat, déque omnibus promiscuè triumphat. Cave ne crudelis Deæ nimiis querelis iram provoces, támque potentem dominam reverere. Nec sanè est cur usque adeò de ea queraris, hoc enim uno tempore adversa tibi fuisse videtur; ceteroquin enim rebus tuis propitia favit. Illi debes quòd Majoribus nobilissimis orta sis; quòd duos filios pepereris; quòd sis Augusto nupta, qui instar Jovis rerum habenas tenet; & quòd, ex omnibus bellis, vir

tissima, ut putabat. Dea ita loquenti, exclamassent auditores: *talis erga te sit Livia, qualem Fortunam describis*. Idem.

376 *Sollicitare*] Est quidem propriè sollicitum atque anxium habere ac reddere, sed hic est provocare ad iram, ut Fastor. v, 40.

> *Exstruere hi montes ad sidera summa parabant,*
> *Et magnum bello sollicitare Jovem.*

Idem.

*Potentis hera*] Quæ, nimirum, homines habet quasi mancipia, herilémque imperium in eos exercet. Hinc simpliciter *Hera* dicitur ab *Ennio*, in versibus prolatis à *Cicerone* Lib. I. de Officiis, cap. XII. ubi ita loquitur Pyrrhus:

> *Vósne velit an me regnare Hera; quidve ferat fors,*
> *Virtute experiamur.*

Sic & *Plautus* in Mercatore Act. III. Sc. IV, 12. *Divûm atque hominum quæ spectatrix, atque Hera eadem es hominibus.* Ad quem locum vide, si necesse est, *Frid. Taubmanni* collectanea. *Idem.*

378 *Rebus favit amica tuis*] Si tunc cæca erat, nullas ei gratias debebat Livia; si oculata, quando oculorum amisit usum? *Idem.*

379 *Nata quòd es altè*] *Altè es* veteres plerique, ne peccet in rationem metri versus. Sed puto scribendum: *nata quòd es*, ut in illo Statii: *& celsè natorum æquavit honori*; vel: *nata quòd excelsè es.* Nam *Naugerii* Codices: *nata quòd ex alte es.* Heinsius.

380 *Magno consociata Jovi*] Eo nomine sæpe honestátne, an infamat *Ovidius* Augustum, ut Tristium Lib. I. Eleg. I, 81.

> *Me quoque, quæ sensi, fateor Jovis arma timere.*

& El. III, 128.

> *Parcite cærulei vos parcite Numina Ponti,*
> *Infestúmque mihi sit satis esse Jovem.*

Gorallus.

382 *Gessit & invictâ*] *Gessat*, libri veteres; an *gestat* — *tela*? Heinsius.

Quòd spes implerunt, maternáque vota Nerones;
Quòd pulsus toties hostis, utróque duce.
Rhenus & Alpinæ valles, & sanguine nigro
Decolor, infectâ testis Itargus aquâ,
Danubiúsque rapax & Dacius orbe remoto
Appulus (huic hosti perbreve Pontus iter)

Ar-

## NOTÆ.

385 *Rhenus & Alpinæ valles*] In bello Rhætico, quod uterque frater administravit, qua de re ad v. 15. & 16. *Gorallus.*

386 *Decolor*] Non est sine colore, sed cujus mutatus erat color, propter sanguinem ad eum effusum. *Ovidius* Trist Lib. IV, 41. de victoria, quam Tiberio pollicebatur:

*Cornibus hic fractis, viridi malè tectus in ulva,*
*Decolor ipse suo sanguine Rhenus erit.*

Idem.

Ibid. *Testis Iturgus*] Dicitur & *Visurgus*, pro varietate idiomatum Linguæ Germanicæ; nam Saxones & omnes Oceani accolæ T usurpant, alii duplex S; θάλαττα, θάλασσα. Sic *wasser*, *water*, aqua. *Scaliger.* De victoriis Drusi ad occasum & ad ortum Visurgis, quem trajecit, ducto ad Albim usque exercitu, scripsit paucis *Dio*, initio Lib. LV. Sed omnia copiosius persequutus erat *Livius* Libris CXXXIX. & CXL. quorum habemus brevissimas Epitomas. *Gorallus.*

Ibid. *Itargus.*] Iturgus *Scaliger*, sed omnino de hoc loco consulendus, in Germania antiqua, diligentissimus *Cluverius*, qui receptam scripturam tuetur. *Heinsius.* Sunt qui putent *Pedonem præfectum finibus Frisiorum*, tempore Germanici, & de quo *Tacitus* Annal. Lib. I. cap. 60. esse hunc nostrum. Quod si verum est, probè notum ei esse oportuit nomen hujus fluvii. Sed oporteret etiam nobis de ejus manu constare. Credibile est tamen eum W, quo Latina Lingua caret & quo nomen *Weser* inchoatur, elisisse. *Gorallus.*

388 *Appulus* &c.] Hæc valde depravata esse ait *Nicol. Heinsius*, nec medicam manum eis afferre tentat. Ego verò, interea dum ex antiquo Codice alia proferatur melior lectio, existimabo *Appulum* dici populum Daciæ, qui ubi esset ut intelligerent Romani, addit Pedo κατ' παρένθεσιν, *huic hosti perbreve* (unâ voce, non *per breve*, duabus) *Pontus iter*; hoc est, huic hosti ita vicinus est Pontus Euxinus, ut *perbrevi itinere* eò perveniat. Nec mera hæc est conjectura, ex solo *Albinovani* loco, qui corruptus censeri queat, ducta; nam *Ptolemæus* Geogr. Lib. III. cap. 8. inter urbes Daciæ ἐπιφανεστέρας memorat Ἄπουλον, *Apulum* ad fluvium Alutam, ex qua paucorum dierum itinere adiri potest Pontus Euxinus. Fateor equidem loqutionis,

ir tuus victor redierit; quòd duo filii tui, per tot nnos, ſpem de illis conceptam expleverint; quòd, triuſque ductu, Populi Romani hoſtes tam ſæpe cti ſint. Victoriarum enim à filiis tuis reportarum teſtes ſunt Rhenus, & Alpium valles, ac nguine Germanorum cruentatus Viſurgis, & radus Danubius, & Daci ad ultimos ſeptemtriones colentes, breviquc itinere Ponto Euxino viciniſque

nis, qualis hæc eſt, *Pontus eſt perbrevi iter huic hoſti*, exemplum
llum me poſſe nunc proferre; ſed facili ſupplemento expedietur
quid ſit impediti, modò ſuppleas *adeundus: perbreve eſt iter huic*
*ulo Pontus adeundus*. Ad bellum quidem hoc quod attinet cum
cis, vivo Druſo, à Tiberio geſtum, quamvis ejus paucis memi-
it Dio, Lib. LIV. ſub finem, vix dubito quin magnum fuerit &
junctum cum bello Pannonico; nemo enim neſcit Pannoniam
ciæ vicinam, & vicini vicinos ſolent ad bellum concitare. Pro-
it autem *Dio* Lib. LV. paullò poſt mortem Agrippæ, qui eas gen-
coërcuerat, Pannonios rebellaſſe, & victos fuiſſe à Tiberio;
m ob victoriam triumphum illi decrevit Senatus, quamquam
n agere non ſivit Auguſtus, ſatiſque habuit triumphalia Tiberio
beri ornamenta. Hoc bellum geſtum anno ab U. C. DCCXLII.
. & anno ſequente, tertiùm rebellantes vicit, qua de cauſa ovans
urbem invectus eſt, ut docet *Dio* initio Lib. LV. Poſtea cùm
nia pacata viderentur, & Jani Templum eſſet claudendum, ob-
erunt Daci: *οἱ Δάκοι τ̃ Ἴϛρον πεπηγότα διαβάντες λείαν ἐκ τῆς*
*ννονίας ἀπετέμοντο*: *Daci Iſtrum concretum transgreſſi prædas ex*
*nonia egerunt*. Verba ſunt *Dionis* ſub finem Lib. LIV. Ad hæc
a reſpexiſſe videtur *Suetonius* Auguſti Cap. XXI. ubi ſic loquitur:
*uit autem partim ductu, partim auſpiciis ſuis, Cantabriam, Aqui-*
*am, Pannoniam, Dalmatiam cum Illyrico omni; item Rhætiam*, (per
os fratres) *& Vindelicos ac Salaſſos, gentes Inalpinas. Coërcuit &*
*orum incurſiones* (per Tiberium) *tribus eorum ducibus cum magna*
*caſis, Germanóſque ultra Albim fluvium ſubmovit*; per Druſum,
cet. *Idem*.

idem. *Appulus*] Valde depravatus locus, lego:

*Angulus, hinc hoſti perbreve pontis iter.*

res ſcribebant *aggulus*, unde *Appulus* fecerunt. Dacia tunc finis
erii Romani, Danubio terminata. Itaque pons jungens Danu-
, fuiſſet perbreve iter hoſti ad fines Imperii Romani. *Scaliger*.
idem dixeris de omnibus finitimis Populo Romano gentibus,
cùm fines earum tangerent fines Imperii Romani, perbreve
iis iter ex agro ſuo in agrum Romanorum ditioni ſubjectum.

 Deinde

Armeniúsque fugax & tandem Dalmata supplex,
Summáque dispersi per juga Pannonii,
Et modò Germanus Romanis cognitus orbis.
Adspice quot meritis culpa sit una minor.
Adde quòd est absens functus, nec cernere nati
Semineces oculos sustinuere tui.
Quísque dolor menti lenissimus influit ægræ,

NOTÆ.

Deinde quis dixerit *hinc hosti perbreve pontis iter est*, pro eo quod *hostis illinc ad nos per breve pontis iter venire potest*? Gorallus.

389 *Armeniúsque fugax*] Quisquis legerit vitam L. Luculli, a Plutarchum, facilè intelliget cur Armeni hîc *fugaces* dicantur; p sertim à pag. 508. Ed. Vechelianæ, ubi fugæ Armenorum mu narrantur; nam adversa prælia dici non possunt hominum, qui Aquilarum Romanarum conspectum ferebant. Respicit autem *do* ad expeditionem, quam sic describit *Suetonius*, Tiberii Cap. *Stipendia prima expeditione Cantabricâ Tribunus militum fecit, deinde ſto ad Orientem exercitu regnum Tigrani restituit, ac pro Tribunali Dia ma imposuit.* Sic & *Velleius* Lib. II. pag. 62. Ed. Lipsianæ Mor *Nec multò pòst missus ab eodem vitrico cum exercitu, ad visendas ordi dásque, quæ sub Oriente sunt, provincias, præcipuis omnium virtu experimentis in eo tractu editis, cum legionibus ingressus Armeniam, dactâ eâ in potestatem Populi Romani, Artavasdi tradidit.* Ad qu locum vide *Lipsium*. Gorallus.

Ibid. *Et tandem Dalmata supplex*] Ait *tandem*, quia jam à mu annis Dalmatis bellum intulerant Romani, nec dum tamen eos s egerant *Velleius* Lib. II. pag. 61. *Sepultis bellis civilibus, coalesce búsque Reipublicæ membris, & curante eo* (nempe Augusto) *quæ longa armorum series laceraverat, Dalmatia* (annis) *cc & xx reb ad certam confessionem pacata est Imperii.* Vide & *Dionem* Lib. Posteà tamen non parvo animo rebellavit, éstque iterum victa à berio, sed post mortem Drusi, ut idem Historicus prodidit finem Lib. LV *Idem.*

390 *Summáque dispersi per juga Pannonii*] Conjiciat Lector oc in Tabulas Austriæ, Hungariæ inferioris, vicinorúmque tractu inter Dalmatiam & Danubium; intelligétque Pannonios, qui oras olim incolebant, non falsò dici per *juga sparsos*. Quo tem bella gesserit Tiberius cum Pannoniis, jam indicavimus ad v. ex *Dione*. Idem.

391 *Germanus* — *orbis*] Sic rectè ex Codice Mediceo emen

probè apud te reputes, non potest. Hoc : beneficium est Fortunæ, quòd absens morierit Drusus, neque eum animam efflantem necesse habueris. 395 Dolor etiam hic tuus, modo

Heinsius, cùm anteà legeretur Germani. Vide vs. 314.

Aspice] Hoc est, vide, tecum reputa, ut v. 346. *Idem.*

Quot meritis] Antea legebatur *quam meritis*. Malebat *Heinsius* Prætulimus *quot*, quia *una culpa* opponitur *tot meritis*; ultò minor est, si cum iis attento animo componatur. Non mos monere *culpam* hîc poni pro *delicto*: quemadmodum Lib. IV, 19.

*Huic uni forsan potui succumbere culpa*;

n Libri V. 172.

*Conjugium vocat, hoc prætexit nomine culpam.*

*Adde quod est absens functus*] Ita legendum non *fletus*, ut rectè *Heinsius* Epist. Quæst. Lib. III. Ep. 3. Pars, ait, solatii est oculis tuis & sinu, non sit mortuus: & audisti dolorem vis, non vidisti. *Idem.*

*Fletus*] *Functus* cum Mediceo & Combiano repone. Sic Epistola secunda, *functa prope fertis annis* est propè mortua; sic in mentem venit. Alii duo Codices *fletus*, quod edi-

Accipere es luctus aure coacta tuos.
Prævertítque metus, per longa pericula, luctum,
Tu, quibus auditis, anxia mentis eras.
Non ex præcipiti dolor in tua pectora venit,
Sed per mollitos antè, timore, gradus.
Jupiter antè dedit fati mala signa cruenti,
Flammiferâ petiit cùm tria templa manu.
Junonísque gravi nocte, impavidæque Minervæ,
San-

NOTÆ.

396 *Accipere es luctus aure coacta tuos*] Vix dubitem quin Livia hoc ipsum haberet quasi majus doloris irritamentum: quòd filio præsens præsenti omnia officia materna præstare non potuisset. Nec auctorem hujusce opinionis alium dabo, quàm ipsum *Pedonem*, qui in hac ipsa Elegia v. 89. & seqq. prætulit sortem Tiberii, qui fratrem morientem viderat, sorti Liviæ, quæ neque suprema oscula filio fixisset, neque frigida membra sinu fovisset, neque animam fugientem ore excepisset, neque denique adfuisset ejus morti. Igitur hoc solatium Delphicus est, ut dici solet, gladius, qui luctum tam irritare potest, quàm sedare. *Idem.*

397 *Prævertitque metus*] Nam Drusus non subitò, sed longiusculo morbo periit. Etenim, ut est in Epitome libri ultimi *Livii*, *ex fractura, equo super crus ejus collapso, tricesimo die, quàm id acciderat, mortuus est.* Graviter eum ægrotare nunciatum est Augusto, qui ad eum raptim Tiberium misit, ut observavimus ad vss. 90. & 318.

401 *Jupiter ante dedit &c.*] Alia etiam prodigia memorat *Dio* initio Libri LV. cujus verba mox proferemus. Mirum est illo tempore, quo Philosophia cœperat Romanorum animos superstitionibus ejusmodi curare, talia observata, aut jactata fuisse, quasi præsagia. Primùm enim si dixerimus eorum magnam partem aut non contigisse, aut perperam narratam, facilè omnes nobis adsentientur. Deinde si Drusus mortuus non fuisset, homines superstitiosi ea ostenta, seu vera, seu ficta, ad alia retulissent; ut ad conspirationes contra Augustum, seu ad bella quæ postea contigerunt. Mirum profectò fuisset si per plures annos aliquid alicubi non contigisset calamitatis, in tanto Imperio, cui ambigua præsagia possent aptari; nam neque certam quamdam calamitatem, neque præstituto tempore futuram, ultra quod non erat exspectanda, præsagiebant. Sin verò omnia secundiora Augusto, Imperióque Romano fuissent; paratum erat effugium

modo omnium leniſſimo, ad animum tuum appulit; quippe quem, non oculis, quorum ſenſu vehementiſſimè afficimur, ſed auribus, excepiſti. Antequàm filium lugeres, diu ei formidoloſiſſimum bellum gerenti metuiſti, ſæpéque, acceptis periculis, quæ adibat, ſollicita ejus causâ fuiſti. Luctus hic non prorſus inexſpectatus animo tuo oblatus eſt, ſed per varios gradus, quibus paullatim majorem metum concepiſti. Jupiter ipſe antea portentis tibi mortem ejus denunciarat, cùm tria Templa fulmine feriiſſet, unâ procellosâ nocte; Junonis, ni-

gium ſuperſtitioſis, è ſacris petitum. Dixiſſent enim ea prodigia ritè procurata fuiſſe, per ſacrificia, ex reſponſo haruſpicum, placatis iratis Numinibus. Quid autem facias huic ſuperſtitioni, quæ contrariis eventibus æquè confirmatur, atque alitur? Neceſſe eſt eam inter morbos, qui artem medicorum ſuperant, habeas. *Idem.*

402 *Flammiferâ petiit cùm tria templa manu*] Paullò aliter *Dio*, initio Lib. LV. αὐτῷ σημεῖα οὐκ ἀγαθὰ συνηνέχθη· πολλὰ μὲν γὰρ καὶ ἄλλα καὶ χειμῶνι, καὶ κεραυνοῖς, πολλοὶ δὲ καὶ ναοὶ ἐφθάρησαν, ὥστε καὶ τὸν τοῦ Διὸς Καπιτωλίνου, τόν τε σύνναον αὐτοῦ κακωθῆναι: *illi* (nempe, Druſo) *ſigna non bona contigerunt, nam cùm multa alia & tempeſtate & fulminibus, tum etiam templa corrupta ſunt, ita ut Jovis Capitolini & vicinum templum læſa ſint.* Sed quid mirum ſi fulmine icta fuiſſent aliquot Templa, in urbe uſque adeò ſuperſtitioſa, ut illic faciliùs, ut ille ajebat, in Deum, quàm in hominem incideres? Præſertim ſi reputemus Templa multa fuiſſe in montibus ſita, in quibus altiora ædificia transverſis fulminibus faciliùs feriuntur quàm humilia. Deinde neque plura, neque pauciora mala patitur humanum genus, ſive Templa, ſive deſertæ rupes fulminibus feriantur. *Idem.*

403 *Junoniſque gravi nocte* &c.] Hoc diſtichon, ait *Heinſius*, aut adulterinum eſt, aut pro conclamato habendum. Combii Codex: *Junoniſque Grau nota.* Primæ editiones: *gradus nota.* Hæc vir doctiſſimus. Fortè tamen hæc lectio ſenſu commodo non caret, ſi *gravi nocte* interpretemur *nocte procellosâ*, ſeu *periculosâ*: ut *grave tempus* anni dicitur calidiſſimum, quo corpora æſtu tentari & morbi graſſari ſolent. Fortè non malè legas *gradus*, ita ut intelligantur gradus, quibus Templa Junonis & Minervæ adibantur in Capitolio; ſolebant enim Templis gradus addi, ut vel figuræ *Alexand. Donati* docebunt. Potuit fieri ut *noctu* fulmen utriuſque Deæ gradus diffregerit, & quidpiam in *Palatio dejecerit.* *Idem.*

 404 San-

Sanctáque & immeriti Cæsaris icta domus.
Sidera quin etiam cœlo fugisse dicuntur,
Lucifer & solitas destituisse vias.
Lucifer in toto nulli comparuit orbe,
Et venit, stellâ non præeunte, dies.
Sideris hoc obitus terris instare monebat,

## NOTÆ.

404 *Sanctaque & immensi Cæsaris icta domus*] *Sanctáque divin*
dam ex veteribus. Fortè:

*Sancta quoque immeriti Cæsaris icta domus.*

Nam *domus* in suis invenit *Naugerius*. *Heinsius*. Nihil præter
taverim, nam *&* idem est ac *etiam*, hoc est, quamvis merit
sit, domum suam fulmine feriri, ut in illo Virgilii Æneid. 11

——— *timeo Danaos & dona ferentes*;

hoc est, etiam cùm dona ferunt. *Grævius*.

405 *Sidera quin etiam* &c.] Notæ sunt sulphureæ exhalation
inter nubes accenduntur, & quas *stellas cadentes* vulgus vocit
Poëtæ & rerum Astronomicarum imperiti, quales Epicuri dis
miscebant cum ipsis stellis, immensâ intercapedine ab iis re
& quæ non minores sunt nostro sole. *Lucretius* Lib. II. pa
Ed. Lambinianæ:

*Nocturnásque faces cœli sublime volantes*
*Nonne vides longos flammarum ducere tractus,*
*In quascumque dedit partes natura meatum?*
*Non cadere in terram stellas & sidera cernis?*

Vide *Epicurum*, apud *Diogenem Laërtium* Lib. x, 114. Ex h
nione vulgi, aut Philosophorum vulgo, hac in re, nequ
acutiorum, loquutus *Dio*, inter præsagia mortis Drusi, recens
*δρομάς ἀστέρων*. *Idem*.

406 *Lucifer*] Fingit noster inter *ἀστέρας διαθέοντας*, ut lo
etiam *Aristoteles* Meteorologicorum Lib. I. c. 4. fuisse ipsum
ferum, hoc est, Venerem, inter Tellurem nostram & Merc
circa solem circumactam. Quod ei non esset ignoscendum
Philosophi ipsi stellas fixas cœlo decidere in terras putassen
re puerilius nihil fingi potest. At delirantibus Philosophis, lice
Poëtæ insanire, & mentiri. *Idem*.

409 *Sideris hoc obitus* &c.] Miror *Pedonem* hæc dumtaxat pr
prodigia, cùm alia, si *Dioni* credimus, narrarentur multa,
dem mirabiliora. Postquàm enim narravit Drusum Albim tr
*non potuisse*, subjicit: *Γυνὴ γάρ τις μείζων ἢ κατ' ἀνθρώπ*
*ἀπαντήσασα αὐτῷ ἔφη· ποῖ δῆτα ἐπείγῃ, Δροῦσε ἀκόρεστε; οὐ*

nimirum, Minervæque ædes, & Augusti quamquam immeriti domum. 405 Quin etiam stellæ feruntur sereno cœlo cecidisse, & Lucifer pristinum iter deseruisse. Lucifer à nemine, illâ nocte, per totum terrarum orbem, conspectus est, diésque, eo præter morem minimè antecedente, exortus est. Hoc prodigium lucidissimi, apud homines, sideris occasum,

σοι ταῦτα ἰδεῖν πέπρωται· ἀλλ' ἄπιθι, καὶ γάρ σοι καὶ τῶν ἔργων καὶ τοῦ βίου τελευτὴ πάρεστιν ἤδη: *Mulier quædam major, quàm sinit humana natura, cùm obviam illi venisset, dixit: quò properas, Druse insatiabilis? Omnia hæc à te cerni fatale non est; sed abi, etenim tibi & rerum gestarum & vitæ finis adest.* Similiter *Suetonius* Cap. 1. Claudii: *Hostem etiam frequenter cæsum — non prius destitit insequi, quàm species barbaræ mulieris, humanâ amplior, victorem tendere ultra sermone Latino prohibuisset.* Fortasse commentum hoc fuit militum Drusi, quod nondum Romam delatum erat, eo tempore quo hæc Elegia à *Pedone* facta est, hoc est, summùm aliquot diebus post funus. Alioqui tam bellam occasionem extollendi Drusum, & solatium præbendi Liviæ numquam prætermisisset; ne jam dicam locum hunc fuisse, cum quo omnibus Poëtices ornamentis optimè conveniebat. Quin & ipse *Dio*, propter alia portenta, ei fabulæ adsensum præbuisse se nequaquam dissimulat in sequentibus verbis: Θαυμαστὸν μὲν οὖν, inquit, τὸ τινὰ φωνὴν παρὰ τοῦ Δαιμονίου τοιαύτην τῳ γενέσθαι· οὐ μέντοι καὶ ἀπιστεῖν ἔχω, παραχρῆμα γὰρ ἀπέβη, σπουδῇ γὰρ ὑποστρέψας αὐτοῦ, καὶ ἐν τῇ ὁδῷ νόσῳ τινὶ, πρὶν ἐπὶ τὸν Ῥῆνον ἐλθεῖν, τελευτήσαντος· καί μοι τεκμηριοῖ τὸ λεχθὲν, ὅτι καὶ λύκοι περὶ τὸ στρατόπεδον ὑπὸ τὸν θάνατον περινοστοῦντες ὠρύοντο, καὶ νεανίσκοι δύο διὰ μέσου τοῦ ταφρεύματος διϊππεύοντες ὤφθησαν, θρῆνός τε τις γυναικεῖος ἠκούσθη, καὶ ἀστέρων διαδρομαὶ ἐγένοντο: *Mirum quidem est quamdam vocem à Numine sic missam; attamen non possum fidem derogare, statim enim contigit; nam celeriter reversus in via morbo quodam, antequàm ad Rhenum pervenisset, obiit. Quod dictum est etiam mihi confirmatur, quod lupi sub mortem ejus circa castra vagantes ulularunt, & juvenes duo per medium vallum equo transvecti conspecti sunt, ejulatúsque muliebris auditus est, & trajectiones stellarum factæ sunt.* At dubium quidem non est quin Drusus in castris ab Albi rediens mortuus fuerit, sed propterea certum non est auditam vocem quam memorat; mors enim Drusi non est necessarium consectarium portenti, sed malè curatæ fractionis cruris, si modò potuerit curari. Reliqua nihil habent, præter solitum naturæ ordinem, aut etiam sunt falsa. Certè silentio *Pedonis*, Elegiam suam iis alioquin, ut dixi, ornaturi, dubia fiunt. *Idem.*

401 Mergi

Et mergi Stygiâ nobile lumen aquâ.
At tu qui ſuperes mœſtæ ſolatia matri,
Comprecor illi ipſi conſpiciare ſenex.
Pérque annos diuturnus eas fratriſque tuóſque,
Et vivat nato cum ſene mater anus.
Eventura precor, Deus excuſare priora
Dum volet, à Druſo cetera læta dabit.
Tu tamen auſa potes tanto indulgere dolori,
Longiùs ut nolis, heu male fortis! ali?
Vix etiam fueras paucas vitalis in horas,
Obtulit invitæ cùm tibi Cæſar opem;
Admovitque preces & jus immiſcuit illis,

Ari-

NOTÆ.

410 *Mergi Stygiâ nobile numen aquâ*] Lege *lumen*, nam ſidus ſupra vocavit. *Scaliger.* Cujus conjecturam ex veteribus editionibus firmat *Heinſius*, ac ſanè cùm *Numen Stygiâ aquâ mergi* aut exſtingui dici nequeat, de *lumine* commodiſſimè ita loqui potuiſſe *Pedonem* nemo non videt. *Idem.*

413 *Pérque annos diuturnus*] De voce *diuturnus* dixi ad v. 104. Optat Poëta vivere Tiberium, præter ipſi fatales, per totidem annos per quot frater victurus erat, ſi ad ſenilem ætatem perveniſſet. Sic moriens neſcio quis apud *Statium*:

*Pars animæ victura meæ, cui linquere poſſim*
*O utinam quos dura mihi rapit Atropos annos!*

Sic populus in adclamationibus ad Imperatores:

*De noſtris annis tibi Jupiter augeat annos.*

Ridicula erant vota, in eorum ore qui fatalia omnia credebant. Sapientiùs Jupiter Ovidianus Metamorph. Lib. IX. alloquitur Deos tumultuantes, quòd mortales quos amabant juveneſcere cuperent, quia audiverant juventam Iolao eſſe reſtitutam, & Callirhoës liberos infantes ſubitò factos eſſe viros:

*Quo ruitis tantúmne ſibi quis poſſe videtur*
*Fata quoque ut ſuperet? Fatis Iolaus in annos*
*Quos egit rediit, fatis juveneſcere debent*
*Callirhoë geniti; non ambitione, nec armis.*
*Vos etiam quóque hoc animo meliore feratis,*
*Me quoque fata regunt &c.*

*Idem.*

414 Ma-

ſum, demergendúmque lumen Reipublicæ in aquam Stygiam præſagiebat. At te, ô Tiberi, qui unicum ſolatium, triſti parenti, ſuperes, precor ſenem ab illa cerni; & vivere non tuos tantùm annos ſed & eos qui fratri tuo debebantur; ita ut mater anus cum ſene filio, diu vivat. Nec dubito quin preces meæ exaudiantur, Fortuna enim, ut apud vos priorem cladem veluti excuſet, omnia vobis poſthac ſecundabit. Tu tamen, ô Livia, uſque adeò ſuſtinuiſti dolori tuo indulgere, ut alimenta ſumere nolles. Intra paucas horas fame exſtincta fuiſſes, cùm te invitam Auguſtus ſervavit. Neceſſe habuit & pre-

414 *Mater anus*] Vixit ſanè Livia anus cum filio jam provectæ ætatis, ſed eam indolem filii experta, ut multò ei præſtitiſſet, diu antequàm imperaret, interiiſſe. Vide *Suetonium* in Tiberio Capp. I, & LI. Nimis ergo diu ſibi vixit Livia, nimis diu Imperio Romano Tiberius. I nunc & dic Poëtas ſcire quid optent! Ego quidem eos & quoſvis alios, talia à Numine petentes, amando ad Satiram *Juvenalis* x. Idem.

415 *Deus*] Græcè ὁ Δαίμων, quà voce aliquando Genium, aliquando Fortunam intelligebant. Vide quæ de hac vocula obſervavit *Joan. Clericus* in Arte Critica P. II. Sect. I. C. 2. §. 9. *Idem.*

*Excuſare*] Sibi ignoſci prius delictum, ob ſequentia merita. *Gorallus.*

417 *Tu tamen auſa potes* &c.] Hæc omnia corruptiſſima ſunt. Senſus utcumque conſtabit, ſi *uſque potes*, vel *ora potes* refingatur. *Heinſius.* Nihil hîc eſſe mutandum exiſtimo; perinde enim eſt ac ſi *Pedo* dixiſſet: audes, vel ſuſtines uſque adeò indulgere dolori, ut alimenta ſumere recuſes. *Gorallus.*

418 *Malè fortis*] Si hæc ſint vera, quod vix dubitare licet, cùm, ſi falſa eſſent, Liviæ contumelioſa fuiſſent; *Seneca* nimis rhetoricè conſtantiam Liviæ deſcripſit in Conſolatione ad Marciam. *Illa*, inquit Cap. IV. *in primo fervore cùm maximè impatientes feroceſque ſunt miſeriæ, ſe conſolandam Areo Philoſopho viri ſui præbuit, & multùm eam rem profuiſſe ſibi confeſſa eſt* &c. Et cap III. *Ut primùm intulit tumulo, ſimul & illum & dolorem ſuum poſuit; nec plus doluit, quàm aut honeſtum erat Cæſari, aut æquum matri* &c. *Idem.*

421 *Jus immiſcuit illis*] Jus, nempe, viri in uxorem. Tiberii quoque non fuere *ſine jure preces*; quia ſi parentes *jure* poſſint à liberis petere, ut vivant, nec ſe ſinant mœrore, ſi contigerit, exſtingui, quò poſſint eorum, *quibus vitam* debent, ſenectam ſolari: ſic

Aridáque affusâ guttura tinxit aquâ.
Nec minor eſt nato ſervandæ cura parentis,
Hic adhibet blandas, nec ſine jure, preces.
Conjugis & nati meritum pervênit ad omnes,
Conjugis & nati Livia ſoſpes ope es.
Supprime jam lacrimas, non eſt revocabilis iſtis,
Quem ſemel umbriferâ navita lintre tulit.
Hectora tot fratres, tot deflevere ſorores,
Et pater & conjux Aſtyanáxque puer,
Et longæva parens; tamen ille redemtus ad ignes,
Nulláque per Stygias umbra renavit aquas.
Contigit hoc etiam Thetidi; populator Achilles
Iliaca, ambuſtis oſſibus, arva premit.
Illi cæruleum Panope matertera crinem
Solvit, & immenſas fletibus auxit aquas.

Con-

NOTÆ.

vice verſâ liberi *jure* à parentibus poſtulant, ut ne vitæ tædio ...os poſſunt ac debent opera & conſiliis, quoad licet, juvare, Sic cùm Octavia, præter modum, Marcellum lugeret, ...ioſum id factum viſum eſt liberis & nepotibus. *Adſiden... & nepotibus*, inquit *Seneca* de Octavia, ejuſdem Libri ... *lugubrem veſtem non depoſuit; non ſine contumelia omnium ſuo... ...ibus ſalvis, orba ſibi videbatur.* Idem.

...5 *Conjugis & nati meritum* &c.] Hoc eſt, Auguſtus & Tiberius ... ſibi tantum conſuluerunt, cùm impedierunt ne inediâ, præ mœrore, perires; ſed etiam bene de Republica meriti ſunt, cui conſiliis tuis, ut antehac feceſti, utilem operam navare potes. Res eſt clara, nec monendus Lector fuiſſet, niſi vidiſſem neſcio quem interpretem, cujus notæ Heinſianis miſceri ſolent, hìc turpiter ceſpitaſſe, ut paſſim ſolet. *Meritum ad omnes pervenire* dicitur, quos juvat, ut antea *luctus contingere* dicebatur, v. 9. eos quibus mors Druſi nocebat. Sic Lib. IV. ad Herennium: *injuria ad paucos, ex alieno ...ato, pervenit.* Idem.

428 Quem

recibus & imperio viri uti, ut aliquantulum aquæ iberes. Quin & Tiberio cura gerenda fuit salutis uæ, qui pariter blandas preces adhibuit, quamvis t ipse pro suo jure, ut viveres, postulare potuerit. Uterque sanè optimè de Republica meritus est, ùm effecerunt ut sospes esse velles. Desine ergo )rusum deflere, cùm lacrimis revocari ad superos on possit quisquis semel ad umbras naviculâ Chaontis transmissus est. Hectorem in cassum fratres, orores, quamvis ingenti numero, Priamus, Andromache, Astyanax, & Hecuba luxerunt. Lacrimis suis nihil effecerunt, nisi ut ab Achille redini ejus cadaver posset, ut combureretur; sed non mpetrarunt ut ejus umbra, iterum ad vivos reditura, er flumina inferorum trajiceretur. Idem experta ſt Thetis, Achilles enim, qui tot urbes ac regioies depopulatus erat, combustus est ac sepultus, in Trojano solo. Frustra matertera Panope passis conis eum luxit, & marinas aquas lacrimis suis auxit,

unà

428 *Quem semel umbriferâ* &c.] Eleganter *umbrifera* ratis dicitur, uæ *fert umbras*; alioqui de arboribus dici solet. Sic *Statius* Theaïdos Lib. I, 41.

—— *umbrifero Styx livida fundo.*

t Lib. VIII, 18. de Charonte:

*Umbriferæque fremit sulcator pallidus undæ.*

dem.

432 *Nullàque umbra*] Hoc est, ejus umbra non renavit. Nam *ullus* hîc, pro *non*, ut apud *Terentium* & alios. *Idem.*

433 *Populator Achilles*] Scio quid sentiant viri docti, cùm de Epihetis omnibus otiosis, tum etiam de Homericis; sed hoc Epitheon rectiùs abfuisset, quia quisquis *populatorem* Achillem legit, non oteſt mirari eum, qui tot homines occiderat, simili fato subjici. *dem.*

435 *Panope matertera*] Filia, nimirum, Nerei æquè ac Thetis. *Heiodus* Theogoniæ v. 250. De luctu Nereïdum, post obitum Achillis, vide Odyss. Ω. & *Quinti Smyrnæi* Lib. III. *Idem.*

Ibid. *Crinem solvit*] Vide ad v. 86.

436 *Fletibus auxit aquas*] *Vide v. 226.*

437 Con-

Consortésque Deæ centum, longæváque magni
 Oceani conjux, Oceanúsque pater,
Et Thetis ante omnes; sed nec Thetis ipsa, neq; omnes
 Mutarunt avidi tristia jura Dei.
Prisca quid huc repeto? Marcellum Octavia flevit,
 Et flevit populo Cæsar utrumque palam.
Sed rigidum jus est & inevitabile mortis,
 Stant rata non ullâ fila tenenda manu.
Ipse tibi emissus nebulosi littore Averni,
 Si liceat, forti verba tot ore sonet:

Quid

NOTÆ.

437 *Consortésque Deæ*] Hoc est, quæ eamdem sortem incolendi maris habebant; nisi malis intelligere, *generis*, ut apud *Ovidium* in Ep. Briseïdis, v. 47.

*Vidi consortes pariter generísque, necísque*
*Tres cecidisse.*

Idem.

Ibid. *Centum*] Quinquaginta dumtaxat Nereïdas memorat *Hesiodus* Theogoniæ v. 264. Sed & aliæ Deæ marinæ intelliguntur, & centum pro quovis ampliore numero poni solet, ut Georg. II, 43.

*Non mihi si centum linguæ sint, oráque centum.*

Idem.

441 *Marcellum Octavia flevit*] Et quidem immodicè, si *Senecæ* credimus, in Consol. ad Marciam, Cap. II. *Nullum finem*, inquit, *per omne vitæ suæ tempus, flendi, gemendique fecit; nec ullas admisit voces salutare aliquid adferentes, ne avocari quidem se passa est. Intenta in unam rem & toto animo affixa, talis per omnem vitam fuit, qualis in funere.* Idem.

442 *Et flevit populo Cæsar* &c.] Vide ad. v. 65.

Ibidem *Palam*] Hic locus addendus est iis, quibus *Gerardus Joannes Vossius* Lib. IV. de Analogia Cap. XXII. probavit, contra vulgus Grammaticorum, *palam* esse præpositionem quæ regit ablativum. *Idem.*

444 *Stant rata*] *Stare* aliquando dicuntur quæ fixa ac immutabilia sunt, ut in illis Virgilianis Æneïd. X, 467.

*Stat sua cuique dies, breve & irreparabile tempus*
*Omnibus est vitæ.*

*Idem.*

Ibid.

cum sororibus omnibus Nymphis marinis, canique conjuge Amphitrite, & ipso Oceano. ıstra præsertim filium Thetis mater deflevit, ne- enim ipsa, omnésque unà marini Dii 44° Flu- is legibus inexorabilibus eum solvere potuerunt. l cur vetustate obsoleta repeto frustra lugentium mpla? Augusti soror Octavia Marcellum suum nodico luctu frustra prosequuta est, Augustúsque , non aliter ac Drusum, lacrimis, in populi icione, cohonestavit. Mors exorari non potest, fatale filum, quominùs abrumpatur, retineri.

Si Druso ex inferis, per speluncam la- Averni, redire liceret, sic te alloqueretur. Qua-

id. *Non ullà fila tenenda manu*] *Renenda*, quomodo *Salmasius* ad iptionem Herodis Attici, tam hic quàm Lib. VI. Fastorum:

*At Clotho Lachesisque dolent sua fila reneri.*

d *Statium* tamen, in Silvis:

——— *Parcarum fila tenebo*
*Extendámque colos*,

& illic *renebo* legendum, ἀνακλωθῆναι Græcis. Apud *Lucianum*: ὑφ' ὧν ῥαγέντα οὐδὲ Κλωθὼ ἔτι ἀνακλώσειεν ἄν. *Revolvere fila* t *Ovidius* Metam. 11, 654. ubi vide quæ notamus. *Heinsius*.

45 *Nebulosi littore Averni*] Notum est *Avernum* lacum esse Cam- æ à Græcis ἄορνον dictum, quòd noxium exhalet halitum, quo ffenduntur ipsæ aves, ut prætervolare eum nequeant, unde fit llæ illic conspiciantur. Quem Graci ἄορνον vocabant, quod ἄνευ ὀρνίθων, *sine avibus*, eum, Æolico Digammate inter- :o, *Avernum* vocarunt Latini. Apud eum speluncam ille finge- r, per quam ad inferos descendere liceret, & per quam eos se fingitur Æneas à *Virgilio* Æneïdos VI, quem vide à v. 237. & um Interpretes. Sed consule præsertim *Lucretium* Lib. VI. ab versu:

*Nunc age Averna tibi, quæ sint loca cúmque lacúsque*
*Expediam* &c.

ent hæc de re non injucunda fortè dici, nec proletaria, sed non s loci; hæc enim satis sunt, ut intelligat tiro cur ex eo loco Ma- Drusi emersuros, si liceret, dicat *Pedo*. *Littus* autem hîc ἀκτὴν vocat quæ debuit *ripa* dici. Sed illa sæpe miscentur apud Poëtas. s.

Quid numeras annos? vixi maturior annis,
  Acta senem faciunt, hæc numeranda tibi.
His ævum fuit implendum, non segnibus annis.
  Hostibus eveniat longa senecta meis!
Hoc atavi monuere mei, proavique Nerones.
  Fregerunt ambo Punica bella duces.

Hoc

## NOTÆ.

447 *Quid numeras annos*] Multa hanc in sententiam habet, eáque elegantissima *Seneca* Epist. XCIII. ubi agit de morte Metronactis Philosophi, qui juvenis obierat. Pauca dumtaxat subjiciam: *Longa est vita*, inquit, *si plena est. Impletur autem, cùm animus sibi bonum suum reddidit, & ad se potestatem sui transtulit. Quid illum octoginta anni juvant, per inertiam exacti? Non vixit iste, sed in vita moratus est, non serò mortuus est, sed diu. Octoginta annis vixit. Interest, mortem ejus ex quo die numeres. At ille obiit viridis; sed officia boni civis, boni amici, boni filii exsequutus est, in nulla parte cessavit. Licèt ejus ætas imperfecta sit, vita perfecta est. Octoginta annis vixit; imò octoginta annis fuit, nisi fortè sic vixisse eum dicis, quomodo dicuntur arbores vivere. Obsecro te, mi Lucili, hoc agamus, ut quemdamodum pretiosa rerum, sic vita nostra non pateat multùm, sed multùm pendat.* ACTU *illam metiamur, non tempore.* Similia habet Cap. VIII. Libri de Brevitate vitæ. *Idem.*

Ibid. *Vixi maturior annis.*] Senes vocantur *maturi*, ut *maturúsque senex*, apud *Flaccum* de Arte Poëtica, & *ævi maturus Acestes*, apud *Maronem* V. Æneidos. Nam & Græcos *πεπείραν* pro anu dixisse adnotat *Hesychius* & anus apud *Aristophanem* ait:

Οὐ γὰρ ἐν νέοις τὸ σοφὸν ἔνεστιν, ἀλλ' ἐν πεπείροις.

*Non juvenibus sapientia inest, sed maturis.* Hæc habet *Adrian. Turnebus* Adversarior. Lib. II. cap. 10. quibus allatis, subnectit locum hunc *Pedonis*. Idem.

448 *Acta senem faciunt*] Martialis:

*Dum palmas numerat credidit esse senem,*

Scaliger. Est Epigr. LIII. Lib. X. in Scorpum aurigam. Vide ad vs. antecedentem. *Idem.*

449 *His ævum fuit implendum*] Sic *Seneca* in loco superiùs allato: *Longa est vita, si plena est.* Idem.

450 *Hostibus eveniat*] De hac formula diximus ad v. 182.

*Longa senecta*] Et iners. Vide ad v. 447.

451 *Hoc atavi monuere mei* &c.] Parum abest quin legendum censeam, *hoc Livî monuere mei, pravique Nerones.* Nam sequens versus omnino respicere videtur ad C. Claudium Neronem & ad M. Livium,

Quare numeras annos, quibus vixi, quasi æqu brevior fuisset vita mea? Senex prudentiâ fui, & demum grandævus est censendus, qui multa edidi præclara facinora, quorum solorum ratio habenda est. Rebus gestis implendum fuit vitæ spatium, non otiosis annis. Iners ejusmodi senectus hostibus meis concedatur. Livii & Claudii, proavi materni ac paterni, qui pro Republica tantos labores subierunt, idem mihi faciendum esse, nisi degener esse vellem, satis monuerunt, & præsertim am-

vium, qui COSS. anno ab U. C. DXLVI. fregerunt Annibalem, victo ad Metaurum Asdrubale, ut narrat *Livius* Lib. XXVII. *Idem.*

452 *Fregerunt ambo*] Hæc mihi videntur designare duces qui simul bellum gesserunt, & fregerunt Carthaginiensium animos; quales fuerunt memorati duces. Hæc certè propria est vocis *ambo* potestas. *Ambo*, ait Sosipater apud *R. Stephanum*, nam ipsum auctorem ad manum non habebam cùm hæc scriberem, *non est dicendum, nisi de iis, qui uno tempore quid faciunt, ut puta*, Eteocles & Polynices ambo perierunt, *quasi dicas, unà. Romulus autem & Africanus non ambo triumphaverunt, sed uterque, quasi diverso tempore.* Nulli autem ex Majoribus Drusi dici possunt *ambo fregisse* Punicas opes, præter eos quos memoravimus. *Frangere bellum* dixit etiam *Cicero* le Provinciis Consularibus, Cap. XIII. *C. Pontinius, fortissimus vir, rtum repente bellum Allobrogum, atque hac sceleratâ conjuratione excitum, præliis fregit.* Est aliquid porrò in hac oratione hiulcum, oc enim vult Drusus: Livii & Claudii majores mei satis me docuent, exemplo suo, nullum mihi laborem, Reipublicæ causâ, refandum esse, si vel cum manifesto vitæ periculo conjunctus sit; præsertim M. Livius & C. Claudius, qui ambo fregerunt audam Pœnorum. Sic antea ad v. 126. ostendimus necessariò subaundam vocem *solus*, & v. 340. non minùs liquet supplendum esse *tendent, dicent*, aut simile quidpiam. Hoc incommodo, sanè no, laborant poëtæ, quòd, propter mensuram versuum, nec ia liceat semper dicere, quæ dicenda iis essent, ut oratio esset icua: nec ea sola lectori dare legenda, quæ satis sunt ut eorum em planè adsequatur. Purpureo profectò panno alius coloris æ aliquando adsuuntur, non ut aliquid dicatur, sed dumtaxat nsura versûs, aut distichon impleatur. Vide infra v. 472. De ca dictione *Statii*, vide quæ observavit *Janus Casperius Gevar- Epithalamium Stellæ & Violantillæ*, in hæc verba:

*——— jam Tibridis arces*
*Iliacæ.* Idem.

Hoc domus iſta docet, per te mea, Cæſaris alti.
Exitus hic, mater, debuit eſſe meus.
Nec meritis, quamquam illa juvant magis, abſuit iſtis
Mater, honos; titulis nomina plena vides.
Conſul & ignoti victor Germanicus orbis,
(Cui fuit heu! mortis publica cauſa) legor.
Cingor Apollineâ victricia tempora lauro,
Et ſenſi exſequias funéris ipſe mei;
Decurſúſque virûm notos mihi, donáque Regum,

Cun-

NOTÆ.

454 *Exitus*] Mors, ut Græcè ἔξοδος. Apud optimos quoſque Scriptores frequentiſſima loquutio. *Idem.*

*Debuit*] Aut fato, aut officio, dum Reipublicæ potiùs quàm valetudini meæ ſervio. *Idem.*

455 *Magis abſuit illis*] *J. Lipſius* Epiſt. Quæſt. Lib. III. Epiſt. 3. emendabat *adfluit* non *adfuit*, quod legebatur in Editionibus & ſenſu caret. Non illi, inquit Druſus, me juvant meritis ſuis; potiùs à me, ô Mater, novus honor iis *adfluit*, vel accedit. *Idem.*

Ibid. *Nec meritis quidquam illa juvant*] Locus corruptus. Quid ſi reponamus:

*Nec meritis quidquam illa juvat, magis obſuit iſte,*
*Mater honos.*

Nil, inquit, mihi adoptivo profuit domus Cæſaris, imò magis obfuit, dum tituli & honores feſtinantur. *Lipſius* in Epiſtolicis, *magis adfluit illis*, & ſic codex Romanus. *Gronovius*, ſuis ad me litteris:

*Nec meritis (quamquam illa juvant magis) abſuit iſtis*
*Mater honos.*

Inducit ipſum Druſum, matri pro ſolatio ingerentem res à ſe geſtas. Tum ſubjicit: etſi majus in his momentum, tamen & illud pro ſolatio valere poteſt, quod virtus mea illuſtri gratiâ excepta eſt, quod pro ea honores & præmia tributa ſunt. Hæc vir ille ſagaciſſimus, quibus ſubſcribo. *Heinſius.*

456 *Titulis nomina plena vides*] In triumphalibus ferculis, quæ funeri etiam adhibebantur, & ubi *Conſul*, *Victor*, *Germanicus* &c. inſcribebatur. *Idem.*

457 *Ignoti orbis*] Vide ad vſſ. 19. & 20. & v. 314.

458 Cui

ambo illi duces, qui, Aſdrubale cæſo, Carthaginienſium ſpiritus fregerunt. Idem etiam me docuit Julia familia, quæ, poſtquàm Auguſto nupſiſti, mea facta eſt; adeò ut, dum pro Republica bellum gero, is vitæ exitus à me exſpectari debuerit. Quamquam hæc potiſſimùm luctum tuum debent minuere, attamen hoc quoque ſolatio tibi ſit oportet, quòd merita mea in Rempublicam non ſine honore fuerunt, cùm tot titulos nomini meo adjectos videris. Etenim in ferculis pompæ feralis, me Conſulem, & ignotorum antea Populo Romano tractuum debellatorem, & pro Republica obiiſſe me legiſti. Imago mea lecto prælata lauro cincta eſt; nec ſine voluptate ſplendidas, quæ mihi factæ ſunt, exſequias vidi. Animadverti non ſemel de-

458 *Cui fuit, heu! mortis*] Sic legendum optimè cenſuit *J. Lipſius* ad *Taciti* Annal. Lib. II. cap. 83. ubi de honoribus Germanico mortuo decretis: *Arcus additi Romæ & apud ripam Rheni, & in monte Syriæ Amano, cum inſcriptione rerum geſtarum, ac mortem ob Rempublicam obiiſſe.* Vide & ad v. 270. *Gorallus.*

459 *Cingor Apollineâ*] Vide dicta ad v. 205.

461 *Decurſúſque virûm notos mihi*] Vide not. ad v. 217. *Decurſus* ſibi *notos* ait, quòd non tantùm Romæ ſed in ipſa Germania, circa tumulum ejus honorarium decurriſſet exercitus. *Suetonius* Claudii Cap. I. *Ceterùm exercitus honorarium ei tumulum excitavit, circa quem deinceps, ſtato die, quotannis miles decurreret.* Ad quem locum vide Interpretes. Honor fuit militaris, à temporibus uſque Heroicis deductum, ut liquet ex Homeri Odyſſ. Ω. ubi exſequias Achillis deſcribit Agamemnon, v. 68.

——— πολλοὶ δ' ἥρωες Ἀχαιοὶ
Τεύχεσιν ἐρρώσαντο πυρὴν πέρι καιομένοιο,
Πεζοὶ θ' ἱππῆές τε·

*Multi heroës Græci armati irruerunt circa rogum combuſti cadaveris, pedites & equites.* Vide & *Jac. Gutherium* de Jure Manium Lib. II. c. 3. *Idem.*

Ibid. *Donáque Regum*] Solebant hæc in triumphi pompa oſtentari, qua de re lege Capp. XXVI. & XXVII. Libri de Triumpho à *J. Cæſare Bullingero* ſcripti. Si quis autem triumphaturus, ante triumphum, obiret, aut etiam poſtquàm triumphaſſet, in ferali funeris ejus pompa iterum ferebantur. Ideò apud *Lucanum* Lib. VIII, 733. qui, tu-

Cunctáque per titulos oppida lecta suos;
Et quo me officio portaverit illa juventus,
Quæ fuit ante meum tam generosa torum.
Denique laudari, sacrato Cæsaris ore,
Emerui, lacrimas elicuísque Deo.
Et cuiquam miserandus ero? Jam comprime fletus.
Hoc ego, qui flendi sum tibi causa, rogo.
Hæc sentit Drusus, si quid modò sentit in umbra;

Nec

N O T Æ.

tumultuario funere, Pompeii cadaver ussit & sepeliit, ait eum non petere à Fortuna,

*Præferat ut veteres feralis pompa triumphos.*

Vide *Joan. Meursium* de Funere, Cap. xix. Igitur *Pedo* noster hoc vult, Manes Drusi non sine voluptate vidisse *dona Regum*, Rhætorum, nempe, aut Germanorum ferri in pompa funeris. *Idem.*

462 *Cunctáque per titulos oppida lecta suos*] Hoc quoque è triumphali pompa ad feralem translatum. Lege Cap. xxvi. memorati Libelli *Bullingeri*. Idem.

Ibidem. *Victáque* præstabit scribi, ni fallor; pro *oppida lecta*, malim quoque *lata*, à ferendo, cujus verbi usus frequens est, cùm de tropæis aliísque rebus agitur, quæ in triumpho, aut ferali pompa circumferebantur. Ipse *Ovidius* Trist.

*Crinibus en etiam fertur Germania passis.*

Heinsius. At tu cave ei credas, nam in pompa triumphali, imagines oppidorum captorum ferebantur, cum nominibus adscriptis, ut quænam essent populus legendo intelligeret. *Ovidius* in eadem Elegia, quæ est Lib. iv. Tristium secunda, v. 20.

*Ergo omnis poterit populus spectare triumphos,*
*Cúmque ducum titulis oppida capta LEGET.*

Similiter *Propertius*, in descriptione triumphi, Lib. iii. Eleg. 3.

*Inque sinu caræ nixus spectare puellæ*
*Incipiam, & titulis oppida capta LEGAM.*

Gorallus.

463 *Et quo me officio* &c.] Vide ad v. 202. & 207.

464 *Quæ fuit ante meum*] Parum abest quin refingam, etsi audaciori conjecturâ,

Quæ

decursus militum, circa rogum meum, Rhætiæque & Germaniæ regulorum dona, quæ in funere meo prælata sunt, & urbium omnium à me captarum imagines ac nomina. Delectatus sum Equitum Romanorum officio, qui circa lectum meum in funere processerunt, ut vicibus eum subirent. 465 Denique à sacro ore Cæsaris funebrem retuli laudationem, lacrimásque ex divinis ejus oculis profluentes meritus sum. Quæ cùm ita sint, invidia, potiùs quam commiseratione, dignum omnes me judicent necesse est. Igitur lacrimas tuas, ô mater, compescito, cùm præsertim hoc à te ipse, cui eas tribuis, enixè postulem. Hæc est sententia Drusi, si modò

*Quæ subiere meum tam generosa torum*,

ut supra:

*Certat onus lecti studiosa subire juventus.*

Heinsius. Noli etiam hic homini, alioquin acutissimo, credere; cùm enim equites Romani certatim niterentur subire lectum feralem, & vicibus subirent, necesse est eos circa lectum, tam ante, quàm post, funus duxisse. *Gorallus.*

465 *Denique laudari* &c.] Vide ad v. 209.

467 *Et cuiquam* &c.] Τὸ *&* eodem sensu hìc est ac v. 7. ubi vide dicta.

469 *Si quid modò sentit* &c.] De hisce rebus dubitanter ferè loquuntur Veteres, etiam Poëtæ, qui tot commenta tam confidenter nobis propinant. Vide & v. 329. Sed hoc jure gaudent Poëtæ, ut idem nunc ajant, nunc negent, nunc in dubium revocent, prout videtur. *Sectis Philosophorum*, inquit *Servius* ad Æneïd. x, 467. *Poëta, pro qualitate negotiorum, semper utuntur; nec se umquam ad unam alligant, nisi quorum hoc propositum est; ut fecit Lucretius, qui Epicureos tantùm sequutus est. Scimus autem inter se sectas esse varias. Unde fit ut in uno Poëta aliqua contraria inveniamus; non ex ipsius vitio, sed ex varietate sectarum. Illud námque quod ait, in quarto*, sed misera ante diem, *Epicureorum est, qui casibus cuncta concedunt. Nunc quod dicit*, Stat sua cuique dies, *Stoïcorum est qui dicunt fatorum statuta servari.* Quo sanè jure contraria dicendi, vel in uno poëmate, gnaviter usus est noster, qui *Fortunæ* & *Fato*, figmentis unà minimè consistentibus, rerum humanarum regimen tribuit; loquitúrque de *Fato*, nunc quasi inexorabili, nunc quasi contrariis votis mutando. Vide ad vss. 234. & 242. *Idem.*

 471 Mul-

Nec tu de tanto crede minora viro.
Est tibi, sítque precor, multorum filius instar.
Pársque tui partûs sit tibi salva prior.
Est conjux tutela hominum, quo sospite vestram,
Livia, funestam decedet esse domum.

NOTÆ.

471 *Multorum filius instar*] Vide vss. 79. & 80.

472 *Pársque tui partûs*] Hic versiculus, cùm minus quiddam exprimat, quàm prior, nec quidquam novi addat; priori subjectus est à Pedone, dumtaxat ut eadem sententia distichon impleret. Vide ad v. 452. *Idem.*

*Ibidem.* Lego: *it tibi salva*, ut in illis Ovidianis, Fastor. IV.

——— *sospes eas, sempérque parens.*

Elegia de Nuce:

*Incolumis tanto præside raptor eat,*

ut scribendum censeo Metam. II.

*Tutus eas, lapis iste priùs tua furta loquetur.*

Epist. Leandri:

——— *I felix littera, dixi.*

Remedia Amoris:

*Ille Machaoniâ vix ope sanus eat.*

Sic vetus liber. *Heinsius.* Ut exempla hujus loquutionis, quæ profert vir doctissimus, rectè atque ordine prolata habeamus; non video tamen cur receptam lectionem mutemus, hoc in loco, aut potiùs cur eam non tueamur. Nam posterior distichi versiculus idem votum complectitur ac prior, meliúsque multò cum eo cohæret, quàm si legamus *it. Idem.*

473 *Est conjux tutela hominum*] Quamvis *tutela* dici possit qui tuetur, ut *decus* qui decorat, & *præsidium* qui præsidet; attamen ma-

modò poſt mortem ullus supereſt ſenſus; 470 nec ſanè de tam forti viro aliter exiſtimare potes, & ſupereſt tibi major natu filius, qui multorum inſtar eſſe poſſit, & quem diu tibi ſuperſtitem eſſe precor. Supereſt & Auguſtus, cui humani generis commiſſa eſt tutela; &, quo incolumi, luctum eſſe in familia veſtra non decet.

lim eo ſenſu accipere, quo Dii in puppe picti dicebantur *navium tutelæ*; ut ſumitur apud *Horatium* Carm. Lib. IV. Od. XIV, 43.

——— *ô tutela præſens*
*Italiæ, dominaque Romæ.*

Nam vox *præſens* oſtendit Auguſtum *tutelam* dici, Dei inſtar; non quaſi homo, qui Italiæ præeſſet. De tutela autem navium in puppi picta, quæ probè diſtinguenda ἀπὸ τῦ παρασήμυ, ſeu inſigni, quod erat in prora, & unde navis nomen trahebat, vide quæ collegit vir diligens & eruditus *Joannes Schefferus* Lib. III. cap. I. Operis de Militia Navalis, vel *Sam. Bochartus* in Chanaane Lib. II. Capp. 3. & II. *Idem.*

474 *Quo ſoſpite*] Sic *Martialis* Lib. II. Ep. 91. ad Domitianum:

*Rerum certa ſalus, terrarum gloria, Cæſar;*
*Soſpite quo, magnos credimus eſſe Deos.*

Et lib. V. Ep. I. ad eumdem:

*Mittimus, ô rerum felix tutela, ſalúſque,*
*Soſpite quo, gratum credimus eſſe Jovem.*

Quæ non modò ἀθεότητα redolent, ſed planè inſana ſunt; quid enim abſurdius quam, quem Deum habeas & vocites, ſtatuere poſſe *ſoſpitem* non eſſe? Sed repugnantia conjungere, ut jam aliquoties obſervavimus, juris eſt poëtici. *Idem*

*Funeſtam*] Hoc eſt, funere ac luctu pollutam, uno verbo funeſtatam; quaſi, ſoſpite Auguſto, nihil deberet ampliùs Julia domus deſiderare, cùm ille ſolus omnium inſtar eſſe poſſet. *Idem.*

# C. PEDONIS ALBINOVANI

## ELEGIA II.

### *In Obitum Mæcenatis.*

DEFLERAM juvenis, triſti modò carmine, fata;
Sunt etiam merito carmina danda ſeni.
Ut juvenis, deflendus enim tam candidus, & tam
Lon-

NOTÆ.

1. *Juvenis*] Druſi, qui trigeſimo anno mortuus erat in Germania, anno ante Mæcenatem, ut mox videbimus. Sed audiamus quæ hac de re *Joſ. Scaliger* ſcripſerit. *Gorallus.*

*Ibidem.* Epicedium ſuum de morte Druſi non intelligit, qui juvenis in Germania periit, ut ibi adnotamus. Non enim poteſt eſſe, cùm poſt Agrippam mortuus ſit. Quare puto Marcelli, Octaviæ filii, Epicedium intelligi. *Scaliger.* Ego verò non puto, quia nihil eſt in hiſce duabus Elegiis, ex quo colligere poſſis ſcriptas eſſe etiamnum vivente Agrippâ; nam v. 32. Elegiæ III. aliò planè referendus, ut ad eum oſtendemus. Nec ſanè, ſi verè ſit *Alvinovani* hæc Elegia, ut merìtò exiſtimat Scaliger, potuit in ea *Pedo* de Agrippa, quaſi vivo, loqui; cùm Mæcenas, cujus ſuprema verba complectitur, quadriennio poſt Agrippam mortuus ſit. Agrippa enim obiit Anno U.C. DCCXLII Mæcenas verò anno DCCXLVI. ut liquidò conſtat ex *Dione.* Narrat enim mortem quidem Agrippæ Lib. LIV. inter ea quæ contigerunt ſub Conſulatu Valerii Meſſalæ & P. Sulpicii Quirini; mortem verò Mæcenatis Lib. LV. inter ea quæ C. Aſinio Gallo & C. Marcio Cenſorino COSS. geſta ſunt; qui Conſulatus tribus Conſulum paribus diviſi ſunt. Igitur vir ſummus eo tempore, quo hæc primùm ſcripſit, nondum Chronologicos calculos poſuerat. *Gorallus.*

2 *Seni*] Non conſtat quidem quando ſit natus Mæcenas, at quandoquidem hic *ſenex* vocatur, quin ad provectam ætatem pervenerit dubium eſſe nequit. Si credimus *Varroni* ad ſexageſimum minimùm annum perveniſſe eos oportuit, qui dicebantur *ſenes*, teſte *Cenſorino* [illegible] Die Natali Cap. XIV. *Varro*, inquit, *quinque gradus ætatis æquabi-liter*

pag. 106.






# INTERPRETATIO

## ELEGIÆ II.

### *In Mortem Mæcenatis, qui obiit anno* U. C. DCCXLVI, *ante Æream Vulgarem* VIII.

ANNO quidem ſuperiore, triſti Elegiâ juvenis Druſi mortem luxi, nunc verò in Mæcenatis ſenis honorem, quæ ſunt viri erga me merita, lugubre carmen ſcribendum mihi eſt. Etenim dignus eſt

*liter putat eſſe diviſos; unumquemque, ſcilicet, præter extremum, in annos* XV. *Itaque primo gradu uſque ad annum* XV. *pueros dictos, quòd ſint puri, id eſt, impubes. Secundo ad* XXX *annum adoleſcentes, ab adoleſcendo ſic nominatos. In tertio gradu, qui erant ad* XLV. *annos, juvenes appellatos; eò quòd Rempublicam, in re militari, poſſent juvare. In quarto autem, aduſque* LX *annum, ſeniores eſſe vocitatos, quod tunc primùm ſeneſcere corpus incipiat. Inde uſque finem vitæ uniuſcujuſque, quintum gradum factum, in quo qui eſſent, ſenes appellatos, quòd ea ætate corpus ſenio jam laboraret.* Propriè ergo, ex ſententia togatorum doctiſſimi, hic loquutus eſt *Pedo*, cùm Druſum *juvenem* vocavit; nec ſanè puto, in poëmatio ab omni tumore remotiſſimo, appellatum Mæcenatem ab eo *ſenem* fuiſſe, niſi ſexagenario major, aut certè proximus fuiſſet. *Idem.*

3 *Ut juvenis* &c.] Lege ex manuſcripta membrana:

*Ut juvenis deflendus enim tam candidus & jam* &c.

Nam Mæcenas non minùs, inquit, deflendus quàm quivis acerbâ morte juvenis præventus; ut pote qui quovis ſene dignus erat longius vivere. *Scaliger.* Hæc eſt ſine dubio verborum *Pedonis* ſententia, ſed quam corrumpit abſurda membranæ lectio *& jam*. Multò rectius editiones *& tam dignus vivere longiùs annoſo avo.* Cùm Codd. MSS. ſcateant mendis, non poſſunt eorum lectiones ſine examine arripi, niſi nos ridendos præbere velimus. *Gorallus.*

Ibid. *Tam candidus*] Eodem epitheto Mæcenatem cohoneſtat *Horatius* Epod. XIV, 5.

*Candide Mæcenas, occidis ſæpe rogando* &c.

Quamvis *candidos* dici *bonos*, quemadmodum vetus Scholiaſtes eam vocem hîc interpretatur, negare *nolim*; attamen *candidum* Mæcenatem

Longiùs annoso vivere dignus avo.
Irreligata ratis numquam defessa carina
It, redit, in vastos semper onusta lacus.
Illa rapit juvenes, primâ florente juventâ,
Non oblita rapit sed tamen illa senes.
Nec mihi, Mæcenas, tecum fuit usus amici,
Lollius hoc ergo conciliavit opus.

Fidus

## NOTÆ.

natem ab utroque vate dictum potiùs putem, ob singularem ingenuitatem animi, quâ quod sentiebat liberè & apertè amicis dicere solebat. Sic ab *Horatio* Carm. Lib. I. Od. XVIII, II. Bacchus *candidus* dicitur, quòd ebrii nihil dissimulent.

> ——— *non ego te, candide Bassareu,*
> *Invitum quatiam.*

Sic & Lib. I. Epist. IV. ad Tibullum:

> *Albi nostrorum Sermonum candide judex;*

Hoc est, qui apertè dicis quid sentias de nostris Sermonibus; ubi vetus Scholiastes: *integer, pure, verax, sine fuco, sine fallacia.* Eodem sensu hac voce usus est *Cœlius* ad *Ciceronem* Lib. VIII. Epist. ad Fam. Ep. 6. *Si ad illam summam veritatem legitimum jus exegeris, cavendum tibi erit ne parum simpliciter & candidè posuisse inimicitias videaris.* Hujusmodi autem fuit Mæcenatis indoles, ut ex *Dione* intelligere est, qui singulare eximii ejus candoris hoc argumentum nobis suppeditat: δικάζοντί ποτε αὐτῷ παρεστὼς καὶ ἰδὼν ὅτι πολλοὺς θανατώσειν μέλλοι, ἐπεχείρησε μὲν διώσασθαι τοὺς περιεστηκότας καὶ ἐγγύς οἱ προσελθεῖν· μὴ δυνηθεὶς δὲ ἔγραψεν ἐς γραμματεῖον, ἀνάστηθι ἤδη ποτὲ δήμιε· καὶ αὐτὸ ὡς καὶ ἕτερόν τι ἔχον, ἐς τὸν κόλπον αὐτοῦ ἔρριψεν: *cùm aliquando ei* (Augusto) *jus dicenti adstaret, animadvertetétque fere ut multos morte damnaret, aggressus quidem est submovere circumstantes & propiùs ad eum accedere; cùm verò non potuisset, scripsit in tabellis: surge tandem carnifex, eásque quasi aliud habentes in sinum ejus conjecit.* Quod ita placuit Augusto, ut è vestigio surrexerit, nec quemquam morte damnarit. O rarum candoris exemplum, in amico Principis viri! O mite Principis ingenium! *Idem.*

4 *Annoso avo*] Quia plerumque nemo avus est, nisi senex. Hinc apud *Senecam* in Troade, *transcendere avum ætate* est diu vivere. *Idem.*

6 *Vastos lacus*] Aut amplos, aut desertos, quod nemo illic sit, præter umbras. *Idem.*

8 Non

est qui à me defleatur tam candidus senex & diuturniore vita, si quis alius, dignissimus. At Charontis cymba numquam ad ripam, ut interea requiescat nauta, religatur; sed semper onusta umbris inferos fluvios trajicit, aliásve iterum vectura redit. Juvenes quidem ætate florentes, qualis fuit Drusus, avehit, at senes minimè relinquit. Mæcenas nullâ initio amititiâ mecum conjunctus fuerat, verùm Maximus Lollius eum mihi conciliarat. Fidus

8 *Non oblita rapit*] Vetus membrana:

*Non oblita tamen sed repetitque senes.*

Putarem:

*Non oblita tamen subripit atque senes.*

Nam *subrepet* scriptum fuisse facilè mihi persuadeo, quæ fuit illorum librariorum oscitantia. *Scaliger*. Magis placet vulgata lectio. Videtur respicere ad v. 372. Elegiæ I. *Gorallus*.

9 *Usus amici*] Si solutâ oratione scripsisset, dixisset potiùs *usum amicitiæ*, non *amici*. Nihil frequentius occurrit quàm *usus* pro consuetudine amicorum, quibus æquè frequenter *uti* dicimur. *Idem*.

10 *Lollius*] Maximus Lollius. *Horatius*:

*Trojani belli scriptorem, Maxime Lolli.*

In vetustioribus excusis non *Lollius*, sed *Ilius* legitur. Posset *Ailius*; nam *Ailius* & *Aimilius* scribebant, pro *Ælius*, *Æmilius*. Hic & amicus Horatii fuit, éstque *Ælius Lamia*:

*Æli vetusto nobilis ab Lamo.*

Sed vetus codex calamo exaratus retinet *Lollius*. Quare nihil mutandum. *Scaliger*.

*Ibid*. Ad eum scripsit Horatius Oden IX. Lib. IV. & Epistolas II. & XX. Lib. I. Sed audi quod mireris. *Joan. Henr. Meibomius*, vir sanè doctus, qui hasce duas posteriores Elegias ad calcem Mæcenatis sui edidit, adnotat à *Pedone* intelligi Maximum Lollium, *belli Trojani scriptorem ex Horatio notum*. Atqui *Horatius* non Lollium sed Homerum vocat Trojani belli scriptorem Epist. II. Lib. I. cujus hoc est initium:

*Trojani belli scriptorem, Maxime Lolli,*
*Dum tu declamas Romæ, Præneste relegi.*

Aliud ergo agebat vir eruditus. *Idem*.

Ibid. *Ergo*] Hoc est, sed. Vide ad v. 114.

Ibid. *Conciliavit opus*] Hoc est, rem hanc, seu amicitiam, conciliavit. Hìc *opus* idem est ac Græcum πρᾶγμα. *Idem*.

11 Fidus

Fidus erat vobis nam propter Cæsaris arma,
Cæsaris & similem propter in arma fidem,
Regis eras genus Etrusci, tu Cæsaris almi
Dextera, Romanæ tu vigil Urbis eras.
Omnia cùm posses, tanto tam carus amico,
Te sensit nemo velle nocere tamen.

Pal-

## NOTÆ.

11 *Fidus eras nobis*] Lege ex veteri MS. *Fidus erat vobis*; nam vobis amicissimus fuit Lollius, tibi & Cæsari, quo magis illi de te narranti fides haberi potuit. *Scaliger*. Aut potiùs tibi ab eo commendatus in amicorum numerum facilè à te receptus sum. *Gorallus*.

12 *Similem propter in arma fidem*] Hoc est, similem tuæ fidei, ô Mæcenas, erga partes Augusti. *Idem*.

13 *Regis eras genus Etrusci*] Reponendum ex veteri membrana:

*Regii eras, Etrusce, genus* —

Tu Etrusce, genus regium, eras Cæsaris dextera; hoc est, primus, secundùm Imperatorem. *Statius*:

——— *Vidi omni te pridem in flore juventa,*
*Te magna propiùs, propiúsque accedere dextra.*

Habebant enim gradus quosdam amicorum illi summates viri, ut & vina primæ ac secundæ notæ. *Seneca* Lib. v. de Beneficiis: *Habuerunt itaque isti amicos primos, habuerunt & secundos, numquam veros.* Sed sine dubio significat assiduum comitem Cæsaris. *Martialis* de Cane Lydia:

*Lydia dicebar domino fidissima dextra.*

Regium genus fuisse Mæcenatis qui nescit *Horatium* non legit. Filius enim Menodori fuit, qui Cæsari contra Pompeium adfuit. Illi vero Menippus pater, filius, sive, ut alii, nepos Cæcinnæ Regis Etruscorum. *Horatius*,

*Mæcenas atavis edite Regibus.*

Nam Cæcinna, Rex Etruriæ, atavus Mæcenatis. *Scaliger*.

*Ibidem*. Verùm quamvis Mæcenas Etruriâ oriundus esset, *Etruscus* dici vix potuit, cùm à multis annis, Etruriâ à Romanis subactâ, Majores ejus Romani cives essent. Itaque hîc quoque vulgatam lectionem prætulerim. Sic *Propertius* Lib. III. Eleg. 7.

*Mæcenas eques Etrusco de sanguine Regum.*

Vide quæ collegit *J. Henr. Meibomius* de genere Mæcenatis, ejus vitæ Capp. II. & III. *Gorallus*.

Ibid. *Cæsaris almi*] Fortè scripserit Pedo *alti*, ut v. 453. Eleg. I.

Nihil

dus enim erat Cæsarianis partibus, pro quibus, haud secus ac Mæcenas, pugnaverat. Ortum ducebas, ô Mæcenas, ab antiquis Etruriæ Regibus, eràsque Augusto dexteræ instar, quamobrem te absens Urbi præfecerat, cui summâ vigilantiâ præfuisti. 15 Verùm cùm tantâ gratiâ apud Cæsarem, rerum potitum, floreres; ea tamen in nullius perniciem umquam

Nihil tamen muto, nam hoc est Epitheton Cereris, Veneris & Palladis; quod etiam in Augustum conferri potuit, quasi in Deum. Ab *alendo* deducunt Grammatici, & *pulcrum*, ac *illustrem* præterea significare docent: *Festus*: ALMA, *sancta sive pulcra; vel alens, ab alendo.* Glossæ Veteres: *Alma*, κλυτὴ, ἁγνὴ, ἱερεῖα, θρέπτειρα. *Almetes* (pro *Almitas*) κάλλος, ἀνατροφή. *Almities*, αὔξησις ἀρχῆς, εὐπρέπεια. *Almitus* (imò *Almitas*) ἀναστροφή, ἀναγωγή. *Almus*, κλυτὸς, ἔνδοξος, ζείδωρος. Hinc intelligere licet cur Cæsar *almus* dici queat. *Idem.*

14 *Dextera*] Ad me quidem quod attinet, si quod ex Antiquitate exemplum proferri posset, mallem interpretari *dextram Cæsaris*, eum cujus opera Cæsar frequentissimè in administratione Reipublicæ uteretur; quemadmodum & hodie *dextram Principis* ejusmodi hominem vocamus. Metaphoræ ratio perspicua est, potuitque *Pedonis* animo, æquè ac nostris, obversari. Ad exemplum *Martialis* quod attinet, *Scaliger* ipse in translatione Græca Epigrammatis, quod est LXX. Libri XI. damnavit interpretationem suam, nam legit *Dextro*, ut nomen sit domini catellæ; habet enim Δέξτρου τοῦ κλήτορος πιστή. *Idem.*

15 *Omnia cùm posses*] Vide similem sensum v. 47. Eleg. I. Hunc versiculum egregiè illustravit *J. Henr. Meibomius* Mæcenatis sui c. VII. Sæpe prudentia potiùs est, aut timiditas in iis, qui non nocent aliis, quod sine periculo nocere non possint; sed mera magnanimitas in iis qui, cùm impune quidvis possint, sua tamen potentia non abutuntur. Hi in rebus florentissimis, non magis insolescunt, quàm si cum adversis confligarentur; at illi metu in officio continentur, quem metum ubi primùm excusserunt, ostendunt quales re verâ essent. Hinc natum proverbium: ἀρχὴ τὸν ἄνδρα δείκνυσι, *imperium virum indicat*, ad quod vide *Erasmum.* Addemus dumtaxat elegantissimum hac de re *Plutarchi* judicium, in vita Luculli p. 508. Ed. Vechelianæ, ubi de stulta Tigranis confidentia ac superbia: Οὔτε σώματος παντός ἐστι πολὺν ἄκρατον ἐνεγκεῖν, οὔτε διανοίας τῆς τυχούσης, ἐν εὐτυχήμασι μεγάλοις, μὴ ἐκστῆναι τῶν λογισμῶν: *neque corporis cujusvis est multum merum ferre; neque vulgaris animi, in magna felicitate, rationis normam non excedere.* Idem.

17 Pal-

Pallade cum docta Phœbus donaverat artes,
  Tu decus & laudes hujus & hujus eras.
Vincit vulgares, vincit Beryllus arenas.
  Littore in extremo quas simul unda movet.

Quod

## NOTÆ.

17 *Pallade cum docta*] Si esset *forti*, existimarem artem militarem intelligi; sed cùm *doctam* dicat Palladem, litteras potiùs intellexerim, quarum Pallas & Apollo μουσηγέτης præsides erant, ut omnibus notum. *Idem*.

18 *Hujus & hujus*] Loquutio poëtica; hoc est, utriusque. Cave adsentiaris *Meibomio* legenti *hujus & ejus*. Prius enim potiùs Latini dixerunt. Monitus Lector satis exemplorum animadvertet; nunc mihi quidem non occurrunt, quæ subjiciam. *Idem*.

19 *Vincit vulgares*] Occurrit hîc duabus objectionibus, quæ in Mæcenatis cùm studium lapillorum, tum luxum & delicias jactabantur. Nam de studio lapillorum respondet hoc versiculo:

*Vincit vulgares, vincit Beryllus arenas.*

De luxu & animi mollitie, illo: *quod discinctus eras* &c. Ac cùm lapillorum studiosissimus fuerit Mæcenas, videtur habuisse in deliciis Beryllos. Ergo ita diluit objectionem Poëta, cum gestasse Beryllum non immeritò; cùm, scilicet, illa gemma omnibus præcellat. Quare enim objiciant illi, quòd rem pretiosissimam, nec vulgarem, in pretio habuerit? Nam sanè studium suum in lapillos ipsemet hoc Epigrammatio, de morte Horatii Flacci, ita profitetur:

*Lugent, ô mea vita, te smaragdus,*
*Beryllus quoque, nec nitentes*
*Nuper candida margareta quæro,*
*Nec quos Thynica lima perpolivit*
*Annellos, nec jaspios lapillos.*

Scaliger.

*Ibidem*. De studio gemmarum, quo Mæcenas flagrabat, multa collegit *J. Henr. Meibomius* Mæcenatis sui Capp. XXI, & XXV. Ceterùm videtur objectio prolata à Philosopho quopiam, qui pretiosos lapillos vulgaribus anteferendos non putabat, quia non sunt vitæ humanæ utiliores, ideóque irridebat Mæcenatem, quòd eos usque adeò adamasset. Criminationi respondit Poëta, non inficiando Mæcenatem gemmarum studiosum fuisse, & præsertim Berylli, sed contendendo apertè anteferendum esse Beryllum vulgaribus lapillis. *Gerallus*.

*littore in extremo*] Alii habent *Etrusco*, absurdè, nam in Etruria erylli; alii *Erythræo*, quod ferri possit, quia reverâ in mari co, & in mari Indico, quod Erythræum etiam dici solet, inveniuntur. *India eos gignit*, ait Plinius, *raro alibi repertos*, xvii. cap. v. ubi hunc lapillum accuratè describit. Sed vul- ctio optima, etenim in *extremo littore* & ripis inveniuntur

*Dionysius* Periegetes de solo Babylonico, quod, ut notum, itatem fuit, v. 1011.

Καὶ μὴν καὶ χρυσεῖο φέρει χαρίεστερον ἄλλο,
Ὑγρῆς βηρύλλου γλαυκὴν λίθον, ἣ περὶ χῶρον
Φύεται ἐν πορφυρῆς, ὀφιήτιδος ἔνδοθι πέτρης.

*& auro gratius aliud profert; humidi berylli glaucum lapidem; illo loco nascitur in ripis intra serpentinum lapidem*; hoc est, quo tractu, invenitur Beryllus. *Claudius* quidem *Salmasius* in So- pag. 605. contendit πορφυρῆς significare hîc cautes aut rupes, nas; sed obstat epitheton ὑγρῆ, quod non conjungitur cum , nisi quia in ripa inventum docet *Dionysius*, qui & inferius itur de Indis, v. 1118.

Ἄλλοι δ' ἰχνεύουσιν, ὅπη πορφυρῆσιν ἀνάυρον,
Ἠὲ βηρύλλου γλαυκὴν λίθον, ἢ ἀδάμαντα.

*erunt, in ripis torrentium, aut berylli glaucum lapillum, aut ada-*. Qui plura de Beryllo cupit adeat *Salmasium* ad *Solinum* 8. & seq. Ed. Ultrajectinæ. *Idem*.

*Unda movet*] Sic in secunda editione Scaligerana, rectè; non

Quòd discinctus eras, animoque quoque, carpitur unum;
Diluitur nimiâ simplicitate tuâ.

Sic

NOTÆ.

21 *Quòd discinctus eras*] En alteram objectionem. Jam diluebat, quòd illi objiciebatur luxus in vestitu. Nunc quòd & animo quoque, nedum corporis cultu, discinctus dicebatur, defendit ab ejus simplicitate. *Seneca*, postquàm produxit in medium Mæcenatis versiculum, mox: *altè cinctum*, inquit, *putes dixisse.* Neque solùm cultum ejus mollem & dissolutum; sed & orationem τρυφῶσαν fuisse adnotat idem *Seneca*: ut etiam ejus μυροβρεχεῖς καὶ βοστρύχους orationis cavilletur Augustus. Sed meliùs ex hominis oratione noveris; ut illa: *amne, silvísque ripâ comantibus, vide ut alveum lintribus arant, versósque vado remigant hortos.* Voluit dicere quod *Virgilius*:

——— *viridésque secant plano æquore silvas.*

Sanè non minùs ambitiosè hic de aqua, quàm de aëre, apud *Aristophanem* ὄρνισι:

Ἀλίμενον αἰθέρος αὔλακα τέμνων.

Idem: *femina cirrocrispata labris columbatur; incipítque suspirans, uti cervice laxâ ferantur.* Tamen *columbatim serere basia* dixit *Cn. Mattius*; & περιστερὰ εἶδος φιλήματος, apud Græcos. Idem de domo, quæ diriperetur: *Tyranni irremediabilis factio rimantur epulis, lagenáque tentant domos & sæpe mortem exigunt.* Nam *tyranni irremediabilis* Græcissat ambitiosè, τυράννου ἀνηκέστου, pro quo optimus Poëta, *implacabilis, implacatus. Rimari* autem *domos lagenâ* aut *epulis* in direptione, cùm milites ἄγουσι καὶ φέρουσι ferunt, agúntque; ut quidquid esculenti, aut poculenti invenerint, diripiant. Illud verò *mortem exigunt*, cùm etiam interficiunt, nec, uti alii, pecuniam exigunt. Item tenuïtatem familiæ cùm describit: *Genium festo vix suo testem, tenuísque Cereris fila & crepacem molam. Focum mater, aut uxor investiunt.* Magna sanè hyperbole, ut Genius à tam tenui familia absit in suo festo, sine quo festum esse non potest; & farinam in molendino, per fistulam, manantem vocavit *fila tenuis Cereris*; quòd tenuis ejus ductus, ut fili. Deinde *investire focum*, pro fovere ac calfacere, ambitiosè nimis à Vesta vocavit; & meliùs legeretur *investant*, quàm *investiunt.* Hæc vix intellecta à multis, itémque valde corrupta, apud *Annæum Senecam*, & simul cum ipsius *Senecæ* verbis conturbata, ideò adduxi & exposui, ut Lectori de Mæcenatis oratione gustum darem; quantum ex ejus his pauculis reliquiis & analectis colligere potui, & ut apud *Senecam* emendatiora legerentur. *Scaliger.* At optimæ editiones multùm discedunt à *Scaligeri* conjecturis. Vide *Senecæ* Epist. CXIV.

*Ibidem.*

aquæ? Ne id quidem jure in vita tua carpi poteſt, quod non veſtibus tantùm diſcinctus, ſed & animo mollior fuiſti; etenim ea criminatio morum tuorum ſum-

*Ibidem.* Olim qui aliquid ſerii facere parabant, cingulo veſtes, alioqui fluxas, conſtringebant; quod propriè Latini dicebant *accingere ſe operi.* Quomodo & Medici, opus aggreſſuri, ſuccingere ſe ſolebant; quam cincturam Veteres *habitum medici* dixere, ut pluribus docui Comment. ad Jusjur. *Hippocratis.* Hinc *cinctura* hominis gravis & modeſtæ diſciplinæ; *habitus laxus & discinctus* hominum nobilium ac delicatorum, morúmque diſſolutorum habebatur argumentum. Hoc eſt, quod Anthemonides miles, apud *Plautum*, Act. v. Sc. 5. dicebat:

*Sanè genus hoc mulieroſum eſt, cum tunicis demiſſitiis.*

Et Sulla apud *Suëtonium*, Julio Cap. XLV. de Julio Cæſare: *optimates ſæpiùs monens, ut malè præcinctum puerum caverent.* Cæſar enim τῇ τε ἐσθῆτι χαυνοτέρᾳ ἐν πᾶσιν ἐναβρύνετο, καὶ τῇ ὑποδέσει: *& veſte laxiore per omnia delicatè utebatur, & calceatu*, inquit Dion Lib. XLIII. Etiam *Cicero* Catilinar. II. in Catilina notavit *amictum atque ad talos demiſſam purpuram.* Nec aliò reſpexit *Perſius* Sat. III. dum ait:

*Non pudet ad morem diſcincti vivere Natta.*

Vide plura huc facientia, apud *A. Gellium* Lib. VII. cap. 3. & *Servium* ad Lib. XII. Æneïdos. Ejuſmodi autem habitu veſtitúque Mæcenatem uſum teſtis eſt *Seneca* Ep. CXIV. in qua oſtendit mollitiem ſtyli Mæcenatis conſenſiſſe cum animo deliciis dedito. *Non ſtatim*, inquit, *hæc cùm legeris, tibi occurret hunc eſſe, qui ſolutis tunicis in Urbe ſemper inceſſerit? Nam etiam cùm abſentis partibus Cæſaris fungeretur, ſignum à diſcincto petebatur.* Hæc aliaque ejuſdem generis habet Mæcenatis ſui Cap. XIX. *Jo. Henr. Meibomius.*

Ibidem. *Carpitur unum*] Repellit quidem, ut rectè animadvertit *Scaliger*, ſuperiore diſticho, quod objiciebatur Mæcenati de nimio lapillorum ſtudio; ſed quia id non habebat vitii loco, hoc *unum carpi* ait; nimirum, cum aliqua ſpecie; quod non tantùm diſcinctus ambularet, ſed molliorem etiam æquo vitam ageret. *Gorallus.*

22 *Nimiâ ſimplicitate tuâ*] Nemo neſcit *nimis* perinde ſæpe eſſe ac ἄγαν, hoc eſt, *valdè*, unde *nimius* ſummus in ſuo genere dicitur. Monendum dumtaxat *ſimplicitatem* eſſe eam animi affectionem, quâ nihil diſſimulamus, ſed animum noſtrum cuivis aperimus, & ne vitia quidem ac delicta occultamus. Hoc ergo vult *Pedo*, ſi Mæcenas inſtar multorum fuiſſet, potuiſſe eum fronte ſeverâ, ſubducto ſupercilio & altè præcinctâ tunicâ, vitam voluptariam diſſimulare; ſed

Sic illi vixere, quibus fuit aurea virgo,
Quæ bene præcinctos postmodò pulsa fugit.
Invide, quid tandem tunicæ nocuere solutæ?
Aut

## NOTÆ.

sed animi nimis aperti ac *simplicis* fuisse, quàm ut ejusmodi fucato vultu atque habitu uti vellet. Idem nos docet *Seneca* in Epist. CXIV. in qua Mæcenatem mollitiei reum facit. *Quomodo*, inquit, *Mæcenas vixerit notius est, quàm ut narrari nunc debeat; quomodo ambulaverit, quàm delicatus fuerit, quàm cupierit videri, quàm vitia sua latere noluerit.* Sanè *simplex* dicitur homo aperti animi, & qui dissimulare nescit; & *simpliciter* agere ac loqui dicimur, cùm palam esse volumus quod cupimus. Martialis Lib. XII. Ep. 35.

*Tamquam simpliciter mecum, Callistrate, vivas,*
*Dicere præcisum te mihi sæpe soles.*
*Non es tam simplex, quàm vis, Callistrate, credi,*
*Nam quisquis narrat talia plura tacet.*

*Simplicitas* denique est, ut dixi, apertior animus, quem ingenua prodit oratio. Sic apud *Senecam* Lib. III. de Beneficiis Cap. 26. *sub Tiberio Cæsare, fuit accusandi frequens & panè publica rabies, quæ omni civili bello graviùs togatam civitatem confecit. Excipiebatur ebriorum sermo, SIMPLICITAS jocantium, nihil erat tutum.* Sic *Tacitus* inducit Tiberium Annal. Lib. VI. cap. 5. *ne verba pravè detorta, neu convivalium fabularum SIMPLICITAS in crimen duceretur postulantem.* Miror *Pedonem* non vidisse, aut dissimulasse reponi sibi posse, malè quidem eos facere qui severo vultu atque habitu nequitiam occultarent, sed propterea laudandos non esse, qui palam deliciis diffluerent. Acerrimè quidem invectus est *Cicero*, in Oratione pro Sextio Cap. VIII. in Pisonem, qui truculento vultu & terribili adspectu animum voluptatibus omnibus deditum abscondebat; sed minimè laudavit Gabinium, *unguentis affluentem & calamistratâ comâ* Consulem. Laudanda est *simplicitas*, quæ vitia non dissimulat specie virtutis, quæ non ore promit contraria iis quæ in animo latent; at non ea, quâ vitia occultanda aperti ganeones ostentant. Talis Peribomii apud *Juvenalem* ejusque similium *simplicitas*, Sat. II, 16.

——— *hunc ego fatis*
*Imputo, qui vultu morbum, incessúque fatetur.*
*Horum simplicitas miserabilis, his furor ipse*
*Dat veniam.*

Talem Mæcenatem suum *Pedo* haberi noluisset. *Idem.*

*Sic illi vixere*] Aut quia simplex illa fuit ætas, aut quia sine la-
... ac proinde discincta erat. Aureæ certè ætati, simplicitas summa

summo candore facilè diluitur. Sic vixerunt olim sæculi aurei homines, quibuscum Astræa versabatur; quæ postea duriores, quippe injustos, fugit.
25 Quid tandem, ô invidi, detrimenti ex solutiore vita

ma tribuebatur, eaque conjuncta cum omnium honestarum voluptatum aperta fruïtione, sine jurgiis, ac bello. *Hesiodus* in Operibus & Diebus v. 115.

Τέρποντ' ἐν θαλίῃσι κακῶν ἔκτοσθεν ἁπάντων.

*Suaviter vivebant in conviviis, extra mala omnia.* *Aratus* in Phænomenis v. 110. descriptis populis, quibus familiariter utebatur Δίκη, seu *Justitia*, habet: αὔτως δ' ἔζωον, quod interpretatur Theon ἁπλῶς, ἀκάκως, χωρὶς ἀδικίας καὶ τῶν ἄλλων κακῶν, *simpliciter, sine malitia, sine injustitia, & aliis malis.* Non erat etiam cur se se *accingerent* labori, neque enim eo indigebant; cùm fructus sponte suâ terra ederet, ut habent duo memorati Poëtæ Græci, & Latini *Virgilius*, *Ovidiúsque*; qui eos sunt imitati, ille quidem Georg. 1. hic verò Metam. 1. Itaque *discincti* vivebant, nulla enim erat ratio cur se præcingerent. At Poëtæ finxerant ætatis aureæ homines nullis vitiis inquinatos fuisse, & paratis dumtaxat deliciis usos; ac proinde eorum vitam multùm à luxu Mæcenatis abfuisse. *Idem.*

23 *Quibus fuit aurea virgo*] Nempe, Dea quæ ad virtutes omnes incitabat humanum genus, quam *Hesiodus* vocat Νέμεσιν, in Operibus & Diebus v. 119. ubi vide notata à *Joanne Clerico.* Sic & Ovidius Astræam terras deserentem, sub ætate demum ænea, describit Metamorph. 1, 149.

——— *Virgo cæde madentes*
*Ultima cœlestum terras Astræa reliquit.*

Vide & *Aratum* in Phænomenis, v. 114. & seqq. *Idem.*

24 *Quæ bene præcinctos*] Ætatis æneæ homines *accincti* & ad varios labores & ad bellum gerendum. Vide ad v. antecedentem. Quærendum fuisset à *Pedone*, num Astræa virgo, quæ alios fugiebat, Mæcenatem aut comitaretur aut inviseret aliquando? Nam illa quidem

——— οὐδέποτ' ἀνδρῶν
Οὐδέποτ' ἀρχαίων ἠναίνετο φῦλα γυναικῶν
Ἀλλ' ἀναμὶξ ἐκάθητο, καὶ ἀθανάτη περ ἐοῦσα.

*Numquam virorum, nec veterum genus vitabat mulierum, sed permistim sedebat, licèt immortalis esset*; ut habet *Aratus*, v. 102. *Idem.*

25 *Invide*] Vetus membrana *livide.* Scaliger.

Ibid. *Tunica soluta*] Quamobrem discinctus dicebatur. *Gorallus.*

Aut tibi ventosi quid nocuere sinus?
Num minùs Urbis erat custos, aut Cæsaris obses?
Num tibi non tutas fecit in Urbe vias?
Nocte sub obscura, quis te spoliavit amantem?
Quis tetigit ferro, durior ipse, latus?

Ma-

NOTÆ.

26 *Ventosi sinus*] Tunicæ sinus fit *ventosus*, cùm discincta tunica venti flatui exponitur. *Idem.*

27 *Num minùs*] Hoc est, non propterea minùs diligenter Urbi præfuit. *Ovidius* in Epist. Canaces ad Macareum v. 19.

*Num minùs infestum muliebria munera ferrum*
*Femineâ teneo, non mea tela, manu?*

Ad quem locum ejus loquutionis plura exempla profert *Nic. Heinsius.* Idem.

Ibidem. *Urbis erat custos*] Præfectus Urbi curabat potissimùm ne quid tumultûs in ea oriretur, néve latrocinia ulla fierent; cujus muneris originem & rationem sic describit *Tacitus*, Annal. Lib. VI. cap. 11. *Antea profectis domo Regibus ac Magistratibus, ne Urbs sine imperio foret, in tempus deligebatur qui jus redderet, ac subitis mederetur; ferúntque à Romulo Dentrem Romulium, pòst ab Tullo Hostilio Numam Marcium, & ab Tarquinio Superbo Spurium Lucretium impositos. Dein Consules mandabant, durátque simulacrum, quoties ob ferias Latinas præficitur, qui consulare munus usurpet. Ceterùm Augustus, bellis civilibus, Cilnium Mæcenatem, equestris ordinis, cunctis apud Romam atque Italiam præposuit. Mox rerum potitus, ob magnitudinem populi, ac tarda Legum auxilia, sumsit è Consularibus, qui coërceret servitia & quod civium audaciâ turbidum, nisi vim metuat.* Itaque non instituit hoc munus Augustus, sed instauravit & majore auctoritate, quàm antea, instruxit. Sic intelligenda verba *Suetonii* Augusti Cap. XXXVII. *Quóque plures partem administrandæ Reipublicæ caperent, nova officia excogitavit; curam operum publicorum, viarum, aquarum, alvei Tiberis, frumenti populo dividundi, præfecturam Urbis* &c. Qui postremo hoc munere fungebantur, dicebantur *Custodes Urbis*, munúsque ipsum *Urbis Custodia. Juvenalis.* Sat. XIII, 157.

*Hæc quota pars scelerum quæ custos Gallicus Urbis*
*Usque à Lucifero, donec lux occidat, audit?*

Is est *Rutilius Gallus*, de quo *Statius* Sylvar. Lib. I. in Soteriis pro ejus salute:

*Quem penes intrepidæ mitis custodia Romæ.*

Vide id Poëmation ejúsque Interpretes. *Idem.*

28 *Num*

vita Mæcenatis passi estis? Quid incommodi, ex laxiore ejus tunicæ sinu, ad vos pervenit? An propterea minore vigilantiâ Romæ præfuit, aut minùs Augusti, apud nos, veluti obses fuit? Annon æquè tutò quibusvis per Urbem, quovis tempore, ire licuit? Qui grassatores vos noctu, comissatum euntes, dum præfectus Urbi fuit, spoliare ausi sunt?
30 Quis ab illis occisus est? Cùm posset, ex victoriis

28 *Num tibi non tutas*] Vetus scriptura: *nunc tibi*. Corrigo: *numcubi*. Interrogat verò quasi de nocturno insessore & præmiatore. Pro *Cæsaris hospes*, calamo exarata membrana habebat, *Cæsaris obses*, item antiquitus excusi. Ea verior est lectio. Reliquerat enim Mæcenatem in Urbe Augustus, tamquam obsidem & pignus sui, cùm in Orientem proficisceretur. Quo circa subjungitur: *Romanæ tu vigil Urbis eras*. *Cor. Tacitus* Lib. v. *Ceterùm Augustus bellis civilibus Cilnium Mæcenatem equestris ordinis cunctis apud Romam atque Italiam præposuit*. Scaliger.

*Ibidem*. Multò rectior est vulgata lectio *num tibi*, ut superius distichon ostendit. At altera emendatio sine dubio vera est, quamvis Mæcenas aliquando fuerit *Cæsaris hospes*. Suëtonius in Augusto, cap. LXXII. *Æger in domo Mæcenatis cubabat*. Sed hìc sermo est de tempore, quo Augusto in Oriente absente Urbi præerat Mæcenas. Miror summum virum, cùm scriberet Animadversiones in hanc Elegiam, eam præ oculis non habuisse. Si habuisset, non scripsisset subjungi *Romana nam vigil urbis erat*, cùm hæc legantur v. 14. At mendum est Typothetæ, cum laudatur *Tacitus* Lib. v. verba enim hæc leguntur Annalium Lib. VI. cap. II. *Gorallus*.

29 *Quis te spoliavit*] Κωμάζοντα ad amicam. *Scaliger*. Aut furtum amoris molientem, vel januam dominæ occentantem &c. De periculis nocturnis Romæ, lege *Juvenalis* Sat. III, 218. & *Suëtonium* in Nerone cap. XXVI. *Gorallus*.

30 *Quis tetigit ferro*] *Tangere latus ferro* proverbialiter dixit. Et *Plautus* Bacchidibus:

*Perii hercle, limbus ille mihi lædit latus.*

In latere enim sunt partes καίριαι. A quo dicitur *tegere latus* alicui, τὸ δορυφορεῖν. *Scaliger*.

*Ibidem*. *Tangere* κατὰ μείωσιν dicitur qui *ferit*. *Plautus* in Amphitruone Act. I. Sc. I. v. 156. *Quid si ego illum tractim tangam, ut dormiat*? Hoc est, colaphum impingam. Hinc apud Comicos *tangere pecuniâ*, & *ferire pecuniâ* unum idémque sonat. Qua de re, vide *Frid. Taubmanni* collectanea Epid. A. v. S. 2 v. 40, Ad rem ipsam quod

 attinet,

Majus erat potuisse, tamen nec velle triumphos;
  Major res magnis abstinuisse fuit.
Maluit umbrosam quercum, Nympháſque canoras,
  Paucáque pomosi jugera culta soli.
Pieridas, Phœbúmque colens in mollibus hortis,
  Sederat argutas garrulus inter aves.

Mar-

NOTÆ.

attinet, non adulatur Mæcenati suo *Pedo*, nam & sequentis ætatis Scriptores, ejus vigilantiam laudant. *Velleius Paterculus* Lib. II. pag. 60. Editionis Lipsianæ Moreti: *Tunc* (hoc est, dum ultimam Bello Actiaco, Alexandrinóque Cæsar imponit manum) *urbis custodiis præpositus C. Mæcenas, equestri & splendido genere natus; vir, ubi res vigiliam exigeret, sanè exsomnis, providens, atque agendi sciens; simul verò aliquid ex negotio remitti posset, otio ac mollitiis penè ultra feminam fluens.* Quæ verba eò libentiùs exscripsi, quòd ad *Pedonem* propemodum respexisse videatur *Velleius*; ut & in sequentibus, quæ postea proferam. *Gorallus.*

31 *Majus erat potuisse*] Semper enim contentus fuit manere privatus. *Seneca.* Item *Propertius*:

*Mæcenas eques Etrusco de sanguine Regum,*
*Intra fortunam, qui cupis esse tuam.*

Scaliger. Adde verba sequentia *Velleii*, cujus memoriæ obversatus videtur hic *Pedonis* locus, cùm ea scriberet: *Nec minùs Agrippâ Cæsari carus, sed minùs honoratus; quippe vixit angusto clavo planè contentus; nec minora consequi potuit, sed non tam concupivit*; hoc est, Consulatus, imperiáque, ex quibus victoriæ, triumphi, opes &c. Qualia adeptus est M. Agrippa. Huic videtur à *Pedone* tacitè opponi, ut dicatur Mæcenas majorem animum ostendisse, in honorum contemtu; quàm ipsum Agrippam, qui eos consequutus est. *Gorallus.*

33 *Maluit umbrosam quercum*] Epicurum suum sequutus maluit, quatenus licuit, à Republica abstinere, viveréque in hortis, quàm honores amplissimos, divitiáſque majores consequi. De hortis Mæcenatis frequens mentio apud Veteres, quorum dicta diligenter collegit *J. Henr. Meibomius* Mæcenatis Cap. XXVIII. Adde de eorum in Esquiliis situ quæ habet *Famianus Nardinus* Veteris Romæ Libro IV. cap. 2. *Idem.*

Ibid. *Nympháſque canoras*] Aquas, nimirum, intelligit, per saxa præcipitia delabentes, quâ ratione gratum murmur excitant; quas

nos

riis triumphum referre, superior ea cupiditate fuit; majorémque animum ostendit dum abstinet à magnis rebus gerendis, quàm si amplissimos honores, ea de causa, ambivisset. Maluit vitam agere in hortis, juxta fontium susurros, atque pauca jugera exculti agri possidere, quàm sibi ex administratione provinciarum & bellorum majores opes comparare.
35 Dum Apollinem & Musas, litterarum præsides Deos colit, in delicatis hortis, versiculos fundere &

nos hodie *Cascatas*, hoc est, *cadentes*, vocamus. Nymphæ aquæ vocantur, quod fontibus perennibus minorum gentium Numina, quas *Nymphas* vocabant, hoc est, animas præesse crederent. Sic *Ceres* pro segetibus, *Bacchus* pro vino &c. De Nymphis vide quæ notavit *Joannes Clericus* ad *Hesiodi* Theogoniam v. 187. Res notior est, quàm ut probari debeat. *Seneca*, qui nihil Mæcenati ignovit, non omisit ejus *aquas canoras*, Lib. de Providentia Cap. III. ubi laudato Reguli exitu: *Feliciorem*, inquit, *ergo tu Mæcenatem putas, cui amoribus anxio & morosæ uxoris quotidiana repudia deflenti, somnus per symphoniarum cantum, ex longinquo resonantium, quæritur. Mero se licèt sopiat*, & AQUARUM FRAGORIBUS *avocet & mille voluptatibus mentem anxiam fallat, tam vigilabit in pluma, quàm ille in cruce.* Idem.

34 *Paucáque pomosi*] Intelligit hortos Mæcenatianos, subjungit enim:

*Pieridas Phœbúmque colens in mollibus hortis.*

Scaliger.

*Pomosi*] Ubi mali, aliæque pomorum feraces arbores multæ sunt. *Propertius pomosam coronam* vocat Lib. IV. El. 2. coronam vinctis pomis constantem:

*Insitor hìc solvit pomosâ vota coronâ,*
*Quum pirus invito stipite mala tulit.*

Gorallus.

35 *Pieridas Phœbúmque colens*] Hoc est, carmina scribens, ut sequens versiculus indicat. Cur Musæ Pierides dicantur docuit nuper *Joan. Clericus* ad Theogoniam *Hesiodi* v. 53.

36 *Sederat argutas*] *Janus Douza* pater ita legit:

*Sidere & argutas.*

Lindenbruchius.

Marmore Mæonii vincunt monimenta libelli;
Vivitur ingenio, cetera mortis erunt.
Quid faceret? Defunctus erat, comes impiger, idem
Miles & Augusti fortis & usque pius.
Illum piscosi viderunt saxa Pelori

Igni-

NOTÆ.

*Argutas*] Hoc est, canoras. *Virgilius* Eclog. IX, 36.

*Nam neque adhuc Vario videor, nec dicere Cinna*
*Digna, sed argutos inter strepere anser olores.*

Sed hisce avibus designari crediderim Poëtas Mæcenatis amicos, Virgilium, Horatium, Tibullum, Propertium &c. qui in hortis Mæcenatianis interdum versus suos recitabant, & Mæcenatianos vicissim audiebant. *Idem.*

Ibid. *Garrulus*] Quia & ipse versus componebat. De Operibus *Mæcenatis*, quorum nonnisi tenuissima fragmenta supersunt, copiosè egit *J. Henr. Meibomius* Capp. XXIII. & XXIV. quæ vide. *Gorallus.*

37 *Marmora Mæonii*] Legebam: *marmora Aonii.* Sed manu scripta lectio aliter docet legendum. Ea habet: *marmora Minæi.* Lego: *marmora Smyrnæi.* Nam sanè priùs scriptum puto, *mirnei.* *Marmora monumenta* dictum ut *rete jaculum*, *lapide silice* &c. ut in Catalectis adnotamus. *Scaliger.* Malim *marmore monumenta*, hoc est, è marmore facta; nam præpositio nunc additur, nunc omittitur. Sic apud *Virgilium* Æneïd. III, 286.

*Aere cavo clypeum, magni gestamen Abantis,*
*Postibus adversis figo.*

Vide *Joan. Ger. Vossium* de Arte Grammatica Lib. VII. cap. 66. Sensum eumdem habes apud *Ovidium* Amor. Lib. I. El. ult. v. 31.

*Ergo cùm silices, cùm dens patientis aratri*
*Depereant ævo, carmina morte carent.*

*Mæonium* & *Mæonidem* dici *Homerum*, à Lydia, ejus, ut nonnulli putabant, patria nimis notum est, quàm ut testimonia Veterum eam in rem proferri necesse sit.

*Vivet Mæonides, Tenedos dum stabit & Ide.*

Sic *Ovidius*, memoratâ Elegiâ. *Gorallus.*

38 *Vivitur ingenio*] Multis hoc elegantissimè ostendit *Ovidius*, Elegiâ ultimâ Libri I. Amorum. Hac autèm in re, de immortalitate

famæ

& cantillare fatius habuit. At non minùs æternam fibi famam peperit, cùm fuis, tum alienis, in ejus honorem, verfibus; ejufmodi enim opera, qualia Homeri Poëmata, diuturniora funt marmoreis monumentis. Soli fœtus ingenii funt æterni, reliqua omnia tempore abfumuntur. Ac fanè nihil erat quo potiùs tempus tereret, omnibus enim fidi amici officiis erga Auguftum defunctus erat; comes periculofiffimarum ejus expeditionum fuerat, ac militiæ munera quævis fortiter ac fideliter obierat. Adfuerat prælio, cum claffe Sex. Pompeii, ad fretum Sicu-

fimæ Mæcenatis, non vanus fuit vates *Pedo*; nam profectò fi ille non ingenio fuo, at ingenio amicorum immortalitatem confequutus eft. *Idem.*

39 *Quid faceret.*] Hoc eft, nihil erat ampliùs cur operam fuam Augufto offerret ac venditaret; nec quidquam rectiùs facere poterat, quàm fi otio frueretur. *Idem.*

*Defunctus erat, comes impiger*] Hoc eft, defunctus erat omnibus periculis, & itineribus, quibus neceffe habuerat comitari Auguftum, cum Sexto Pompeio & M. Antonio bellum gerentem. Sic verbo *defungi* abfolutè fumto, aut potiùs fubaudito nomine eodem, aut fimili, ufus eft *Terentius* Eunuchi Prologo v. 15.

*Dein ne fruftretur ipfe fe, aut fic cogitet:*
*Defunctus jam fum, nihil eft quod dicat mihi.*

Hoc eft, ut rectè *Donatus*: *deftiti periclitari.* Idem.

40 *Ufque pius*] Quid propriè fignificet vox *pius* oftendimus ad v. 5. Elegiæ I. Hic verò *miles pius* eft æquè benevolus erga Imperatorem fuum, quàm effet erga parentes ac confanguineos, ad quos, ex Latini fermonis ufu, pertinet propriè *pietas.* Sic etiam loquutus eft *Statius* in Epithalamio Stellæ & Violantillæ, & ita quidem ut hunc *Pedonis* locum in animo habuiffe videatur. Sic enim Cupido Venerem alloquens inducitur:

——— *nofter* COMES *ille*, PIUSQUE
*Signifer, armiferos poterat memorare labores.*

Voculam verò *ufque* fignificare femper, vel *ufque ad finem* rei de qua fermo eft, monuimus ad v. 234. Elegiæ I. *Idem.*

41 *Illum pifcofi*] De pugna navali quæ commiffa eft in freto Siculo, cum Sexto Pompeio Cn. F. *Propertius* Lib. II. Eleg. I. & *Appianus.* Scaliger.

*Viderunt faxa Pelori*] Meibomiana editio habet *fata*, nefcio an pro *vada*, an errore Typothetæ pro *faxa*, ut eft in Scaligerana & aliis,

quæ

Ignibus hoſtiles tradere ligna rates.
Pulvere in Æmathio fortem videre Philippi;
Quàm nunc ille tener, tam gravis hoſtis erat.
Cùm freta Niliacæ texerunt lata carinæ,
Fortis erat circum, fortis & ante ducem.
Militis Eoi fugientis terga ſequutus,

Terri-

NOTÆ.

quæ melior videtur eſſe lectio. Nemo enim neſcit non procul à Peloro fuiſſe Scyllam & Charybdin, ſcopulos Poëtarum figmentis celebres. Sunt tamen & in illis locis vadoſa littora. *Appianus* de Bellis Civilibus Lib. v. pag. 733. Ed. Stephani. narratâ pugna ad Pelorum: Ἀγρίππα δ' ἐπιβαρήσαντος αὐτοῖς ἔφυγον οὐκ ἐς τοὺς αἰγιαλοὺς, ἀλλ' ὅσα τῆς θαλάσσης οἱ ποταμοὶ τεναγώδη πεποιήκασιν: *Agrippa verò urgente refugerunt, non in aſpera littora, ſed in ea quæ à fluviis limoſa facta fuerant.* In prælii hujus deſcriptione, omnes primas partes Agrippæ tribuunt; at nulla mentio Mæcenatis, qui tamen adfuit, ut liquet non modò ex hoc *Pedonis* loco, ſed etiam ex *Propertii* Lib. II. El. I.

*Belláque réſque tui memorarem Cæſaris, & tu,*
*Cæſare ſub magno, cura ſecunda fores.*
*Nam quoties Mutinam, aut civilia buſta Philippos,*
*Aut canerem Siculæ claſſica bella fugæ;*
*Everſóſque focos antiquæ gentis Etruſcæ,*
*Et Ptolemææ littora capta Phari;*
*Aut canerem Ægyptum & Nilum, cùm tractus in Urbem*
*Septem captivis debilis ibat aquis;*
*Aut regum auratis circumdata colla catenis,*
*Actiáque in Sacra currere roſtra via;*
*Te mea Muſa illis ſemper contexeret armis,*
*Et ſumtâ & poſitâ pace, fidele caput.*

Hæc paullò pluribus, quia illis & ſequentes *Albinovani* verſus illuſtrantur. *Idem.*

42 *Ignibus hoſtiles*] Lego:

*Ignibus hoſtilis tradere ligna ratis.*

Scaliger.

43 *Pulvere in Æmathio*] Cave credas Philippos fuiſſe in Æmathia, ſeu ea Macedoniæ parte, quæ ita propriè vocabatur; cùm fuerit ea Urbs in finibus Thraciæ ſita, in ora, quam Edonidem nuncupat *Ptolemæus.* Quod moneo, non tantùm quia Veteres hac in re peccarunt,

ulum commisso, ubi hostilibus navibus ignem in-
:erat. Adfuerat pugnæ Philippensi, in finibus Ma-
doniæ, ubi quàm mollem se hodie præbet, tam
tem hostem se præstitit. 45 Adfuerat Actiaco
llo, ubi Antonius numero & magnitudine navium
re veluti texit, & dum prætoriæ Augusti inde-
sus comes adest, coram illo, insignia fortitudi-
specimina ediderat. Tum, ut persequeretur fu-
gientes

int; sed etiam quia video Recentiores, aut similiter errare,
certè parum accuratè de situ hujus urbis loqui. *Idem.*

4 *Quàm nunc ille tener* &c.] Meliùs vetus membrana:

*Jam nunc ille tener, tum gravis hostis erat.*

qui nunc tener & fluxi animi incessitur. Græcis meliùs expri-
ur ὁ θηλυδρίας, ὁ ἡδυπαθής. *Scaliger.* Prætulerim Scaligeranis
edis Codices, quos primi editores sequuti sunt; neque enim
bito, quin rationem etiam habuerint lectionum, quas in suis
dicibus inveniebant. Non est continuò verum quod in nonnul-
MSS. invenitur, quia differt ab antiquioribus Editionibus. *Go-
lus.*

*Tener*] Nam Mæcenas tantùm aberat ut durum se præberet, hoc est
ientem injuriarum aëris; ut contrà, instar teneræ puellæ, vel
nima vitaret incommoda. *Seneca* Epist. CXIV. de Mæcenate ait,
*ic esse, qui in tribunali, in rostris, in omni publico cœtu, sic apparue-
, ut pallio velaretur caput, exclusis utrimque auribus, non aliter
im in Mimo divitis fugitivi solent*, &c. *Idem.*

Ibid. *Tam gravis hostis erat*] Hoc est, *acer*, δεινὸς Græcè. Sic
rrhus *gravis adversarius* dicitur à Cicerone Officior. Lib. III. c. 22.
*agnum illud bellum perfuga unus, & gravem adversarium imperii su-
lisset.* Idem.

45 *Cùm freta Niliacæ texerunt lata carinæ.*] Sic loquitur propter
agnitudinem, & numerum navium Antonii, in bello Actiaco.
ide *Dionem* Lib. L. *Plutarchum* in Antonio, *Florum* in hujus
lli descriptione, *Horatium* Epod. Od. I. *Idem.*

46 *Fortis erat circum, fortis & ante ducem*] Sequebatur, nem-
:, Liburnicâ prætoriam Cæsaris navem, *qui ei parti destinatus, in
iam à fortuna vocaretur, ubique aderat*, ut loquitur *Velleius* Lib. II.
itur Mæcenas quoque per totam aciem volitavit, ita ut dum circa
icem navigat, interdum ante Imperatorem pugnam iniverit.
*em.*

47 *Militis Eoi fugientis* &c.] Fuit fortasse Mæcenas in Liburnicis,
æ Antonium ex Actiaco mari ad *Tænarum* promuntorium fugien-
tem

Territus ad Nili dum fugit ille caput.
Pax erat, hæc illos laxarunt otia cultus;
Omnia victores, Marte sedente, decent.
Actius ipse lyram plectro percussit eburno,
Postquàm victrices conticuere tubæ.

Hic

NOTÆ.

tem aliquamdiu sequutæ sunt, at quæ Antonium proram obvertentem aggredi non sustinuerunt, ut prodidit *Plutarchus*. Certè viri docti Liburnicis præfuisse Mæcenatem colligunt ex Epodon Od. I. Meminit etiam *Dio*, initio Lib. LI. classis, post victoriam, ad insequendos Ægyptios, frustra emissæ; cui fortè præfuit Mæcenas, si modò hæc alia classis fuit, nec eadem quam memoravit *Plutarchus*. Sed quomodocumque intelligantur hæc, Poëticâ adulatione tument. *Idem.*

48 *Ad Nili dum fugit usque caput*] Nescio quid simile moliebatur Cleopatra, quam, post Actiacam cladem, in Ægyptum redux Antonius εὗρε ἐπιτολμῶσαν ἔργῳ παραβόλῳ καὶ μεγάλῳ, τοῦ γὰρ εἴργοντος ἰσθμοῦ τὴν ἐρυθρὰν ἀπὸ τῆς κατ' Αἴγυπτον θαλάσσης, καὶ δοκοῦντος Ἀσίαν καὶ Λιβύην ὁρίζειν, ᾗ σφίγγεται μάλιστα τοῖς πελάγεσι καὶ βραχύτερος εὖρός ἐστι, τριακοσίων σταδίων ὄντων, ἐνεχείρησεν ἄρασα τὸν στόλον ὑπερνεωλκῆσαι καὶ καθεῖσα τὰς ναῦς εἰς τὸν Ἀραβικὸν κόλπον μετὰ χρημάτων πολλῶν καὶ δυνάμεως ἔξω κατοικεῖν, ἀποφυγοῦσα δουλείαν καὶ πόλεμον: *invenit opus aggressam audax & magnum. Isthmum qui mare rubrum dirimit ab Ægyptio, & creditur Asiam & Libyam finire, quà maximè stringitur Pelago & minima est latitudo, cùm sint tantùm trecenta stadia, adorta est, classe trajectâ, transgredi, & demissis navibus in sinum Arabicum, cum multis opibus & copiis, extra habitatum ire, servitutem & bellum fugiens.* Nimirum, in Æthiopiam, in qua est Nili caput, se conferre velle videbatur. Verùm hoc abjecit consilium. *Idem.*

49 *Pax erat*]. In Italia, nam nondum confectum erat Alexandrinum bellum, cùm Mæcenas ad Urbem missus est, ut vidimus ad v. 30. Idem docet *Seneca* Epist. CXIV, quâ usque adeò *Mæcenatis* mores insectatur: *Hic tibi occurret — hunc esse cui, cùm maximè civilibus bellis strepentibus, & sollicitâ urbe & armatâ, comitatus hic fuerit in publico, spadones duo, magis tamen viri, quàm ipse.* Idem.

Ibidem. *Hac illos laxarunt otia cultus*] Nam victo ad Actium Antonio, nemo dubitavit quin rerum solus potiturus esset Octavianus. *Seneca* Epist. XCII. allato hoc versu Mæcenatis,

*Nec tumulum curo, sepelit natura relictos.*

illico subjicit, *Altè cinctum putes dixisse, habuit enim ingenium & grande, & virile, nisi illud secundis discinxisset.* Hic *Seneca* æquiorem

rem

ientes Ægyptias naves, emiſſus procul eas, fontem pſum Nili, ſi potuiſſent, petituras, fugavit. At poſtquàm Auguſtus Imperio Romano pacem armis peperiſſet, molliori cultu indutus ſine dedecore proceſſit Mæcenas; 50 nam nihil eſt quod eos dedeceat, qui victoriam fortiter retulerunt. Actius ipſe Apollo muſicis ludis ad ejus templum celebratis libenter nterfuit, lyræque ſono gaviſus eſt, poſtquàm, confecto

em ſe Mæcenati præbet; ſed fortè legendum, cum *Lipſio* & *Grutero*: *ecunda diſcinxiſſent*; ut hîc, eodem planè ſenſu, *otia laxaſſe cultus* ejus dicuntur. *Idem.*

50 *Omnia victores Marte ſedente decent*] *Sedere* eſt ceſſare, ſedemus enim tum potiſſimùm, cùm nihil eſt quod agamus. *Virgilius* Lib. I. Æneïd. 297.

*——— dira ferro & compagibus arctis*
*Claudentur belli portæ; furor impius intus*
*Sæva ſedens ſuper arma & centum vinctus ahenis,*
*Poſt tergum nodis fremet horridus ore cruento.*

Reſpici vult *Servius* ad Apellis tabulam, quam Auguſtus in foro ſuo conſecraverat: *In foro*, inquit, *Auguſti introëuntibus ad ſiniſtram fuit bellum pictum, & furor ſedens ſuper arma, eo habitu quo Poëta dixit.* Vide *Plinium* Lib. XXXV. cap. 10. Eò quoque fortaſſe reſpexit *Pedo.* Idem.

51 *Actius ipſe lyram*] Apollo. De Actiaca victoria conſtat agere. *Scaliger.* Rectè. *Stephanus* in Ἄκτια, poſtquàm dixit urbem eſſe Acarnanum ad Ambracium ſinum, in qua Apollini certamen gymnicum ſingulis trienniis celebratur: ὁμωνύμως, inquit, λέγεται καὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος καὶ ἡ ἄκρα ἡ ποιοῦσα τὸ στόμα τοῦ κόλπου, καὶ ἡ πόλις, καὶ ὁ Ἀπόλλων, καὶ ὁ πολίτης: *eodem nomine templum Apollinis, & promuntorium quod facit oſtium ſinûs & urbs, & Apollo, & oppidanus.* Nimirum, *Actium* dicebantur Templum, promuntorium, & oppidum; *Actius* verò Apollo, & quiſquis oppidi civis erat. Verba autem hæc habet *Stephanus* è *Strabone*, qui ſic Lib. X. loquitur. Eumdem etiam vide Lib. VII. in deſcriptione Epiri. *Gorallus.*

Ibid. *Lyram plectro percuſſit eburno*] Reſpicit Poëta ad ludos Actii ab Auguſto, poſt victoriam, inſtitutos, de quibus *Dio* initio Lib. LI. Ἀγῶνά τε τινὰ καὶ ΜΟΥΣΙΚΟΝ καὶ γυμνικὸν —— κατέδειξεν, Ἄκτια αὐτὸν προσαγορεύσας: *certamen quoddam* MUSICUM, *& gymnicum —— inſtituit, quod Actia nominavit.* Cùm igitur fidibus certaretur ad Apollinis templum, mirum videri nequit Poëtam inducere ipſum Apollinem lyram pulſantem. *Idem.*

53 Ait

Hic modò miles erat, ne posset femina Romam
Dotalem stupri turpis habere sui.
Hic tela in profugos (tantùm curvaverat arcum)
Misit ad extremos exorientis equos.
Bacche, coloratos postquàm devicimus Indos,
Potasti

NOTÆ.

53 *Hic modo miles erat*] Apollo, nempe, quem pro Augusto pugnasse finxerunt Poëtæ. *Virgilius* Æneïd. VIII. 704.

*Actius hæc cernens arcum intendebat Apollo*
*Desuper; omnis eo terrore Ægyptus & Indi,*
*Omnis Arabs, omnes verterunt terga Sabæi.*

Idem.

Ibidem. *Ne posset femina Romam*] Invidiosissimè Cæsariani Antonium traduxerunt, quasi, *si superior fuisset, Cleopatra Romam dono daturum, ac imperium in Ægyptum translaturum*: ὅτι ἂν κρατήσῃ τήν τε πόλιν σφῶν τῇ Κλεοπάτρᾳ χαριεῖται, καὶ τὸ κράτος εἰς τὴν Αἴγυπτον μεταθήσει. Sic habet *Dio* Lib. L. non procul ab initio, ubi causas belli inter Cæsarem & Antonium recenset. Jupiter apud Ovidium Metamorph. Lib. XV.

*Romanique ducis conjux Ægyptia tædæ*
*Non bene fisa cadet; frustráque erit illa minata*
*Concessura suo Capitolia nostra Canopo.*

Idem.

*Dotalem stupri*] Hoc est, dotalem mercedem, quod tamen impropriè dicitur, cùm dotem & dotalia munera sponsus à sponsa, non hæc à viro accipere dicatur. *Idem.*

55 *Hic tela in profugos &c.*] Quia ita fugata est Antonii classis, ut in Ægyptum fugerit; exceptis navibus captis & combustis. Vide ad v. 53. Hic ἑκατηβόλον, *procul jaculantem* se Apollo præstitit. *Idem.*

57 *Bacche, coloratos*] Quamvis hæc videatur esse Apostrophe ad Bacchum, ex India victorem redeuntem; sub Bacchi tamen nomine describitur, nisi fallor, M. Antonius, in cujus partibus videtur *Albinovanus* fuisse. Duæ potissimùm rationes sat graves, ita ut censeam, me adducunt. Prior est quòd Poëta v. 60. & seqq. ita loquatur, quasi testis fuerit eorum, quæ narrat; nec ulla Poëtica licentia patiatur ab eo fingi se, ante multa sæcula, Bacchi comitem fuisse. Altera est, quod reverâ Antonius, ex Parthica expeditione redux, se *Bacchum* dici voluerit in Ægypto, postquàm Parthos vicisset. *Velleius Paterculus* Lib. II. pag. 57. Ed. Lipsianæ Moreti; *Crescente deinde & amoris in*
*Cleopa-*

fecto prælio, victorum tubæ conticuerant. Paullò ar ea & ipse pro Augusto pugnaverat, ne Cleopatra, turpissima femina, ab Antonio Romam, quasi munus ob matrimonium secum contractum, acciperet. 55 Sagittas in Antonianas copias tam procul emiserat, ut in ultimum Orientem pervenerint. Tu verò, Antoni, cujus amici Mæcenatis mores carpunt,

*Cleopatram incendio, & vitiorum, quæ semper facultatibus, licentiâque & adsentationibus aluntur, magnitudine, bellum patriæ inferre constituit; cùm antè novum se* LIBERUM PATREM *appellari jussisset, cùm redimitus hederis, coronâque velatus aureâ & thyrsum tenens, cothurnisque succinctus curru, velut Liber Pater, vectus esset Alexandriæ.* Quæ verba, si probè expendantur, hunc *Pedonis* locum mirè illustrant. Cleopatra cùm ad Antonium in Ciliciam iret, λόγος ἐχώρει διὰ πάντων ὡς ἡ Ἀφροδίτη κωμάζοι παρὰ τὸν Διόνυσον: *rumor inter omnes sparsus erat Venerem comissatum ire ad Bacchum*; quæ verba sunt *Plutarchi* in Antonio pag. 927. Προσῳκείου δὲ ἑαυτὸν, inquit idem gravissimus scriptor pag. 944. Ἀντώνιος Ἡρακλεῖ καὶ Διονύσῳ κατὰ τὸν τοῦ βίου ζῆλον Διόνυσος νέος προσαγορευόμενος: *adjungebat se ipse Antonius Herculi & Baccho, quem imitabatur, Bacchus junior dictus.* Dio Lib. L. συνεγράφετό τε αὐτῇ καὶ συνεπλάττετο αὐτὸς μὲν Ὄσιρις καὶ Διόνυσος, ἐκείνη δὲ Σελήνη τε καὶ Ἶσις λέγοντες εἶναι: *Unà cum illa scribens & fingens ipse se Osiridem & Bacchum, illa Lunam & Isin dictitabant.* Hæc paullò pluribus exscripsimus, ut liqueret quàm meritò Antonium hîc, sub Bacchi persona, alloquatur *Albinovanus.* Quod eò verisimilius est, quia maledicta in Mæcenatem congessisse videntur ii præsertim, qui in Antonianis partibus fuerant. Sed dum Antonium nomine Bacchi compellat *Pedo*, etiam veri Liberi Patris exemplo, quod in memoriam Lectorum obiter revocat, amicum tuetur, nam & ille similiter vixisse aut deteriùs etiam dicebatur. *Idem.*

Ibidem. *Coloratos postquam devicimus Indos*] *Indos* vocabant Romani, ut videtur, populos paullò propiùs ad orientem solem spectantes, in quorum numero erant illi Indi, qui, si vera narrant Historiæ, pacem ab Augusto petierunt; nam populos qui Indum accolebant, ultra ditionem Parthorum, Romanam amicitiam ambiisse vix est credibile. Οἱ Ἰνδοὶ, ait *Dio* Lib. LIII. προκηρυκευσάμενοι πρότερον φιλίαν, τότε ἐσπείσαντο δῶρα πέμψαντες: *Indi qui priùs per legatos amicitiam petierant, tunc fœdus fecerunt, missis donis.* Sic viri docti interpretantur verba *Virgilii* Georg. II, 172.

*Qui nunc extremis Asiæ jam victor in oris,*
*Imbellem avertis Romanis arcibus Indum.*

Potasti galeâ dulce levante merum;
Et tibi securo tunicæ fluxere solutæ,
Te puto purpureas tunc habuisse duas.
Sum memor, & certè memini sic ducere thyrsos
Brachia purpureâ candidiora nive.
Et tibi thyrsus erat gemmis ornatus & auro;
Serpentes hederæ vix habuere locum.

Ar-

NOTÆ.

Ideò in auxiliis Antonii, qui se quasi Parthorum victorem gerebat, memorantur in Actiaco bello Indi, Æneïd. VIII, 705.

*——— omnis eo terrore Ægyptus & Indi,*
*Omnis Arabs, omnes verterunt terga Sabæi.*

Igitur mirum videri nequit, Antonium, sub Bacchi larva, Indorum victorem induci. Bacchum Indiam, propriè dictam, subegisse dic nemo nescit. *Colorati* autem hîc dicuntur, quia ardore solis adusti. Eodem Epitheto Æthiopas ornavit *Virgilius* Æneïd. IV, 239. ubi etiam *Indi* dicuntur, quòd essent longè ad Ortum remoti. Sic enim loquitur de Nilo:

*Usque coloratis amnis devexus ab Indis.*

Loquitur ergo hîc *Pedo* de Antonio in Ægypto bacchante. *Idem.*

58 *Potasti galeâ*] Poculum militis galea est. *Statius* Lib. Thebaïdos III.

*Hostilem Ismenon galeis, Dircénque bibemus.*

Lucanus:

*——— concitus irâ*
*Excussit galeam, suffecitque omnibus unda.*

Lindenbruchius. Adde ex *Propertio* Lib. III. El. 10.

*Potasti galeâ fessus Araxis aquam,*

& *Sidonio* Panegyr. Anthemii:

*Indicus Ausoniâ potetur casside Ganges.*

Exempla vide plura alia apud *Thomam Dempsterum* Adnot. ad *Rosini* Antiquit. Lib. X. cap. 10. *Meibomius.*

59 *Tunicæ solutæ*] Vide ad v. 21. & v. 25.

60 *Tunc habuisse duas*] Cave ne mutes *tuas*, cum *Meibomio*, quod Latinæ aures non ferant. Mollis erat hominis, nisi fortè in itinere, duabus

punt, annon Bacchi ornatu sumto, postquàm Parthos vicisse videri volebas, vinum galeâ haustum potavisti? Annon cùm securus in Ægypto ageres, discinctus fuisti, & purpureis quidem duabus tunicis indutus processisti? Dum præterita animo recolo, ecce in memoriam redit te duxisse thyrsigerorum agmen, molli manu thyrsum præferentem. Thyrsum gestabas gemmis & auro usque adeò ornatum, ut vix hederæ ei circumponi possent, ne eximia

duabus tunicis vestitum procedere. Imò etiam severiores pallio erant contenti. *Musonius* apud *Stobæum*, Serm. I. *Τῷ μὲν ἑνὶ χρῆσθαι χιτῶνι τοῦ δεῖσθαι δυοῖν προτιμητέον, τοῦ δὲ ἑνὶ χρῆσθαι χιτῶνι τὸ μηδενὶ, ἀλλ' ἱματίῳ μόνον* : *una uti tunica præstat, quam indigere duabus; sed & præstabilius est nullâ uti, verùm solo pallio, quàm una.* Qua de re vide *Octavium Ferrarium* de Re Vestiaria Lib. IV. cap. XIX. Mollis hominis erat, in benigno Ægypti cœlo, duabus tunicis uti; & luxuriosi duas habere purpureas, cùm unum sagulum purpureum gestare solerent duces Romani. *Idem.*

61 *Sum memor & certè memini*] Verba sunt hominis sensim in memoriam rem revocantis; unde liquet agere hîc *Pedonem* de re, cujus testis fuerat, non de Libero Patre; cujus comitem se fuisse fingere nequit, nisi putidè hîc Metempsychosin Pythagoricam amplecti statuatur. *Idem.*

Ibid. *Ducere thyrsos*] Hoc est, ducere pompam thyrsigerorum. Bacchantes mulieres thyrsis armatas nemo nescit. *Idem.*

62 *Purpureâ candidiora nive*] Hinc liquet, *candidum* & *purpureum* aliquando idem sonare, hoc est, ut monuit *Jos. Scaliger* ad *Varronis* Lib. VI. de Lingua Latina, ἀγλαὸν, *splendidum*. Quam observationem debebat veteribus Grammaticis *Servio* & *Porphyrioni*. Prior ad Eclog. V, 38. *purpureum narcissum* interpretatur speciosum; & ad Æneïd. I, 593. *lumen juventæ purpureum*; *pulcrum*, inquit, *ut* Horatius, *purpureis ales oloribus*. Ad quem locum Carm. Lib. IV. Od. I. *Porphyrio : pulcris, nitidis, puris*, &c. At *Janus Passeratius*, postquàm *Scaligeri* sententiam probavit, in Conjecturis Cap. XI. in animum nobis revocat purpuram candentem, cujus meminerit *Plutarchus* in *Alexandro*. Tum addit: *inde cognoscitur cur ad Liviam scripserit* Albinovanus: purpurea sub nive terra latet. Sic quoque *Scaliger* ad *Varronem*. At hæc verba apud *Albinovanum* non leguntur. Vir summus nimis fidebat memoriæ, & nimis negligenter exscriptus est. *Idem.*

63 *Et tibi thyrsus erat*] Hoc fuit insaniæ & luxuriæ Antonii turpissimum instrumentum. Vide ad v. 57. verba *Velleii*. Idem.

Argentata tuos etiam sandalia talos
  Vinxerunt certè, nec, puto, Bacche, negas.
Molliùs es solito mecum tum plura loquutus,
  Et tibi consultò verba fuere nova.
Impiger Alcide, multo defuncte labore,
  Sic memorant curas te posuisse tuas;
Sic te cum tenera lætum lusisse puella,
  Oblitum Nemeæ, jámque, Erymanthe, tui.
Ultra numquid erat? Torsisti pollice fusos

I

NOTÆ.

65 *Argentata*] Ut *aurata*. Sed nequid dissimulem, malo *am tata*. *Amentati calcei* veteribus dicebantur & *obstrigilli*. Scali At nulla mutandi ratio, nam amentum in calceis non fuit ullius lu riæ; sed argentatos calceos gestare Antonii & Cleopatræ luxûs er præsertim cùm Deorum personas agerent. Voce *argentatus* usus etiam *Livius* Lib. IX. cap. 40. *Duo exercitus erant; scuta alte auro, alterius argento calaverunt* — *Tunica auratis militibus versic res, argentatis lintea candida*. Gorallus.

Ibid. *Sandalia talos*] Semper mihi suspecta fuit hæc lectio, c *Sandalium* secundam à prima correptam habeat. Sed rectè me brana habet *talaria*. Ita repone. *Scaliger*. Duo obstant quomi hîc obsequamur; prius est, aures teretes non ferre hanc cacopl niam *talaria talos*. Alterum, Baccho non adscribi *talaria*, sed M curio; quæ nec etiam calceamenta sunt, sed potiùs alæ talis addi Malim ergo vocem *Sandalium* habere inter eas, quarum const non est prosodia, aut more Græco *Pedonem* lege pedaria licen usum esse dicere, quàm quidquam hîc mutare. Si *Sandalia* pro hîc usurpavit Poëta, significavit Antonio non calceos fuisse, sed leas, quæ plantam dumtaxat pedis subtegebant, ut docuit *Cl.* *masius* ad Cap. V. Libri *Tertulliani* de Pallio. Certè *Sandalia* e post talum vinculis adstricta, ut liquet ex antiquis statuis, quar picturas habet vir doctus & diligens *Ant. Bynæus*, de Calceo braeorum Cap. VIII. *Gorallus*.

67 *Mollius es solito*] Vetus membrana: *albus es solito*. Le *Balbiùs es solito*. Balbutientem ex ebrietate intelligit, ut:

Ἀνὴρ πιὼν τὸν οἶνον, ὡς ὕδωρ ἵππος,
Σκυθιστὶ φωνεῖ μηδὲ κόππα γινώσκων.

*Scaliger*. Quamquam *Antonius*, homo ebriosus, sæpe balbutie

a illa ornamenta occultarent. Cothurnis ar-ntatis pedes tui fulgebant; neque hæc, ut opinor, gabis. Tum verò solito molliùs mecum loqui pisti; & datâ operâ, novis usus es verbis. Sic que te, ô Hercules, postquàm laboribus tuis de-ctus fuisses, ajunt depositis curis, genio in-fisse; & cum puella leonis Nemeæi & Eryman-apri oblitum lusitasse. Numquid mollius fieri uit, quàm quod à te factum est? Nevisti, &

video tamen cur *molliùs* abjiciamus, propter incertam conje-am ex mendosis membranis ductam. Nec dubium est, quin o mulierosus, & omni deliciarum genere fractus atque effemi-s *molliter* loqui soleret; præsertim post nuptias cum Cleopa-libidinosissima muliere. Hæc autem dicuntur ut mollities styli enatiani excusetur, de qua legenda Epistola *Senecæ* CXIV. sæ-laudata, adeundique ad eam Interpretes. Vide & à *Scaligero* ta ad v. 21. *Gorallus.*

*rba fuere nova*] Insolita, ἄτοπα, καὶ ξένα, tamquam halluci-is ex crapula. Atque ita *Maro*, in Ciri:

——— *plurimus ergo*
*Virginis insolita sermo novus errat in ore.*

ger. Vocula *consultò* ostendit non hîc respici verba ebrii balbu-is, sed sicci Antonii, qui alioquin ejusmodi ineptiarum reus agi-à *Cicerone* Philippicâ XIII, cap. 19. ubi recitatis verbis Antonii pistola, in qua usus erat voce *piissimus*; *tu porrò*, inquit Orator, *s quidem, sed piissimos quæris; &, quod verbum omnino nullum ingua Latina est, id, propter tuam divinam pietatem, novum indu-* Gorallus.

*Multo defunctæ labore*] Laboribus illis, quos nemo ignorat. *Apollodorum* Bibliothecæ Lib. II. cap. 4. & *Diodorum* Lib. IV.

*Sic te cum tenera*] Cum Omphala Lydorum regina. *Idem.*

*Oblitum Nemeæ* &c.] Respicit ad Nemeæum Leonem & Ery-thium aprum. Victoria de Leone primus labor Herculis est apud *orum* Lib. IV; de apro verò tertius. Alii alio ordine recensent, oc nihil ad rem. *Idem.*

*Torsisti pollice fusos*] Deïanira ad Herculem v. 73.

*Inter Iôniacas calathum tenuisse puellas*
*Diceris* &c.

[illegible]

... [illegible] stamine. Non [illegible] stamen, [illegible] longitu... [illegible] ... subtegmen vero ea quæ transve... [illegible] Ovidius Metam. Lib. VI, 54.

[illegible] geminas intendunt stamine telas.
Tela jugo vincta est, stamen secernit arundo;
Inseritur medium radiis subtegmen acutis,

& asperius filum dentibus, ut mulierculæ solent, mollivisti. Lydia Omphale, quæ pensum tibi dabat, te, propter nimis frequentes nodos in filo relictos, & rupta tenuia stamina, manu duriore, quasi ancillulam, verberavit. Eadem te laxâ muliebri stolâ induit, & inter ancillas nentes sic indutum versari coëgit. Interea nodosa illa tua clava, unà cum pelle leonis Nemeæi, humi jacuit; inque ea pelle Amor gaudens ac de te triumphum agens saltavit. Quis suspicatus esset talia, qui te viderat etiamnum

*Quod digiti expediunt, atque inter stamina ductum*
*Percusso feriunt insecti pectine dentes.*

Verùm hic *stamen* sumi videtur pro quovis filo. *Idem.*

77 *Lydia te tunicas* &c.] Omphale, nimirum, vestibus suis Herculem induisse dicebatur. *Deïanira* in Ep. ad Herculem v. 63.

*Ausus es hirsutos mitrâ redimire capillos,*
*Aptior Herculea populus alba coma.*
*Nec te Mæoniâ, lasciva more puella,*
*Incingi zonâ dedecuisse putas* &c.

Idem.

79 *Clava torosa*] Hoc est, nodosa. *Columella* de arboribus cap. XVI. de vite: *diutiùs perennat quæ firmis toris & idoneis locis religata est.* Idem.

80 *Quam pede suspenso* &c.] Hoc est, in qua saltabat. Nihil elegantius hoc disticho, quod à Scholastica vena profluxisse nemo facilè sibi persuaserit, qui modò attendat. *Idem.*

81 *Premeret cùm jam*] Vetus Membrana & antiquitus excusi:

——— *cùm jam premit impiger.*

Puto legendum, *cùm rumperet impiger infans.* Scaliger. Prætulerim aut lectionem antiquam, aut emendationem vulgarium editionum; nam Hercules compressis draconibus fauces elisit. Quod elegantissimè descripsit *Theocritus* Idyll. XXIV. qui inscribitur Ἡρακλίσκος, v. 26. & seqq.

——— ὁ δ' ἀντίος εἴχετο χερσὶν
Ἡρακλέης· ἄμφω δὲ βαρεῖ ἐνεδήσατο δεσμῷ
Δραξάμενος φάρυγος, τόθι φάρμακα λυγρὰ τέτυκται.

*Adversus vero tenebat manibus Hercules, & ambos gravi implicuit vinculo, compressâ fauce, ubi mala sunt venena.* Postea v. 54. eumdem describit *Poëta:*

Hydros ingentes, vix capiente manu?
Cúmve renaſcentem tereret velociter hydram,
Frangeret immanes vel Diomedis equos?
Vel tribus adverſis communem fratribus alvum,
Et ſex adverſas ſolus in arma manus?
Fudit Aloïdas poſtquàm dominator Olympi,
Dicitur in nitidam procubuiſſe bovem;

Atque

## NOTÆ.

*Θῆρε δύω χείρεσσιν ἀφεὶξ ἁπάλαισιν ἔχοντα*
*Συμπλήγδην.*

*Duas belluas manibus teneris tenaciter tenentem conſtrictas.* Diodorus Siculus eadem de re, Lib. 14. pag. 218. *ὁ δὲ παῖς ἑκατέρᾳ τῶν χειρῶν τὸν αὐχένα σφίγξας ἀπέπνιξε τοὺς δράκοντας* : *puer verò utraque manu collum premens ſuffocavit dracones.* Idem.

82 *Hydros ingentes* &c.] Quamvis Hydri ſint propriè aquatici ſerpentes, quivis dracones, aut majores ſerpentes intelliguntur. *Theocritus* & *Diodorus δράκοντας* vocant; *Ovidius* in Epiſtola Deïaniræ, Hydros, v. 85. ubi collatâ Herculis molli, apud Omphalen, vitâ cum priſtinis ejus laboribus, ita loquitur:

*Scilicet, immanes eliſis faucibus Hydros,*
*Infantem cunis involuïſſe manum.*

Idem.

83 *Tereret velociter Hydrum*] Hercules non attritu, ſed igne admoto impediviſſe dicitur, ne, reſecto uno Hydræ capite, duo ſuppullularent. Itaque legendum crediderim

——— *velociter ureret Hydram.*

Cùm dormitans librarius ſcripſiſſet *ureret velociter*, Criticus emendavit, verſûs causâ, *tereret.* *Diodorus* Lib. IV. pag. 220. Ed. Wechelianæ: *προσέταξεν Ἰολάῳ τὸ ἀποτμηθὲν μέρος λαμπάδι καιομένῃ ἐπικαίειν, ἵνα τὴν ῥύσιν ἐπισχῇ τοῦ αἵματος* : *mandavit Ioalo, ut abſciſſam partem face ardente ureret, ut cohiberet fluxum ſanguinis.* *Apollodorus* Bibliothecæ Lib. II. cap. 4. §. 2. de Iolao: *μέρος ἐγγὺς ὕλης τοῖς δαλοῖς ἐπικαίων τὰς ἀνατολὰς τῶν ἀναφυομένων κεφαλῶν ἐκώλυσεν ἀνιέναι* : *parte aliquâ incensâ vicina materia, facibus urens exortus renaſcentium capitum, impedivit ne ſuborirentur.* Sic & omnes alii. *Gorallus.*

84 *Frangeret immanes*] Hoc eſt, cicures eos redderet. Αὗται δὲ, inquit *Diodorus* Siculus, *χαλκᾶς μὲν φάτνας εἶχον, διὰ τὴν*

*ἀγριό-*

num infantem ingentes ſerpentes, quos manibus vix capiebas, elidere? Vel cùm capita hydræ amputares, dum Iolaus celeriter, vulneri admoto torre, ne alia ſuccreſcerent impediebat? Vel cùm feros Diomedis equos domares? 85 Vel cùm Geryonem tricipitem, ſéxque brachiis inſtructum ſolus vinceres? Similiter poſtquàm Jupiter Gigantes devicerat, dicitur amore captus fuiſſe Ionis, quam in vaccam mutavit.

ἀγριότητα, ἁλύσεσι δὲ σιδηραῖς διὰ τὴν ἰσχὺν ἐδεσμεύοντο· τροφὴν δ' ἐλάμβανον οὐ τὴν ἐκ γῆς φυομένην, ἀλλὰ τῶν ξένων ἀνθρώπων μέλη διαιρέμεναι τροφὴν εἶχον τὴν συμφορὰν τῶν ἀκληρούντων· ταύτας ὁ Ἡρακλῆς βουλόμενος χειρώσασθαι, τὸν ἴδιον κύριον Διομήδην παρέβαλε, καὶ ταῖς τοῦ παρανομεῖν καὶ ἐθισθῆναι σαρκοφαγεῖν διδάξαντος σαρξὶν ἐκπληρώσας τὴν ἔνδειαν τῶν ζώων, εὐπειθεῖς ἔσχεν: *hæ ænea habebant præſepia, propter feritatem, ferreiſque catenis propter robur alligabantur. Pabulum accipiebant, non quod ex terra gignitur; ſed peregrinorum hominum membra diſſecantes, alimentum habebant calamitatem miſerorum. Has Hercules cùm vellet in poteſtatem ſuam redigere, dominum earum Diomedem comprehendit, & expletâ fame jumentorum carnibus ejus qui delinquere & fame veſci eas docuerat, cicures deinde habuit.* Idem.

85 *Vel tribus adverſis* &c.] Hoc eſt, Geryonem ſolus fregit, qui Geryon tria capita, & ſex brachia habuiſſe fingitur. Rationem fictionis ex Phœnicia Lingua aperuit *Joan. Clericus* ad *Heſiodi* Theogon. v. 287. Confirmari poſſit narratione *Diodori Siculi* Lib. IV. pag. 226. à quo dicitur Hercules καταλαβεῖν τοὺς Χρυσάορος υἱοὺς τρισὶ δυνάμεσι μεγάλαις κατεστρατοπεδευκότας ἐκ διαστήματος, *deprehendiſſe Chryſaoris filios tribus magnis exercitibus inſtructos ſeorſim caſtra poſuiſſe*, eóſque viciſſe. *Idem.*

87 *Fudit Aloïdas*] Fabula nota eſt ex *Homeri* Odyſſ. Λ. v. 304. & *Apollodoro* Lib. I. cap. VII. §. 5. *Idem.*

*Ibidem.* Vetus ſcriptura multùm diſcrepat: *fudit OEnidas.* Scaliger. Sed eſt mendoſa, cùm OEnei filii aut poſteri numquam cum Jove pugnarint. *Gorallus.*

88 *Dicitur in nitidam*] Inepta lectio. Vetus membrana & antiquitus excuſi:

*Dicitur in nitidum percubuiſſe diem.*

Pernox ſtertuit ad clarum mane. *Scaliger.* At verbi *percumbo*, quamquam analogici, exemplum etiamnum quæro. Deinde nihil frigidius quàm fingere Jovem, devictis gigantibus, in multam diem dormiiſſe, niſi veteris Poëtæ ita loquentis locus afferatur, qualis nullus hîc profertur. Contrà *non multò poſt* devictos gigantes, Jupiter

Atque aquilam misisse suam, quæ quæreret ecquis
Posset amaturo vina referre Jovi.
Valle sub Idæa, dum te, formose sacerdos,

Inve-

NOTÆ.

ter fertur amore Isis, quæ in nitidam bovem mutata est, exarsisse; quod nos docet *Ovidius* Metam. Lib. I. qui eam *nitentem vaccam* vocat. v. 610.

——— *inque nitentem*
*Inachidos vultus mutaverat ille juvencam.*

Utitur autem hîc *Pedo* verbo *procubuisse*, quod proprium est boum, quasi Jupiter tauri instar procubuisset juxta Ionem, cujus amore captus esset. Sic *Virgilius* Lib. Æneïd. VIII, 630. dixit:

——— *fœtam Mavortis in antro*
*Procubuisse lupam.*

Quod *Servius* interpretatur *primâ parte se inclinasse, quod Græci προκύπτειν dicunt.* De bove *Virgilius* alibi usurpavit, ut Eclog. VIII, vs. 87.

——— *qualis cùm fessa juvencum*
*Per nemora atque altos quærendo bucula lucos,*
*Propter aquæ rivum viridi procumbit in ulva.*

& Æneid. v, 481.
*Sternitur, exanimisque tremens procumbit humi bos.*

Quòd si mavis *nitidum* legere & *bovem* pro *tauro* sumere, intelligi possit metamorphosis Jovis in taurum, ut Europam raperet. *Procubuisse in bovem*, erit mutatum in bovem, instar reliquorum ejusmodi armentorum, *procubuisse*. Idem.

90 *Posset amaturo vina referre Jovi* ] Tò *vina* ὑποπτεύεται. Postea inveni in antiqua membrana, *signa referre*, id est, signifer Jovis esse; & mallem, *posset amaturo signa referre Jovi*. Quod signifer Jovis sit Ganymedes docet doctissimus Mythologus *Fulgentius* Lib. I. Scaliger. Solet vir summus magnâ confidentiâ nos amandare ad Scriptores, verbis eorum minimè allatis, id quod habet confirmaturos, qui tamen sæpe nihil habent quod ad rem faciat. *Fulgentius* hoc in loco alia omnia narrat, Lib. I, cap. 26. *In signis*, inquit, *bellicis sibi aquilam auream fecit, tutelaque sua virtuti dedicavit; unde & apud Romanos hujusmodi signa facta sunt. Ganymedem verò bellando, his signis praeuntibus, rapuit, sicut Europam in tauro rapuisse fertur.* Hæccine docent Ganymedem signiferum fuisse Jovi? Deinde *signifer amaturo Jovi esse* quid sit, aut quomodo in amoribus signiferum se ei præbuerit Ganymedes, fateor me non intelligere. *Verùm qui vinum*, inquies, potuit Ganymedes Jovi referre, qui

nectar

vit. Tum etiam misit aquilam suam, loco Vulcani, quæsituram 90 formosum pocillatorem, qui sibi amanti nectar porrigeret. Illa verò pulcrum Ganymedem,

nectar bibebat? At hoc minimè obstitit quin οἰνοχοεῖν Jovi & *οἰνοχόος* esse diceretur. Sic *Homerus* ipse, quo judice, Dii *οὐ σῖτον ἔδουσ' οὐ πίνουσ' αἴθοπα οἶνον, nec panem comedunt, nec bibunt vinum* (Iliad. E, 341.) habet tamen de Ganymede, Iliad. Υ, 234.

Τὸν καὶ ἀνηρείψαντο Θεοὶ Διῒ οἰνοχοεύειν.

*rapuerunt Dii ut Jovi vinum funderet.* Sic & apud *Theocritum* Idyll. XV. describuntur aquilæ,

——— οἰνοχόον Κρονίδᾳ Διῒ παῖδα φέροντες,

*ferentes Jovi puerum qui ei vinum funderet.* Vide & *Lucianum* in Dialogo *Junonis & Jovis.* Igitur καταχρηστικῶς dicitur Ganymedes *vinum referre* Jovi, cui est à poculis; quòd apud homines, qui hoc ministerium obeunt, vinum miscere soleant. Alioquin accuratè loquenti sic describendus fuisset Ganymedes, ut fecit *Ovidius* in Epist. Paridis ad Helenam:

——— *qui nunc*
*Cum Dîs potandas nectare miscet aquas.*

Idem.

Ibid. *Referre*] Hoc est, iterum, iterúmque nectar ad Jovem sitientem ferre. Qua de re, vide modò laudatum *Luciani* Dialogum, in quo Ganymedis ministerium elegantissimè describitur. *Idem.*

91 *Valle sub Idaa*] Fortasse, *colle sub Idao*, nam ita rectiùs loquaris quàm *valle sub Idaa.* Sic Paris in Epist. ad Helenam, v. 53.

*Est locus in media nemorosis vallibus Ida*
*Devius.*

Idem.

Ibid. *Formose sacerdos*] Ganymedes, ab ea imitatione veterum Latinorum, qui pueros sacrorum ministros *camillos* vocabant. Sacerdotem igitur & *camillum*, hoc est, ministrum Jovis vocat, ut pote & quem jam signiferum Jovis dixit. Ganymedes veteribus Latinis *catamitus* dicebatur. *Plautus* Menæchmis:

*Vbi aquila catamitum raperet, aut ubi Venus Adoneum.*

Nam videtur à γαδυμείδης, quod idem est cum γανυμήδης, detortum esse. Sic *Laumedo* pro *Laomedon*, quamquam *Festus* legit *Alumento*, sed mirum ni in corrupta exemplaria *Livii Andronici* inciderit. Nam *Laumento*, non *Alumento* dictus Laomedon videtur. Sic *Petronius* dixit *Laucoonte nati*, pro *Laocoonte.* Sic in Epistolis *Cæcilii Plinii*, Laudiceni pro *Laodiceni*, ut alludatur ad *laudem*; & *Lautomia*, *lautumia Seneca.* *Scaliger.*

Ibidem.

Invenit & presso molliter ungue rapit.
Sic est; victor amet, victor potiatur in umbra,
Victor odorata dormiat inque rosa.
Victorem victus metuat, metus imperet illi,
Membra nec in strata sternere discat humo.

Tem-

NOTÆ.

*Ibidem.* Malim revera Ganymedem sacerdotem fuisse Jovis', & vinum ei libasse in sacris publicis; qua de causâ, mortuus dictus sit evasisse οἰνοχόος Jovis. Sic olim nonnullos hanc fabulam interpretatos tradit *Eustathius* ad Homeri Iliad. Υ, 231. οἰνοχόειν παρὰ τοῖς παλαιοῖς εὐγενέστατοι παῖδες, ὡς ὁ τοῦ Μενελάου υἱός. παρὰ Ῥωμαίοις δὲ, φασι, τοιοῦτοι παῖδες τὴν λειτουργίαν ταύτην ἐξετέλουν ἐν ταῖς δημοτελέσι θυσίαις. ὅθεν καὶ ὁ μῦθος οὕτω τὰ κατὰ τὸν Γανυμήδην ποιεῖ Διῒ κιρνῶντα: *vinum fundebant, apud Veteres, nobilissimi pueri, ut filius Menelai. Apud Romanos autem, ut ajunt, tales pueri ministerio hoc fungebantur in publicis sacris. Igitur & fabula sic facit Ganymedem Jovi miscentem.* Gorallus.

93 *Presso molliter ungue rapit.*] Martialis:

*Illasum timidis unguibus hæsit onus.*

Scaliger. Elegantissimè raptum hunc descripsit *Lucianus*, in Judicio Paridis. Ejus aliquot verba hîc subjiciam, quibus illustratur *Pedo.* Sic loquitur Mercurius, qui rem narrat: καταπτάμενος ὄπισθεν αὐτοῦ ὁ Ζεὺς, κούφως μάλα τοῖς ὄνυξι περιβαλὼν, καὶ τῷ στόματι τὴν ἐπὶ τῇ κεφαλῇ τιάραν δακὼν, ἀνέφερε τὸν παῖδα τεταραγμένον, καὶ τῷ τραχήλῳ ἀπεστραμμένῳ ἐς αὐτὸν ἀποβλέποντα: *devolans à tergo ei Jupiter, circumjectis leviter admodum unguibus, & ore tiaram, quam in capite habebat, mordens, sursum ferebat puerum perturbatum, & collo converso ipsum adspicientem.* Gorallus.

94 *Sic est*] Est veluti collectio ex superioribus; quasi diceret Poëta: *Sic res habet, ut dixi* &c. Ita *Horatius* orationem claudit Epod. VII, 17. postquàm quæsivit quæ causa Romanorum animos ad civilia bella concitaret.

*Furórne cæcus, an rapit vis acrior?*
*An culpa? responsum date.*
*Tacent, & ora pallor albus inficit,*
*Mentésque perculsa stupent.*
SIC EST, *acerba fata Romanos agunt.*

Ubi antiqua Scholia: *ut dico*, inquit, *fato & culpâ agimur ad hoc bellum.* Similis est formula apud *Lucanum*, *Sic eat*, Lib. II, 304.

*Sic eat; immanes Romana pericula Divi*
*Plena ferant.*

Et

medem, in valle montis Idæ repertum, in aërem unguibus rapuit, sed ita ut eum minimè læderet. Ita res habet, quidquid invidis videatur; æquum est victorem animo indulgere, & amoribus suis in umbra potiri. Decet eum, vel in rosa, dormire.
95 Victus, non victor, ita se gerat ut ostendat sibi adversarium terrori esse, nec audeat in stratis recubare.

Et Lib. v, 296.

*Sic eat, ô Superi, quando pietásque, fidésque*
*Destituunt.*

Ibid. *Victor potiatur in umbra*] Vetus Membrana, *patiatur*. Lego *spatietur*. Scaliger. Melior est aut conjectura, aut lectio vulgatarum editionum; intelligendum enim, *amoribus*; quomodo *potiri* non rarò occurrit. Sic apud *Lucretium*, Lib. IV. p. 540. Ed. Lambin.

*——— potiundi tempore in ipso,*
*Fluctuat incertis erroribus ardor amantum.*

Gorallus.

Ibid. *In umbra*] Hoc est, pacis tempore, nam *umbra* soli opponitur, non aliter ac otium bello. *Cicero* pro Murena Cap. XIV. *Quod si ita est, cedat, opinor, Sulpici, forum castris, otium militiæ, stilus gladio*, UMBRA SOLI. Sic & sæpe alibi. *Idem.*

94 *Victor odoratâ* &c.] Deliciarum fuit in pulvinaribus, reticulisque rosâ refertis dormire. Sic factitabat ille luxu infamis Smyndirides, qui *sæpiùs questus est, quòd foliis rosa duplicatis incubuisset*, ut habet *Seneca* de ira Lib. II. cap. 25. Vide & *Ælianum* Var. Histor. Lib. IX, cap. 24.

95 *Victorem victus metuat*] Vetus tam scriptura, quàm editio: *victor amet, victúsque metat*; quod sanè postulat sententia. *Scaliger.* Scio posse hisce verbis significari, victus laborem metentium ferat, dum victor amori indulget. Sed quis propterea umquam dixit *metere* pro *laborare*, aut *amorem* opposuit *messi*? Nemo. Itaque teneamus vulgatam lectionem, cùm præsertim proximè sequentia verba eam postulent. Dum vir magnus suas membranas jactat, vix seriò legit Scriptorem, quem illustrare aggreditur. Alii absurdiùs hîc legerant, *victor aret, victúsque metat*; quod est & naturæ rerum & menti Poëtæ prorsus contrarium. *Gorallus.*

96 *Membra nec in strata sternere discat humo.*] Ut solebant milites duriori disciplinæ adsueti. Charidemus, in oratione ad Darium, apud *Curtium* Lib. III, cap. 2. de militibus Alexandri: *fatigatis humus cubile est.* Ad quem locum vide *Joan. Freinshemium*, & *Joan Schefferum* ad *Æliani* Var. Hist. Lib. IX. cap. 24. *Idem.*

97 Tem-

Tempora dispensant usus & tempora cultus;
Hæc homines, pecudes, hæc moderantur aves.
Lux est, taurus arat; nox est, requiescit; arator
Liberat emerito fervida colla jugo.
Conglaciantur aquæ, scopulis se condit hirundo;
Verberat egelidos garrula vere lacus.
Cæsar amicus erat, poterat vixisse solutè,
Cùm jam Cæsar idem quod cupiebat erat.
Indulsit; meritò. Non est temerarius ille,
Vicimus; Augusto judice, dignus erat.
Argo saxa pavens postquam Scylleïa legit,

Cya-

NOTÆ.

97 *Tempora dispensant*] Hoc est, partiuntur ac mutant. Metaphora à *penso* ducta, de qua ad v. 140. Ceterùm hunc locum elegantissimè tractavit *Lucanus* in Panegyrico Pisonis, clausitque hisce verbis:

*Temporibus servire decet, qui tempora certis*
*Ponderibus pensavit, eum si bella vocabunt,*
*Miles erit; si pax, positis toga gestiet armis.*

Idem.

101 *Scopulis se condit hirundo*] Doctè sanè, contra vulgarem sententiam statuentium hirundines petere calidiores regiones, unde vere redeant; cùm in fissuras scopulorum, seu montium, & arborum sese per hyemem abdant. Plinius Lib. x. cap. 24. *Abeunt & hirundines hibernis mensibus — sed in vicina abeunt, apricos sequuta montium recessus; inventaque jam sunt ibi nuda, atque deplumes.* Ad quem locum vide *Joan. Harduinum.* Idem.

102 *Verberat egelidos* &c.] Virgilius:

*Aut arguta lacus circumvolitavit hirundo.*

Suspicor tamen legendum esse:

*Verberat egelido garrula vere lacus.*

Ut intelligat lacunaria domorum. *Lucillius:*

——— *resultantes adésque, lacúsque;*

id est, ædes laqueatas; ἓν διὰ δυοῖν. *Scaliger.* At multò malim *lacus*, *hoc est*, stagna *egelida* dici quàm ver, quod *tepidum* potiùs *vocetur.* Ratio etiam oppositionis hoc suadet, rectiùs enim apricis *scopulorum* cavernis, quas hyeme sequuntur hirundines, opponantur

frigida

bare. Pro variis temporibus, mutatur vitæ ratio & cultus; nec homines tantùm ita se gerunt, sed etiam ipsæ pecudes, & aves. Cùm illucescit tauri incipiunt arare, nocte requiescunt; jugo collis eorum, postquàm solitum opus perfecerunt, detracto. Hyeme hirundines in montium cavernas sese abdunt, at vere iterum stagna circumvolitant. Quæ cùm ita sint, Mæcenas, Cæsare hominem singulari amicitiâ prosequente, solutiùs vivere, sine probro potuit, postquàm Cæsar omnia quæcumque cupiverat consequutus est. Meritò profectò genio indulsit, ac sine ulla temeritate, postquàm victoriam de Antonio retulimus; dignúsque erat, Augusto judice, qui laborum suorum hoc præmium ferret. Postquàm

frigida stagna circa quæ æstate volitant, quàm tectorum prominentium laquearia, in quibus hirundines nidificant. Denique & *Virgilius* Georg. I, 377. & *Varro* Atacinus, à quo versum illum sumsit, ut docet *Servius*, *lacus* de stagnis intellexerunt. *Verberare* autem *Lacus* dicitur hirundo, quia eorum superficiem rapido volatu legens alis sæpe eam *verberat*. *Plinius* Lib. XVIII. cap. 35. ubi pluviæ imminentis signa describit: *Hirundo tam juxta aquam volitans, ut pennâ sæpe percutiat.* Gorallus.

103 *Vixisse solutè*] Hoc est, molliter, metaphorâ ductâ à solutis & fluentibus tunicis; de qua diximus ad v. 21. *Idem.*

104 *Idem quod cupiebat*] Hoc est, id ipsum quod cupiebat, seu cùm rerum solus potiretur. *Idem quod* optimæ esse Latinitatis ostendit *Christ. Cellarius*, in Constructione suspecta, & in Latinitate incerta. *Idem.*

105 *Indulsit*] Nimirum, genio; ut supra v. 93. *potiri*, omisso casu. *Idem.*

Ibid. *Non est temerarius*] Nam alioquin, hoste etiamnum repugnante, aut valido, temerarium est animo indulgere. *Q. Curtius* Lib. IX. cap. 10. de Alexandro bacchabundo agmine ex India redeunte: *Præsens ætas, & posteritas deinde mirata est, per gentes nondum satu domitas, incessisse temulentos, barbaris, quod* TEMERITAS *erat, fiduciam esse credentibus.* Idem.

107 *Argo saxa pavens*] Nempe, in reditu ex Colchide, ut docet *Apollonius* Lib. IV, 923.

*Τῇ μὲν γὰρ Σκύλλης λισσὴ προὐφαίνετο πέτρη,*
*Τῇ δ' ἄμοτον βοάασκεν ἀναβλύζουσα* Χάρυβδις.

Hinc

Cyaneósque metus jam religanda ratis,
Viscera directi mutaverat arietis agno
  Æëtis succis omniperita suis.
His te, Mæcenas, juvenescere posse decebat,
  Hæc utinam nobis Colchidos herba foret!
Redditur arboribus florens revirentibus ætas;

Ergo

## N O T Æ.

*Hinc quidem enim Scylla praceps exstabat petra, illinc verò graviter reboabat ebulliens Charybdis.* Utriusque nominis rationem tradidit *Sam. Bochartus* Chan. Lib. 1. cap. 28. Malim tamen *Scylla* nomen deducere à radice antiqua Phœnicia *sakal*, quæ, iis temporibus, *lapidem* significarit; unde in sacris Codicibus verbum deductum *lapidibus obruere* sonat scriptum litteris *Samech*, *Koph* & *Lamed.* Quæ vocis origo quàm bene rei conveniat nemo non videt. *Idem.*

108 *Cyaneósque metus*] Symplegadas insulas, aut rupes ad septemtriones Bospori Thracii, de quibus *Homerus* Odyss. M. & *Apollonius* Lib. II. Quod statuendum, si modò de itinere in Colchidem loquitur Poëta, nam per aliam viam, ut notum est, rediisse finguntur Argonautæ. Sin verò de reditu hîc quoque loquatur, intelligendæ erunt Æoliæ Insulæ, quas *Planctas* vocant Argonauticorum scriptores, & de quibus vide *Apollonium* Lib. IV, 860. & seqq. qui cinctas scopulis docet. *Idem.*

109 *Viscera directi* &c.] Legeram olim:

*Viscera dissecti mutavit Aëtias agno*
  *Arietis & succis* &c.

Quam cur rejiciam causa non est. Tamen alia est in membranis scriptura:

*Viscera directi mutaverat arietis agni*
  *Aetis facis omne perita suis.*

Quæ cùm aliquot maculis adspersa sit, ita eluenda mihi videtur:

*Viscera directi mutaverat arietis agno*
  *Æëtis fucis omneperita suis.*

Æëtis est αἰητίς, ut Euenis εὐηνὶς *Propertio.* Fucis, θρόνοις· τὰ θρόνα sunt φάρμακα. Nam ita vocat *Theocritus*, qui hîc *fuci* dicuntur. *Omneperita* ὑφ' ἓν legendum. Est enim Græcorum πολυΐδρις. Directi, id est, dissecti, ut *elephantum dirigere* Plauto, *Gallinam dirigere* Nigidio, id est, dissecare. *Scaliger.* Ei adsentitur *Claud. Salmasius* in *Solinum* pag. 838. Ed. Ultraject. ad vocem *directus* quod attinet. Addit *dirigere* propriè esse διχοτομεῖν, in duas partes re-

ctas

iàm Argo omnes scopulos, & periculum Symple-
dum insularum, evasit, ita ut jam ad portum re-
anda esset; tum verò Medea, sene ariete in tene-
m agnum converso, [110] succis herbarum, sepos-
peritiâ suâ senibus juventutem reddere, ostendit.
sce succis oportuisset, ô Mæcenas, te juventu-
n recuperare; atque utinam herbas illas habuisse-
is! Arboribus veluti consenescentibus, postquàm
ia delapsa sunt, redditur proximo vere virens ju-
ven-

; & æquales scindere; quod confirmat auctoritate *Titinnii*, apud *No-*
*m*, *pernam totam dirigit*; nam male legitur *diligit*; & *Festi* Ad-
viatoris: *dirigere apud Plautum invenitur pro discindere*. Sic enim
bendum, ex veteri Codice qui habet *discidere*. Locus *Plauti* est
Curculione Act. III, v. 54. Exscripsit hæc vir doctus ad *Festum*,
ime laudato *Salmasio*. Gorallus.
oid. *Mutaverat arietis agno*] Respicit *Pedo* ad id quod narrat *Ovi-*
Metamorph. Lib. VII, 212.

*Protinus innumeris effœtus laniger annis*
*Attrahitur, flexo circum cava tempora cornu;*
*Cujus ut Hæmonio marcentia guttura cultro*
*Fodit, & exiguo maculavit sanguine ferrum,*
*Membra simul pecudis, validósque venefica* SUCCOS
*Mergit in ære cavo, minuuntur corporis artus,*
*Cornuáque exuitur, nec non cum cornibus annos,*
*Et tener auditur medio balatus aëno;*
*Nec mora, balatum mirantibus exsilit agnus* &c.

n.
10 *Succis*] Sic legendum, non *fucis*, ut liquet ex *Ovidii* loco
to. Sic & superiùs v. 215.

*Nunc opus est* SUCCIS, *per quos renovata senectus*
*In florem redeat* &c.

v. 286.

——— *veterémque exire cruorem*
*Passa replet* SUCCIS.

n.
idem. *Omne perita*] Malui, cum *Salmasio*, *omniperita*, ut *omni-*
*us*, *omniparens*, *omnipotens*, *omniscius*, *omnivagus*, *omni-*
*ns* &c. *Idem.*
11 *Decebat*] Hoc est, par erat. *Idem.*
12 *Colchidos*] Medeæ Colchorum Regis filiæ. *Idem.*
13 *Redditur arboribus* &c.] Hanc ipsam sententiam, in Epicedio
*nis*, Poëtæ Bucolici, extulit *Moschus*:

Ergo non homini quod fuit ante redit,
Vivacésque magis cervos decet esse paventes,
Si quorum in torva cornua fronte rigent.
Vivere cornices multos dicuntur in annos;
Cur nos angustâ conditione sumus?
Pascitur Auroræ Tithonus nectare conjux,

At-

NOTÆ.

Αἲ αἲ ταὶ μαλάχαι μὲν ἐπὰν κατὰ κᾶπον ὄλωνται,
Ἢ τὰ χλωρὰ σέλινα, τό, τ' εὐθαλὲς οὖλον ἄνηθον,
Ὕστερον αὖ ζώοντι, καὶ εἰς ἔτος ἄλλο φύοντι·
Ἄμμες δ' οἱ μεγάλοι, καὶ καρτεροὶ, ἢ σοφοὶ ἄνδρες,
Ὁππότε πρῶτα θάνωμες, ἀνάκοοι ἐν χθονὶ κοίλᾳ
Εὕδομες εὖ μάλα μακρὸν ἀτέρμονα νήγρετον ὕπνον.

*Hei, hei! malva cùm in horto interierunt, vel viridia apia, vel florens crispum anethum, postea reviviscunt, & altero anno renascuntur; nos vero & magni & fortes & sapientes viri, ubi semel mortui fuerimus, obscuri in terra concava, dormimus valde longum, infinitúmque & ex quo non excitamur, somnum.* Idem & *Horatius* Carm. Lib. IV. Od. 7. *Diffugere nives* &c. *Idem.*

114 *Ergo non homini*] Τὸ *ergo* habet hîc eum locum, quem apud *Propertium:*

*Ergo Musarum & Sileni patris imago* &c.
*Plautus* Casina:
——— *nempe, tute dixeras*
*Tuam arcessiturum esse uxorem meam.*
ST. *Ergo arcessivisse ait; sed dixisse te*
*Eam non missurum.*

In Bacchidibus.

*Non hic placet mihi ornatus.* Pl. *Nemo ergo tibi*
*Hac apparavit; mihi paratu'st quei placet.*

Scaliger. Nimirum *ergo* hîc vim obtinet adversativam, & perinde est ac *sed*, ut supra v. 10. Quod observatum memini & à *Tan. Fabro*, quamvis nunc quidem loci non meminerim. Malè Aldina Editio habet *& cur*, quod est emendatio Critici voculam *ergo* hîc non intelligentis. *Gorallus.*

115 *Vivacésque magis cervos*] *Plinius* Lib. VIII, cap. 33. H. N. *Vita cervis in confesso longa, post centum annos aliquibus captis cum torquibus aureis, quos Alexander Magnus addiderat.* Idem.

116 *Si quorum in torva* &c.] Hoc est, quibus sunt cornua; mares, nimirum, qui soli cornua habent. Quos tamen solos esse vivaces, nescio an alius scripserit. *Idem.*

117 *Vi-*

nta ; verùm ad homines ætas semel præterlapsa ımquam redit. 115 Pavidos cervos natura vivaores esse voluit, eodem jure quo eorum frontes rnibus instruxit. Cornices etiam per aliquot sæla vivere dicuntur. Cur nos, vitâ breviori spatio initâ, deteriore sumus conditione ? Tithonus ab ırora raptus, nectare quo pascitur, immortalitatem

17 *Vivere cornices* &c.] Hoc primum dixisse *Theophrastum* moıtem, & ea de re ad naturam conquestum, memoriæ proditum *Scaliger.* *Ciceronis* locum, ut puto, respexit *Scaliger*, qui locus habet Tusculanarum Quæst. Lib. III, cap. 28. *Theophrastus*, in: , *moriens accusasse naturam dicitur, quòd cervis & cornicibus vidiuturnam, quorum id nihil interesset; hominibus, quorum maximè fuisset, tam exiguam vitam dedisset.* Similem querelam *Aristo*tribuit *Seneca* de Brevit. Vitæ Lib. I. De longævitate autem corm ita *Plinius*, Lib. VII, cap. 48. *Hesiodus, qui primus aliqua de rodidit, fabulosa, ut reor, multa de hominum ævo referens, cornicim nostras attribuit ætates, quadruplum ejus cervis, id triplicatum* ı. *Ovidius* Amorum Lib. II. El. VI, 35.

*Vivit & armifera cornix invisa Minervæ,*
*Illa quidem sæclis vix moritura decem.*

:allus.

18 *Angustâ conditione*] Hoc est, breviorem vitam habemus. No-. est *conditionem* dici de statu hominum, temporum ac rerum. it & aliquis ad primam κτίσιν, hoc est, ut loquuntur aliquando ni Patres, ad *conditionem*, seu creationem hominis & brutorum ıaturam suam debent, verba *Pedonis* referre; ita ut velit ita nos *conditos*, ut brevis ævi simus, cornices verò & cervi longævi. non opus est. *Idem.*

[19 *Pascitur Aurora*] Meliùs vetus Scheda *nascitur*, hoc est refi: , renascitur. *Scaliger.* Meliùs *pascitur nectare*, nam hæc lotio perinde valet, ac si diceret, immortalis est, quò spectat tota *mis* oratio. Immortales fingunt Poëtæ eos factos, qui cibo & ı Deorum sustentarentur. Nectar porrò alii potum, alii cibum rum esse crediderunt, ut ostendit Joan. Clericus ad *Hesiodi* ogon. v. 640. Sic *Horatius*, ut significet Augustum Deorum or-ɔus adscriptum iri, Carm. Od. III. v. 10.

*Quos inter Augustus recumbens*
*Purpureo bibet ore nectar.*

ıim malim cum nonnullis Codicibus legere, quàm *bibit*; quia ıvis Augustus jam *Deus* vocaretur, attamen nondum Deorum ıviis interesse dicebatur. *Idem.*

 120 Tre-

Atque ita jam tremulo nulla senecta nocet.
Ut tibi vita foret semper, medicamine sacro,
Te vellem Auroræ complacuisse virum.
Illius aptus eras croceo recubare cubili,
Et modò puniceo rore levare sitim.



N O T Æ.

120 *Tremulo nulla senecta nocet*] Hoc est, quamvis jam sit senectute tremulus, non tamen moritur. Nota est Poëtarum fictio, quâ narrant Tithono Auroram petiisse à Jove immortalitatem, sed oblitam simul petere æternam juventutem; itaque mortuum quidem illum non esse, sed senio adeò confectum atque attenuatum, ut præter vocem ei nihil superfuerit; quamobrem eum in thalamo inclusum, cujus pellucida erat janua, & ubi quasi in cavea servabatur. Hæc pluribus narrat scriptor Hymnorum, qui *Homero* tribuuntur, priore Hymno in Venerem à v. 218. Alii addunt Tithonum in cicadam mutatum, sed quos non sequitur *Pedo*, qui tremulam dumtaxat senectutem ei tribuit. Existimarim sub hac fabula veram hanc latere Historiam; Tithonum Phrygem in Æthiopiam ivisse, in qua sedes fixit, & in qua diutiùs homines vivere ferebantur, quàm alibi, ut docet *Herodotus* Lib. III. cap. 23. ubi de Æthiopibus Macrobiis. Ideò dictus est immortalitatem consequutus, sed non vitasse senectutem; & ab Aurora raptus ejus vir factus, quòd Æthiopia magis vergat ad Orientem quàm Phrygia. Sic & Athenienses finxerunt Orithyiam à Borea raptam, quòd esset regulo cuipiam Thraciæ, quæ magis ad Septemtriones vergit quàm Attica, collocata, & in patriam avecta. Vide *Apollonium* Lib. I, 211. Præstat hîc observare *Pedonem* hîc, ex mente sui Mæcenatis, loqutum; qui vitam, qualiscumque tandem esset, etiam cum incommodis senectutis conjunctam, morti præferebat, ut liquet eo hisce ejus versiculis, quos *Seneca* usque adeò exagitavit Epist. CI.

*Debilem facito manu,*
*Debilem pede, coxâ;*
*Tuber adstrue gibberum,*
*Lubricos quate dentes;*
*Vita dum superest, bene est,*
*Hanc mihi, vel acutâ*
*Si sedeam cruce, sustine.*

...quibus adi *Seneca* Interpretes, & *Joan. Henr. Meibomium* Mæce-... cap. XXVIII. *Idem.*

tem consequutus est, 120 & quamvis ad summam senectutem pervenerit, non est tamen cur mortem timeat. Ut immortali vita fruereris, vi nectaris tibi propinati, vellem ab Aurora te virum electum fuisse. Dignus profectò eras, qui cum illa cubares, &

121 *Ut tibi vita foret*] Scilicet, perpetua. Malo tamen:

*ut tibi victa foret*;

nempe, senectus. *Scaliger.* Virum magnum memorem hic fabulæ esse oportuit. Tithonus enim non vicit senectutem, sed perpetuam dumtaxat vitam nactus est. Itaque nihil movendum. *Gorallus.*

*Medicamine sacro*] Sic vocat Nectar & Ambrosiam, quibus nutritus Tithonus immortalis, ut diximus, factus est. Hymnus in Venerem v. 232. de Auroræ officiis in Tithonum:

Αὐτὸν δ' αὖτ' ἐτίταλλεν ἐνὶ μεγάροισιν ἔχουσα
Σίτῳ τ' ἀμβροσίῃ τε.

*Illum quidem nutriebat domi habens, cibo & ambrosia*; hoc est, ambrosiæ cibo. *Idem.*

122 *Complacuisse virum*] Verbum hoc exstat apud *Plautum* & *Terentium*, sed conjugatione passivâ. Vide And. A. IV. S. I, 20. Heaut. Act. IV. S. V, 25. Glossæ Veteres: *complacuo*, εὐαρεστῶ, lege *complacitò*. Sed activâ conjugatione, frequens est apud Scriptores Ecclesiasticos; quorum Latinitas non ideò per omnia aspernanda, quòd cum Ciceroniana non semper consentiat; nec dubito quin multa proba ex antiquissima Latinitate vocabula apud eos exstent, quæ apud elegantiores Scriptores non reperiuntur. *Idem.*

123 *Croceo recubare cubili*] Ut Tithonus, quem Aurora à Poëtis in cubili relinquere passim dicitur, cùm exoritur. *Virgilius* Georg. I, 447.

——— *ubi pallida surget*
*Tithoni croceum linquens Aurora cubile.*

Eumdem vs. legere est Æneïd. IV, 585. & IX, 460. Ex *Homero* depromtus est, qui sic Auroræ ortum describit Iliad. Λ, 1,

Ἠὼς δ' ἐκ λεχέων παρ' ἀγαυοῦ Τιθωνοῖο,
Ὤρνυτο.

*Aurora ex cubili, à splendido Tithono oriebatur.* Ad quem versum *Eustathius* & brevior Scholiastes fabulam Tithoni tradunt. *Idem.*

124 *Et modò puniceo*] Restitue ex veteri scriptura:

*Et modo pœniceum rore lavante thorum.*

*Scaliger.* Ne illi credas, nam hæc sensu carent. *Gorallus.*

Illius aptus eras roseas tu jungere bigas,
Tu dare purpureâ lora regenda manu.
Tu mulcere jubam, cùm jam torsisset habenas,
Procedente die, respicientis equi.
Quæsivere tori juvenem sic Hesperon illum,
Quem nexum medio solvit in igne Venus;
Quem nunc in fuscis, placida sub nocte nitentem,

Luci-

NOTÆ.

125 *Roseas tu jungere bigas*] *Jungi equi* dicuntur, cùm simul temoni vinciuntur, ut currum trahant. *Bigas* similiter Auroræ tribuit *Virgilius* Æneid. VII, 27.

*Aurora in roseis fulgebat lutea bigis.*

Sed Æneid. VI, 535.

*—— roseis Aurora quadrigis.*

dicitur medium axem trajecisse. At solem posteriore loco significari volebat *Donatus*, ut est in commentario, qui *Servii* nomen præfert. De curribus Deorum vide collecta à *Frid. Taubmanno*, ad Cirin, v. 38. *Idem.*

128 *Respicientis equi*] Ad versuram, scilicet. Nam peracto actu suo, quod Veteres vocabant *protelum*, equus ad versuram respicit, & hoc est finitum spatium. Putavi & aliquando legi posse *respatiantis equi*, hoc est, qui finivit curriculum & spatium suum. *Spatiari* propriè est in stadio currere. Nam τὸ στάδιον Æoles vocabant σπάδιον, unde Latini, qui multùm Æoles imitantur, fecerunt spatium suum. *Statius: jam satis longo spatiata campo.* Nam perperam vulgò legitur *satiata*. Scaliger. O intempestivam eruditionem! Quid enim hæc ad *Pedonem?* Nemo dubitet quin equus rectè dicatur *respicere*, cùm cursum reflectit ad eum locum, à quo erat profectus. *Nonius Marcellus* de Differ. Verborum: *Prospicere & respicere distant, ut adversùm videre prospicere rectè dicatur. Respicere, quasi retro adspicere. Varro Manio:* sedens altus alieno sumtu, neque respiciens, neque ante prospiciens. *Gevartius.*

129 *Quæsivere tori*] Vetus scriptura, *quæsivere chori.* Nempe, Stellarum chori; nam ita *Varro* dixit, *cæli choreas astricas.* Totum Distichon ita legimus:

*Quæsivere chori juvenem sic Hesperon olim,*
*Quem necdum medio solvit in igne Venus.*

[Que]m, inquit, necdum medio curriculo solvit & dimittit Venus. [...] Vesperum citissimè conficere cursum suum, id est, occidere, cùm

rore ab ea demisso sitim levares. Aptus eras ıngere ejus bigæ equos, eique, postquàm currum onscendisset, habenas dare. Poteras equos ejus emulcere, cùm reduces, exorto jam die, iterum abulo claudendi sunt. Sic variæ puellæ olim sibi rum exoptarunt Vesperum, quem Venus, ıs amore capta, è medio curriculo abducit. Eum nunc

m vix alia astra apparuerint, notissimum est. Idcirco Venus ejus ıore capta citissimè solvit eum in medio cursu; cùm interim cho- s astrorum ipsum qui princeps chori est, & primus apparet, deside- nt. *Scaliger.* Vetus illa scriptura, cujus menda passim nobis ob- ıdit vir summus, pro *thori* habuit perperam *chori*, si modò *Sca- r* bene legit. Nam hoc vult Poëta, quemadmodum Aurora ra- it Tithonum, ut secum cubaret: sic *thoros* quæsivisse Hesperum, c est, Deas aut mulieres eum sibi exoptasse maritum. *Thorum* au- ı scribi puto non *torum*, cùm lectum significat, quòd deducere- à θορὸς *semen genitale*, aut fortè ut discriminaretur à *toro*, de ɔ diximus ad v. 79. Malim à τείρω, *tero*, quod in tritis herbis : foliis primùm cubitarent. Vide *G. Joan. Vossium*, in Etymolo- :o. *Gerallus.*

Ibidem. *Juvenem sic Hesperon*] Vide quæ de Hespero dixit *Joan. ricus* ad Theogoniam *Hesiodi* v. 215. ubi ostendit dictum à voce œnicia quæ *formosum* sonat. Consentit cum ea Etymologia quod ɔet *Hyginus* Poëtici Astron. Lib. II, cap. 42. ubi postquàm dixit nnullos hunc Auroræ & Cephali filium esse dixisse, subdit: *pul- udine multis præstantem, ex qua re etiam cum Venere dicitur cer- ē* (fortè, *cubuisse*) *ut etiam Eratosthenes dicit: eum hac de causa ıeris appellari. Eratosthenes* Catasterism. cap. XLIII. vocat eum σφόρον Ἀφροδίτης, sed non addit eam appellationis causam, quam ɔet *Hyginus*. Notum est Poëtas hominum nomina stellis tribuisse, od factum puto, quia eorum animos, post mortem, stellis illis esfuisse putabant. Sic Isis in Epitaphio inducebatur dicens: ἐγώ ιι ἡ ἐν τῷ ἄστρῳ κυνὶ ἐπιτέλλουσα, *ego orior in astro canis*; apud *odorum* Biblioth. Lib. I. p. 24. De *Hespero* idem scriptor habet ɔ. IV. fratrem Atlantis fuisse. Crediderim Poëtas dixisse Luci- um cubare cum Venere, quòd ejusdem Planetæ præsides haberen- , ac proinde unà occidere ac oriri dicerentur. *Idem.*

130 *Nexum*] Nempe, astro. *Nexus* antea fuerit necesse est, qui ıvitur. Ceterùm idem ex hac lectione exoritur sensus, qui ex aligerana emendatione. *Idem.*

131 *Quem nunc in fuscis* &c.] Est Apostrophe ad Mæcenatem, elo jam receptum. Quem tu (*hæc enim* est sententia) cœlo re-

 ceptus

Luciferum contrà currere cernis equis.
Hic tibi corycium, casias hic donat olentes,
Hic è palmiferis balsama missa jugis.
Nunc pretium candoris habes, nunc redditus umbris;
Te sumus obliti decubuisse senem.

Ter

NOTÆ.

ceptus contrario cursu ire vides, alio nomine; nempe, Luciferi. *Scaliger.* Non putabat *Pedo* Mæcenatem coelo receptum, quem v. 135. *redditum umbris* dicit. Non poterat etiam, ex poëtica de campis Elysiis doctrina, eum in iis agentem ita alloqui, quasi spectasset eadem sidera ac superi; nam camporum illorum incolæ *solémque suum & sua sidera norunt*, ut habet *Virgilius* Æneid. VI, 641. Denique v. 133. & sequens: *hic tibi corycium* &c. non possunt ad Mæcenatem pertinere. Igitur *Pedo* hîc, secunda persona utitur, more Latino, & quemvis audientem aut legentem hosce versus alloquitur. Nihil est frequentius, quàm Apostrophas subitò abrumpi & mutari; ita ut solus sensus doceat quem Poëta alloquatur. *Gorallus.*

Ibid. *Placida sub nocte nitentem*] Ita loquitur quasi Lucifer & Hesperus duæ essent stellæ, ex vulgi fortè sententia; nemo enim paullò doctior, eo ævo, unam eamdémque stellam esse Veneris ignoravit. Vide collectanea *Th. Munkeri* ad Hygini Fabulam LXV. *Idem.*

*Nitentem*] Hoc est, splendentem. *Ovidius* Fast. Lib. V, 143.

*Obstitit Orion, Latona nitentibus astris*
*Addidit.*

Lucretius Lib. V. p. 656.

*Luna potest solis radiis percussa nitere.*

Nimirum, est hoc verbum à Græco νίζω aut νίπτω, hoc est, *abluo*; deinde quia abluta sæpe splendent, *nitere* perinde fuit ac splendere. *Idem.*

132 *Currere cernis equis*] Unum equum vulgò ei tribuunt Poëtæ. *Isidorus* Orig. Lib. XVIII, cap. 36. *Quadrigas Soli, bigas Lunæ, trigas Inferis, sejugas Jovi, desultores Lucifero & Hespero consecraverunt.* Sed Poëticorum figmentorum tanta non est constantia, ut propterea in leges Parnassi deliquisse censendus sit *Pedo.* Idem.

133 *Hic tibi corycium*] Poëta Luciferum, quia ab Oriente lucet, fingit orientalibus plantis præsidere, ita ut, eo favente, Crocus, Casia & Balsamum, quæ in Oriente crescunt, copiosa sint. *Corycium* vocat absolutè *crocum*, quia præstantissimus crocus in Coryco monte, aut valle Corycia in Cilicia nascebatur; nec ea loca ullâ re celebriora erant, quàm croco. *Plinius* Lib. XXI. cap. 6. de croco: *Prima nobi-* ... *Cilicio & ibi in Coryco monte.* Quem exscripsit *Solinus* in Polyhistoris

nunc nocte fulgentem videre licet fuscis equis vectum Lucifero contrarium iter decurrere; qui Lucifer orientalibus plantis ut croco, casiæ, & balsamo, in montibus palmiferis crescenti, præest, earúmque augmentum curat. 135 Nunc præmium refers candidissimorum tuorum morum; cùm te, postquàm ad inferos descendisti, non aliter ac juvenem lugeamus, quasi senem obiisse nesciremus. Sic

storis cap. XXXVIII. ad quod vide *Claud. Salmasium.* Fortè etiam ἀπὸ τοῦ Κωρυκίου ὄρους dictus est κωρύκιος. *Idem.*

Ibid. *Casias hìc donat olentes*] Frutex erat Arabiæ felicis, quem nos *canellam* vocamus, quæ tamen hodie advehitur dumtaxat ex insula Ceilan. Vide ejus descriptionem apud *Plinium* Hist. Nat. Lib. XII. cap. 19. Copiosissimè de illa egit *Salmasius* ad Solinum pag. 918. & seqq. Ed. Ultrajectinæ.

134 *E palmiferis balsama missa jugis*] Hoc videtur Romæ innotuisse post victorias Pompeii, qui ea loca ipse viserat. *Josephus* Ant. Jud. Lib. XIV. cap. 7. de Pompeio: στρατοπεδευσάμενος δὲ ἐπὶ Ἱεριχοῦντα, οὗ τὸν φοίνικα τρέφεσθαι συμβέβηκε, καὶ τὸ ὀποβάλσαμον μύρον ἀκρότατον, ὃ τῶν θάμνων τεμνομένων ὀξεῖ λίθῳ ἀναπιδύει ὥσπερ ὀπὸς, ἕωθεν ἐπὶ Ἱεροσόλυμα ἐχώρει: *cùm castra posuisset, apud Jerichuntem, ubi crescit palma & opobalsamum, unguentum præstantissimum, quod incisis fruticibus, acuto lapide, scaturit instar succi, mane Jerosolimam ivit.* Vide *Plinium* Lib. XII. cap. 25. & *Solinum* Cap. XXXV. atque ad eum *Salmasium.* Idem.

135 *Nunc pretium candoris habes*] De candore Mæcenatis diximus ad v. 3. *Pretium* hìc est pro præmio, ut sæpe alibi. Sic Terentius in Andr. Act. I. S. I, 12.

*Propterea quòd serviebas liberaliter,*
*Quod habui summum pretium persolvi tibi.*

& Act. III, S. V, 4. *Ergo pretium ob stultitiam fero.* Idem.

Ibid. *Nunc redditus umbris*] Hoc est, *datus*, nam sæpe verbum hoc compositum pro simplici sumitur, ut in Virgiliano versu, Æneïd. XII, 817.

*Una superstitio superis quæ reddita Divis;*

hoc est, *data*, ut ubi monet *Servius*. Subaudiendum autem hìc est: *nunc cùm sis redditus* &c. alioqui non constaret constructio. Non semel Ellipses in *Pedonis* stylo notavimus. Vide ad v. 352. Eleg. I. *Idem.*

136 *Te sumus obliti* &c.] Non aliter te deflevimus, quàm si juvenis mortuus esses. *Idem.*

Ter Pylium flevere sui, ter Nestora canum,
  Dicebant tamen hunc non satis esse senem.
Nestoris annosi vixisses sæcula, si me
  Dispensata tibi stamina nente florent.
Nunc ego quod possum; Tellus levis ossa teneto,
  Pendula librato pondus & ipsa tuum.

Sem-

## NOTÆ.

137 *Ter Nestora canum*] Hoc est, qui æquaverat ætatem trium senum, quod ex prava interpretatione vocis γενεά ortum videtur. Cùm enim ad nonagesimum annum pervenisset Nestor, dicebatur τρεῖς γενεὰς vixisse, quia ætas erat triginta annorum. At Poëtæ hinc occasionem arripuerunt fingendi eum trecentos annos vixisse. Dixit *Homerus* Iliad. A. v. 250.

> Τῷ δ' ἤδη δύο μὲν γενεαὶ μερόπων ἀνθρώπων
> Ἐφθίατ', οἵ οἱ πρόσθεν ἅμα τράφεν, ἠδ' ἐγένοντο
> Ἐν Πύλῳ ἠγαθέῃ, μετὰ δὲ τριτάτοισιν ἄνασσεν.

*Ei jam duæ ætates hominum variè loquentium Interierant, qui prius unà educati fuerant, vel fuerant In Pylo divinâ, & inter tertios regnabat.* Quibus verbis significabatur Nestor jam sexaginta annos superasse, ut docebit ad eum locum *Eustathius* Ed. Rom. pag. xcvii. At *Ovidius* Metam. Lib. xii, 187. sic Nestorem loquentem inducit:

> ——— *vixi*
> *Annos bis centum, nunc tertia vivitur ætas.*

Sed *Nasonem* res ipsa convincit, nam Nestor puer erat florente Hercule, hoc est, Laomedontis ævo, cum quo bellum gessit Hercules. Similiter tamen *Pedo* Nestorem *ter canum* dixit, hoc est, qui ter senilem ætatem æquaverat, adeoque saltem alterius sæculi dimidiam partem superarat. *Gorallus.*

140 *Dispensata tibi*] Vide de *penso* dicta ad Eleg. I. v. 240. Hinc natum verbum *dispensare*, quod propriè sonat *pensum dividere* ancillis. Eleganter ergo dicuntur Parcæ *dispensare stamina* hominibus, quæ uniuscujusque pensum, hoc est, filum vitæ ejus attributum nere fingebantur. Sic & *Ovidius* in Ep. Medeæ ad Jasonem, v. 3.

> *Tunc, quæ dispensant mortalia fila, sorores,*
> *Debuerant fusos evoluisse meos.*

Idem.

Ibidem. *Nente ferent*] Sic est omnino legendum, ut est in Aldina ...ne, non *mente*, quod est typographicum mendum, quod in ...iores editiones subrepsit. *Idem.*

141 *Nunc*

ıc Pylii Regem ſuum Neſtorem, tertiæ jam æta-
s ſpatia decurrentem, defleverunt, negarúntque ad
tatem ſatis provectam perveniſſe. Neſtoris annos
ı quoque æquaſſes, ſi Parcarum loco 140 filum vi-
; tuæ neviſſem. Nunc verò, quod unum poſſum,
'ellurem oro ut leviter oſſibus tuis incumbat, pon-
dúſ-

141 *Nunc ego quid poſſum*] Scribe:

*Num ego quod poſſum, tellus levis oſſa teneto.*

ihil aliud in præſentia tibi poſſum, quàm ut precer hoc, terram
ɔi levem eſſe. Ille erat ſemper δυσφημισμὸς in mortuos; à qua ſu-
erſtitione *Euripides* Helenâ:

——— Εἰ γὰρ εἰσιν οἱ Θεοὶ σοφοὶ
Εὔψυχον ἄνδρα πολεμίων θανόνθ' ὕπο
Κούφῃ καταμπίσχουσιν ἐν τύμβῳ χθονί·
Κακοὺς δ' ἐφ' ἕρμα στερεὸν ἐμβάλλουσι γῆς.

*i enim Dii ſapiant, fortem virum ab hoſtibus occiſum, levi circumdant
rra in ſepulcro, ignavos verò in carcerem firmum terra injiciunt.*
:aliger.

*Ibidem.* Nihil certius emendatione hac & interpretatione *Scaligeri.*
)e voto, *ſit tibi terra levis* multis ſcripſit *Joan. Meurſius* de Funere
:ap. XLIII. ubi hos etiam Pedonis verſus profert. Vide & *Jac. Gu-
ɔerium* de Jure Manium Lib. II. cap. 13. & *Petr. Moreſtelli* Pom-
am Feralem Lib. VIII. cap. 9. ubi plus ſatis exemplorum, ſi quis
ortè ea deſideret. *Gorallus.*

Ibid. *Tellus levis oſſa teneto*] Tellurem alloquitur, ut in Inſcriptio-
e Romana, quam *Moreſtellus* protulit:

NUNC VOS CONTESTOR MANES QUIBUS OSSA RELIN-
QUO,
TELLUS HUIC TUMULO NE GRAVIS ESSE VELIS.

*Idem.*

142 *Pendula librato pondus* &c.] *Librare pondus* perinde eſt ac pon-
dus, quaſi librâ ſuſpenſum, ſuſtinere. *Ovidius* Metam. Lib. I, 12.

*Nec circumfuſo pendebat in aëre tellus*
*Ponderibus librata ſuis.*

dem, Faſtor. Lib. VI, 270.

*Ipſa volubilitas libratum ſuſtinet orbem.*

Cùm Veteres vehementer optarent terram gravem oſſibus ac cineri-
ɔus non incumbere, non intra urnas modò claudebant reliquias ſuo-
rum, ſed in ſubterraneis cryptis deponebant. Nullum ejuſmodi
πολυάνδριον majus exſtat Romanis Catacombis. *Idem.*

143 Sem-

Semper serta tibi dabimus, tibi semper odores;
Non umquam sitiens, florida semper eris.

## NOTÆ.

143 *Semper serta tibi dabimus*] Erant qui satis habebant anniversario funeris die flores ad sepulcra suorum ferre; alii per totum annum ea floribus ornabant, quod hîc Mæcenati pollicetur *Albinovanus*. Factum hoc à nonnullis in honorem Neronis testatur *Suetonius*, in ejus vita Cap. XVII. *Non defuerunt*, *qui per longum tempus vernis æstivisque floribus tumulum ejus ornarent*. Julius Capitolinus in M. Antonino: *tantum autem*, inquit, *honoris magistris suis detulit*, *ut imagines eorum aureas in larario haberet ac sepulcra eorum aditu*, *hostiis*, *floribus semper honoraret*. Flores illi perpetui circa sepulcrum faciebant ut in urna diceretur esse *perpetuum ver*. Juvenalis Satyr. VII, vs. 207.

*Di Majorum umbris tenuem & sine pondere terram*,
*Spirantésque crocos & in urna perpetuum ver*.

Sed de hisce adi *Pet. Morestellum* Pompæ Feralis Lib. VIII. capp. XIV. & XV. *Idem*.

*Tibi semper odores*] Odoratos, nempe, flores, aut etiam unguen-

*Nos tecta fovebimus ossa*
*Violis & fronde frequenti,*
*Titulúmque & frigida saxa*
*Liquido spargemus odore.*

*Non unquam sitiens* &c.] Nimirum, non tantùm sertis, seu is aliunde decerptis sepulcra ornabant, sed etiam flores circum- e serebant, plantásque diligenter irrigabant æstate, ne præ sic- interirent. *Virgilius* de Cenotaphio Hectori ab Andromache to exstructo, Æneid. III, 309.

*ibabat cineri Andromache, manésque vocabat*
*Iectoreum ad tumulum; viridi quem cespite inanem,*
*t geminas, causam lacrimis, sacraverat aras.*

hanc in rem habet *Jac. Gutherius* Lib. II. de Jure Ma-

# C. PEDONIS ALBINOVANI

## ELEGIA III.

### *Suprema Mæcenatis verba.*

SIC est Mæcenas, fato veniente, loquutus,
Frigidus, & jam jam cùm moriturus erat.
Méne, inquit, juvenis primævi, Juppiter! ante
Abruptam Bruti non cecidisse fidem!

Pecto-

NOTÆ.

1 *SIc est* &c.] Sine dubio est alia Elegia, à superiore diversa; & inscribenda mihi videtur: VERBA SUPREMA MÆCENATIS. Quòd enim ejusdem Auctoris sit, & de eadem re, propterea cum superiore conjuncta. *Scaliger.* Ejus judicium, ut sæpe alibi, sequuti sumus; nec dubitamus quin hæc reverâ ultima sint Mæcenatis verba, metris dumtaxat à *Pedone* adstricta. *Gerallus.*

*Fato veniente*] Non tantùm futuro, quod sæpe *veniens* & ἐρχόμενος significant, sed prorsus imminente, ac veluti jam in conspectu. *Idem.*

3 *Méne, inquit* &c.] Cùm in memoriam pristinam vitam revocaret, cujus florentissima pars inciderat in bella civilia, quæ cædem C. Julii Cæsaris insequuta erant; optabat se ante id tempus interiisse, quo viderat amicos suos Cæsarem & Brutum infestis signis concurrentes, cædibúsque universum Romanum Imperium, quà patebat, cruentantes. Postea etiam, saltem ante discidium Cæsaris & Antonii, mortem sibi contigisse optat, ut videbimus ad v. 7. *Idem.*

Ibidem. *Juvenis primævi*] Id est, adolescentis. Vide *Barthium* notis ad *Numatiani* Itiner. Lib. I. & animadvers. ad *Claudiani* Lib. I. de laudibus Stilichonis v. 51. & quæ nos notamus ad *Cælii Aureliani* Acutor. Lib. III. cap. 8. *Meibomius.* Verum quidem est *primævum juvenem* adolescentem propriè dici; at hîc de virili ætate, sed firma & florente usurpatur, cùm sermo sit de Bruto, eo tempore quo Julium Cæsarem occidit, & quo jam Prætor erat designatus, ut docebit *Plutarchus* in ejus vita. Si ea verba referenda essent ad ipsum Mæcenatem, scribendum foret: *méne, inquit, juvenem primævum* &c. *Gerallus.*

Ibidem.

# INTERPRETATIO

## ELEGIÆ III.

### *Qua ultima Mæcenatis verba complectitur.*

CUM mors inſtaret, hæc Mæcenas verba proloquutus eſt, jam frigido corpore, & animam mox efflaturus: O utinam jam tum, cùm M. Brutus etiamnum juvenis erat, nec adhuc fidem C. Julio Cæſari datam fefellerat, mortuus eſſem!

5 A

Ibidem. *Juppiter*] Non *turpiter*, ſed *Jupiter* habet membrana; id quod verum puto, éſtque διὰ μέσου dictum. *Catullus:*

*Doctis, Juppiter, & laborioſis.*

Idem:

*Juppiter, ut triſti lumina ſæpe manu.*

Scaliger.

*Ante auguſtam Bruti* &c.] Nemo dubitet, quin *ante auguſtam fidem Bruti*, ſit loquutio quæ ſenſu caret; mirórque *Scaligerum*, qui, ubi omnia ſana ſunt, membranas mendoſas crepat, hîc tacuiſſe; nam, vel invitis membranis, aliquid tentandum erat. Ego quidem barbariſmum, in contextu *Pedonis*, diutiùs ferre non potui; itaque pro *auguſtam* ſubſtitui *abruptam*, cùm nulla vox occurreret veſtigiis antiquæ ſcripturæ propior, & Latini *abrumpere fidem* dicant. *Tacitus* Hiſtor. Lib. IV. cap. 60. *Ceteri retrò in caſtra profugiunt, querente ſanè Civile & increpante Germanos, tamquam fidem per ſcelus abrumperent.* Non intercedo tamen quo minùs melius, ſi occurrat, aut ex membranis, aut ex ingenio, reponatur. Fidem autem dederat Cæſari Brutus ſe partibus ejus non adverſaturum, neque quidquam contrà eum moliturum; cùm poſt Pharſalicam cladem ad Cæſarem ſcripſit, atque in gratiam ab eo receptus eſt. *Plutarchus* in Bruto pag. 986. Γεγράφαντος αὐτῷ ἤδη τι σωζομένῳ καὶ κελεύσας πρὸς αὐτὸν ἐλθεῖν, οὐ μόνον ἀφῆκε τῆς αἰτίας, ἀλλὰ καὶ τιμώμενον ἐν τοῖς μάλιστα περὶ αὐτὸν εἶχεν: *cùm ſcripſiſſet, Cæſar gaviſus eſt eum eſſe incolumem, nec juſſo ad ſe venire tantùm delictum condonavit, ſed eum etiam circa ſe habuit inter eos quos maximo honore afficiebat.* Gorallus.

5 Pector

Pectore maturo fuerat puer, integer ævo,
  Et magnum magni Cæsaris illud opus.
Discidio vellémque priùs.... (Non omnia dixit,
  Incîditque pudor quæ propè dixit amor.

Sed

N O T Æ.

5 *Pectore maturo fuerat puer*] Hoc est, jam in ipsa pueritia gravitatis & prudentiæ ea specimina ediderat, quæ vel ipsos maturos senes non dedecuissent. Vide not. ad Eleg. 1, 447. Reverâ maturi judicii fuisse Brutum, ab adolescentia, liquet cùm ex eo quod C. Cæsar, periculosum cum Gallis bellum gerens, parti copiarum cum præfecerit Lib. VII. de B. G. cap. 9. tum etiam ex judicio avunculi ejus M. Catonis, qui Cypriam pecuniam Romam vehendam nemini tutiùs posse committi, quàm ei adolescenti, existimavit, ut docet *Plutarchus* initio vitæ Bruti. *Idem.*

Ibidem. *Integer ævo*] Hoc est, quasi ad ætatem adultam pervenisset; nam *integer ævo*, aut *ævi* dicitur vir integris viribus, hoc est, florente juventute, quâ ætate nec vires ampliùs crescunt, nec dum etiam minuuntur. *Virgilius* Æneid. II, 638.

*——— Vos ô, quibus integer ævi*
*Sanguis, ait, solidæque suo stant robore vires.*

Et Lib. IX, 256. dicitur Ascanius fore *integer ævi*, cùm ad ætatem adultiorem pervenisset:

*———— tum cetera reddet*
*Actutum pius Æneas, atque integer ævi*
*Ascanius.*

Ubi *Servius: Integri ævi, id est, adulescens, cui ætas integra superest. Unde Ennius* Deos ævi integros *dicit, quibus multum ævi superest.* Imò verò Dii *integri ævi* dicti, quasi τελείας ἡλικίας, hoc est, quorum viribus nihil accedit tempore, neque decedit; & Ascanius *integer ævi*, non quasi tunc fuisset, sed quando futurus erat. Liquet hoc ex vocula *actutum*, quâ præsens præmium Æneæ opponitur ei præmio, quod persoluturus esset olim Ascanius, quandóque integram ætatem attigisset. *Idem.*

6 *Et magnum magni*] Educavit enim & sustulit Brutum C. Cæsar, quem etiam in bonis suis heredem scripserat, habuítque filii loco; adeò ut cùm in Senatu trucidaretur, ab homine ingrato, ad eum dixerit, καὶ σὺ τέκνον. Videtur autem ex Tragœdia quadam dictum, ex persona Clytemnestræ ad Orestem, cùm ab ipso interficeretur; aut Eriphylæ ad Alcmæonem. *Scaliger.* De amoribus Cæsaris & Serviliæ, matris Bruti, vide *Suëtonium* in Julio Cap. L. & *Plutarchum* initio Bruti. *Geraldus.*

Ibid. *Cæsaris illud opus*] Vide not. ad Eleg. 1, 39.

7 *Disce-*

5 A pueritia maturi erat judicii, & firmi animi, haud aliter ac si ad ætatem adultam pervenisset; ita ut satis liqueret educatum illum & formatum à Cæsare fuisse. Utinam certè ante funestum discidium . . . Cetera reticuit, puduítque eum absolvere, quæ præ ami-

7 *Discedo, vellémque priùs*] Meliùs vetus tam scriptura, quàm editio: *Dissidio vellémque priùs* . . . . Est ἀποσιώπησις. Quare subjungit: *non omnia dixit.* Utinam, inquit, priùs, quàm illud dissidium gliscere inciperet. *Vellem mori*, ἑλληνικῶς dixit, pro, *utinam mortuus fuissem*, ὡς ὤφελον θανεῖν. *Scaliger.* Præstat scribere *discidio* à *discindo*, præeuntibus MSS. Codd. ut ad Lucretium notarunt *Dionys. Lambinus* & *Obert. Gifanius*, cujus vide Indicem. In quo tamen nescio cur dicat *dissidium animi esse, discidium verò corporis*; quod vel exempla quæ profert falsum esse ostendunt. Hic autem intelligit Mæcenas discidium *Antonii & Augusti*, quòd Antonio etiam amicus fuisset, aut amicos in ejus clade amisisset. Loquutionis Græcæ, cum qua Latinam confert *Scaliger*, exemplum accipe ex *Hesiodo* Oper. & Dier. vers. 173.

Μηκέτ' ἔπειτ' ὤφειλον ἐγὼ πέμπτοισι μετεῖναι
Ἀνδράσιν, ἀλλ' ἢ πρόσθε θανεῖν, ἢ ἔπειτα γενέσθαι.

*O utinam ego quintis non interessem hominibus, sed priùs mortuus essem, aut post nascerer!* Verùm non capio cur hic ἑλληνισμὸν quærat, conferátque *mori* cum θανεῖν, nam Latina illa vocula nusquam hîc legitur, nec quidquam obstat quominùs hanc integram esse sententiam abruptam dicamus: *vellem* interiisse *priùs discidio*; éstque hæc dictio non minùs Latina, quàm Græca. Itaque hîc quidem aliud agebat vir magnus. *Idem.*

8 *Incidítque*] Hoc est, eum Augusti amicitiam reveritum puduit dicere quæcumque cogitabat de calamitatibus, cædibúsque amicorum, in bellis civilibus, quæ à Julii Cæsaris morte, cum magna nominis Romani strage & infamia gesta erant. Nimirum, Mæcenati, ut jam monuimus, eâ horâ, quâ, ut ille ait, *detrahitur persona, manet res*, dolebat vitam suam in ea incidisse tempora, quibus tot præclari homines occisi fuerant; quamvis tandem Augusti partes, quibus favebat, superiores fuissent. Vir humanissimæ indolis de tot cædibus, quibus interfuerat, sine mœrore cogitare non poterat. Humanitatis ejus singulare exemplum attulimus ad El. 11, 3. eámque commendat *Pedo* vss. ejusdem Elegiæ 15. 16. Porrò notum est apud Latinos *sermonem incìdere* id dici, quod eum abrumpit. *Livius* Lib. XXXII. cap. 37. *Legati dein Regis intromissi, quibus longiorem exorsis orationem, brevis interrogatio, cessurúsne iis tribus urbibus esset, sermomonem incidit; cùm mandati sibi de his nominatim negarent quidquam.* Idem.

L 9 Sed

Sed mansuetior erat moriens, quaerebat amatae
    Conjugis amplexus, oscula, verba, manus.)
Si tamen hoc satis est, vixi te, Caesar, amico,
    Et morior, dixit; dum moriarque satis.
Mollibus ex oculis aliquis tibi procidat humor,
    Cum dicar, subita voce, fuisse, tibi.

Hoc

## NOTÆ.

9 *Sed mansuetior erat moriens*] Purus putus Hellenismus. [illegible] *Scaliger.* Verissime Hellenismum hic esse vidit vir summus. Sed cur non vertit *moriens*, θνῄσκων? Loquitur certe *Poeta* non de animi deliquio, sed de ipsa morte. *Gevartius.*

Ibidem. *Quaerebat amatae conjugis* &c.] Terentiae ei nomen erat. Ea fuit mulier morosissima, & importunis moribus. Cum ea saepe lites habuit, saepe in gratiam rediit Maecenas. Itaque salsè dixit *Seneca* eum millies unam duxisse uxorem. Ut ex hac historia interpretanda sit lex XXIV. Tit. de don. inter virum & uxorem. *Scaliger.* Locum *Senecae* de Terentia ex Lib. de Providentia Cap. III. jam protulimus ad v. 34. Eleg. I. At Epist. CXIV. prolatis Maecenatis verbis, ait *hunc esse, qui uxorem millies duxit, cum unam habuerit.* Vide & alia quae de Terentia collegit *J. H. Meibomius* Maecenatis Cap. XXVII. *Idem.*

11 *Si tamen hoc satis est*] Quasi diceret: vixi amico Caesare, si tamen hoc satis sit, ut felicem vitam exegisse censear. Quod non putabat Maecenas, ut superiora satis ostendunt. *Idem.*

12 *Dum moriárque satis*] Τὸ *satis* conclamatum est. *Plautus* Captivis:

> *Liber captivos avis ferae consimilis est.*
> *Semel fugiendi si data est occasio,*
> *Satis est; numquam postilla possis prendere.*

Scaliger. Nihil hic simile esse crediderim, sed repetitionem dumtaxat prioris satis: satis habere debeo si Caesar amicus per totam vitam fuerit, satis si morienti etiamnum amicus sit. In loco etiam *Plauti* non esse quod in eo quaerit vir summus si dixero, nihil dixero quod non cuivis satis liqueat. Verum hic praeterea quod non quilibet illico videat latere puto. Nimirum, Augustus, quae fuit viri, cetera laudati, libido, sub finem vitae Maecenatis, amore uxoris ejus Terentiae exarserat; qua de causa, cùm meritò Maecenati hoc displicere putaret, coepit in Maecenatem minùs esse gratus. *Dio* ad annum U.C. DCCXXXVIII. de discessu Augusti in Galliam:

Καὶ

amicitia propemodum dixerat. Sed cùm moribundus esset, quærebat Terentiæ [10] suæ sermones, oscula atque amplexus; iterúmque, satis mihi esse debet, inquiebat, quòd vitam te, ô Auguste, amico exegi, & quòd amicus tibi morior. Lacrimas cohibere non poteris, cùm subitus tibi mortis meæ nun-

Καί τινες καὶ διὰ τὴν Τερεντίαν τὴν τοῦ Μαικήνου γυναῖκα ἀποδημῆσαι αὐτὸν ὑπετόπησαν· ἵν᾽ ἐπειδὰν πολλὰ περὶ αὐτῶν ἐν τῇ Ῥωμῃ ἐλογοποιεῖτο, ἄνευ θορύβου τινὸς ἐν τῇ ἀποδημίᾳ αὐτῇ συνῇ· οὕτω γὰρ δὴ πάνυ αὐτῆς ἤρα, ὥστε καὶ ἀγωνίσασθαί ποτε αὐτὴν περὶ τοῦ κάλλους πρὸς τὴν Λιουΐαν ποιῆσαι. *Et quidam etiam propter Terentiam Mæcenatis uxorem peregrè ivisse suspicati sunt, ut quoniam multi Romæ de ipsorum amore sermones essent, sine ullo strepitu, in peregrinatione cum ea congrederetur. Usque adeò enim eam amabat, ut aliquando curasset eam de forma cum Livia certare.* Utque intelligas propterea Mæcenatem ei minùs placuisse, addit *Dio*, ab eo Urbi atque Italiæ præfectum, non Mæcenatem, sed Taurum, quia cùm Agrippam in Syriam misisset, τῷ Μαικήνᾳ διὰ τὴν γυναῖκα οὐκέθ᾽ ὁμοίως ἔχαιρε, *Mæcenas, propter uxorem, non amplius ei gratus erat, ut antea.* Ideò hic dixit Mæcenas *satis esse*, si amico Cæsare moreretur, quod subobscurè ostendit fuisse occultius aliquod frigus. Reverâ, magni ejus amicitiam fecit Mæcenas, aut vehementer hominem timuit, quem heredem scripsit; quo facto, ab homine ingrato luctum ac lacrimas, post mortem, extorsit, ut docet *Dio* eodem Lib. LV. ubi narrat mortem Mæcenatis. *Idem.*

13 *Mollibus ex oculis*] *Molles oculos* dixit pro amatoriis. *Barthius* animadvers. ad *Claudiani* Nuptias Honorii & Mariæ, v. 5. *Meibomius.* Quamvis non negarim molles oculos aliquando pro amatoriis sumi, hîc tamen oculos potiùs lugentis significari existimo. Luctu enim & dolore mollescimus, quo fit ut *Propertius* Lib. III. El. 13. Amphionem *lacrimis mollem* vocet:

*Et durum Zethum & lacrimis Amphiona mollem,*
*Experta est stabulis mater abacta suis.*

14 *Cùm dicar subitâ voce fuisse tibi*] Hoc est, tuus fuisse. *Valerius Cato* in Diris:

*Et vobis nunc est mea quæ fuit ante voluptas.*

Item:

——— *mea quod formosa puella*
*Est vobis.*

Scaliger. Series orationis est: *cum dicar tibi, subitâ voce, fuisse*; hoc est, cùm subitò mortuus esse tibi nunciabor. Conjungendum tibi

Hoc mihi contingat, jaceam tellure sub æqua,
Nec tamen hoc ultra me potuisse velim.
Sed meminisse velim, vivam sermonibus; illic
Semper ero, semper si meminisse voles.
Et decet, & certè vivam tibi semper amicus,
Nec tibi qui moritur desinit esse tuus.
Ipse ego quidquid ero, cineres, intérque favillas,
Tunc quoque non potero non memor esse tui.

Exem-

## NOTÆ.

*tibi* cùm *dicar*, non cum *fuisse*. Vidisset hoc multò indoctior *Scaligero*, qui hîc præter modum festinavit. Nemo nescit *fuisse* dici κατ' εὐφημισμὸν eos qui mortui sunt. *Plautus* Captivis Act. III. S. 3. v. 1. *Nunc illud est, cùm me fuisse, quàm esse nimio mavelim*; hoc est, mortuus esse, quàm vivere. Ad quem locum vide *Frid. Taubmanni* collectanea. *Gorallus.*

16 *Nec tamen hoc ultra* &c.] Nolebat gratiam suam, apud Augustum, post mortem valere; qualia cupiunt qui morientes multa amicis mandant, minimè contenti iis quæ ab amicis vivi abstulerunt. Sic se in ipso testamento gessit Mæcenas, ut docet *Dio* Lib. LV. qui postquàm dixit scriptum ab eo heredem Augustum fuisse, sic pergit: καὶ ἐπ' αὐτῷ πλὴν ἐλαχίστων ἐποιήσατο ἄν τέ τινι τῶν φίλων αὐτοῦ δοῦναί τι ἐθελήσῃ, ἄν τε καὶ μή. *exceptis minimis, potestatem ei fecit, utrum aliquid vellet dare amicis, an secus.* Idem.

Ibidem. *Me potuisse velim*] Vetus scriptura, *te potuisse*. Hoc est, nec ultra aliud à te peto, quàm ut per te liceat mihi jacere, sub terra æqua. Legendum verò, & sententiâ & eadem veteri scripturâ postulante: *hoc mihi contingat*. Scaliger.

17 *Sed meminisse velim*] Sic passim moribundi. Augustus ipse *in hac voce defecit*, ut habet Suetonius cap. XCIX. *Livia, nostri conjugii memor vive, ac vale.* Frustra sanè non optavit Mæcenas Augustum sui memorem esse, ut docet *Dio* Lib. LV. ubi, morte Mæcenatis narratâ, ἰσχυρῶς, inquit, αὐτὸν ἐπόθησε, *vehementer eum desideravit.* Rationem desiderandi mitissimi viri hanc potissimùm profert Historicus, quòd naturâ iracundiorem Augustum ad mansuetudinem revocaret: Τοῦ δὲ δὴ Μαικήνου τελευτήσαντος ἤλγησε· πολλὰ μὲν γὰρ καὶ ἄλλα ἀπ' αὐτοῦ ἀπώνητο (ὅθεν καίπερ ἱππεῖ αὐτῷ ὄντι καὶ τὸ ἄστυ ἐπὶ πολὺν χρόνον ἐπέτρεψε) μάλιστα δὲ ὁσάκις ἀκρατεστέρῳ τῷ θυμῷ ἐχρῆτο· τῆς τε γὰρ ὀργῆς αὐτὸν ἀεὶ παρέλυε, καὶ ἐς τὸ ἠπιώτερον μεθίστη. *Mæcenate mortuo doluit, nam cum in aliis multis rebus usui ei fuerat (quamobrem*

*quam-*

ncius aderit. Hoc unum nunc opto, ut sub terra i jacere mihi liceat; nec velim ultra rogum gratiâ ¡ue opibus valere, sed velim te meminisse mei; od si à te impetravero, in ore tuo vivam, atque um semper ero, si semper nostri memor sis. Dete profectò amici memoriam colere, & de me, amico, semper loqui; neque enim qui sibi rtuus est, vitâ in amicitia tua exactâ, desinit pterea amicorum tuorum numero censeri. Ego ò, si quis sit Manibus post mortem, in cineribus avillis, sensus, non potero non tui recordari.

Tuo

*vvis esset tantùm eques, Urbem in longum tempus ei commisit) sed tum rtim cùm vehementiore ira commotus erat. Nam eum semper ab ira bat & ad mitiora traducebat.* Deinde subjicit exemplum allatum leg. II, v. 3. *Gorallus.*

) *Vivam tibi semper amicus*] Hoc est, numquam intermoriar in nonibus tuis, quibus me amicissimum tibi fuisse semper comnorabis. Non falsus vates fuit Mæcenas, si credimus *Senecæ*, qui oquitur Lib. VI. de Beneficiis cap. 32. *Divus Augustus filiam, ulrudicitia maledictum, impudicam relegavit & flagitia principalis dein publicum emisit. Deinde cùm, interposito tempore, in locum iræ sset verecundia, gemens quòd non illa silentio pressisset, quæ tamdiu erat, donec loqui turpe esset, sæpe exclamavit:* Horum mihi nihil lisset, si aut Agrippa, aut Mæcenas vixisset. *Adeò tot habenti milnminum, duos reparare difficile est.* Idem.

) *Nec tibi qui moritur* &c.] *Casp. Barthius* legit *sibi*, Adversf. Var. XXIII. cap. 17. *Meibomius.* Acutè, nec dubitavimus ita repo:; cùm absurdum sit dicere eum non desinere esse alicujus, qui noritur. Vult Mæcenas, se sibi mortuum, tamen non intermorum in memoria Augusti, sed quasi ejus amicum semper memolum. Est, nimirum, elegans oppositio inter sibi mortuum & co viventem. Contrà *vivere sibi* dicitur, qui sui causâ vivit, alios curat. *Ovidius* Tristium Lib. III. El. IV, 3.

*Usibus edocto si quidquam credis amico,*
*Vive tibi, & longè nomina magna fuge.*
*Vive tibi, quantùmque potes prælustria vita.*
Gorallus.

2 *Tunc quoque non potero*] Intelligendum, si quis sit umbris sen, si qua memoria. *Idem.*

 23 Exem-

Exemplum vixi, propter te, molle beatè,
  Unus Mæcenas téque ego propter eram.
Arbiter ipse fui, volui quod contigit esse,
  Pectus eram verè pectoris ipse tui.
Vive diu, mi care Senex, pete sidera serò,
  Est opus hoc terris, te quoque velle decet.

Et

## NOTÆ.

23 *Exemplum vixi* &c.] Putarem legendum esse.

> *Exemplum vixi te propter nobile, & ob te*
> *Unus Mæcenas, teque ego propter eram.*

Scaliger. Nihil mutarim, hæc enim tam simplicia verba videntur esse fermè ipsæ voces Mæcenatis, non quærentis elegantiores; nisi quòd metro adstrictæ sunt, quàm paucissimis additis, aut demtis. Sententia est: per te factum est, ut beatè vixerim, & mollitiei exemplum; hoc est, iis bonis me cumulasti, ut post tuas victorias mollissimam vitam egerim. Turpe est viro, inquies, *mollitiem* suam veluti jactare, ut hìc facit Mæcenas. At hoc fuit ejus *simplicitatis*, de qua diximus ad vers. 22. El. 11. nec moriens verbis dissimulare voluit, quod vitâ semper professus erat. *Exemplum molle* hîc dicitur, ut Eleg. 1, 13. Drusus dictus est *exemplum venerabile*. Gorallus.

24 *Teque ego propter eram*] Hoc est, ita tibi amicus fui, ut propter te solum me esse ac vivere gauderem; quæ est summi amoris significatio. Suspicatus sum aliquando legendum *unum Mæcenas téque ego propter eram*; sed nihil obstat quominùs dicat se unum propter Augustum fuisse; hoc est, omnium amicorum Augusti unum, qui se [illegible] vivere, non utilitatis causâ, quam ex Augusti amicitia ca[illegible] propter ipsum, quem amabat. Sanè *plerique amicos, tam*[illegible] *potissimùm diligunt, ex quibus sperant se maximum* [illegible]*os. Ita pulcherrima illa & maximè naturali carent ami*[illegible]*propter se expetenda.* Verba sunt *Ciceronis* de Amicitia, [illegible] plura hanc in rem. Profectò Mæcenas acquievit in ami[illegible], nec honores, quos ab eo facilè impetrasset, concupi[illegible] ejus affectibus adulatus est, ut iis in rem suam abuteretur. [illegible] ἐκεῖνο τὸ τοῦ Μαικήνου ἀρετῆς δεῖγμα ἦν, ὅτι τῷ τε Αὐγούστῳ, [illegible] πρὸς τὰς ὁρμὰς αὐτοῦ ἀνθιστάμενος, ᾠκείωτο, καὶ τοῖς ἄλλοις [illegible] ἠρέσκετο, πλεῖστόν τε παρ' αὐτῷ δυνηθεὶς, ὥστε πολλοῖς καὶ τι[illegible] καὶ ἀρχὰς δοῦναι, οὐκ ἐξεφρόνησεν, ἀλλὰ τῷ τῶν ἱππέων τέλει κατεβίω. [illegible]*m id virtutis Mæcenatis indicium erat, quòd quamvis Augusti cu*[illegible] *resisteret, ei familiaris erat, & aliis omnibus probabatur; &*

quòd

o beneficio, vitam voluptatibus diffluentem exegi, ue inter amicos tuos unus tui solius causâ me vi-e gavisus sum. 25 Arbitratu meo potui quosvis iores consequi, sed natali sorte contentus in eque-ordine manere malui; nec eo seciùs me tibi arctis-â amicitiâ conjunctum esse voluisti. At tu, mi care iex, quàm diutissimè vive, nec cœlum, nisi serò, o. Tua præsentia etiamnum indiget humanum us, cui hoc à te concedi beneficium par est. In-

*cum plurimum apud hunc posset, adeò ut multis honores & imperia it, animo minimè elatus est, sed in equestri ordine vitam exegit.* 1.

*Arbiter ipse fui*] Meo arbitratu eligere potui quos honores in iblica consequi vellem.

*lui quod contigit esse*] Natus eram eques Romanus, in eo ordine te meâ manere volui. Vide ad vers. 24. & ad Eleg. 11, 31. In-a

*Vitam quæ faciunt beatiorem,*

ioc quoque:

*Quod sis esse velis, nihilque malis.*

*tialis* Lib. x, 47. Attamen Mæcenas se beatam vitam exegisse non bat, ut liquet ex initio Elegiæ. Sed à morte Julii Cæsaris, ad tem M. Antonii suo arbitrio vitam non duxerat. *Idem.*

6 *Pectus pectoris*] Notius est & *cor* & *pectus* sumi pro *animo*, quàm robatione res indigeat. Jam autem *animus* vocatur à blandienti-:æpe amicus, quasi amici corpus animaret. Sed blanditiæ majo-:runt & quæ redoleant calamistros Mæcenatis, si *animum* eum si vocarit, quasi animo id esset quod animus ipse est corpori. *Idem.*

7 *Pete sidera serò*] *Ovidius* Trist. Lib. 1. Eleg. 1.

*Optavi peteres cœlestia sidera tardè.*

atius Carm. Lib. 1. Od. 11, 45.

*Serus in cœlum redeas, diúque*
*Lætus intersis populo Quirini.* Scaliger.

le votum *Ovidii* Metamorph. xv, 868. quod respexit, loco à Sca-ro allato:

*Tarda sit illa dies, & nostro serior ævo*
*Quâ caput augustum, quem temperat, orbe relicto,*
*Accedat cœlo, faveátque precantibus absens.*

Et tibi succrescant juvenes bis Cæsare digni,
Et tradant porrò Cæsaris omne genus.
Sit secura tibi quàm primùm Livia conjux,
Expleat amissi munera rapta gener.

Tum,

## NOTÆ.

29 *Et tibi succrescant* &c.] *Tibullus* ita loquitur Lib. I. El. VIII.

*At tibi succrescat proles, quæ facta parentis*
*Augeat & circum stet venerata senem.*

Metaphora à stolonibus, seu pullis arborum, earum stipitibus adnascentium. Hoc enim est *subcrescere* & *subolescere*, unde soboles παραφυάδες. *Scaliger.*

Ibidem. *Juvenes bis Cæsare digni*] C. & L. Agrippæ. Hi adoptati fuerunt ab Augusto. *Bis Cæsare dignos* dicit, primùm quòd Agrippæ generi Augusti filii; deinde quòd ab ipso Augusto adoptati. *Idem.* De hisce consulendus vir eminentissimæ dignitatis ac doctrinæ *Henr. Norisius*, ad Cenotaphia Pisana C. & L. Cæsarum, Dissert. II. cap. 2. ubi & hos versiculos profert, & verba *bis Cæsare dignos* interpretatur, cùm sanguinis conjunctione, tum virtutum similitudine patre Augusto dignissimos. Malim non alia de causa *bis dignos* dici Cæsare, nisi quòd duo essent; qui si in viros fortes evaderent, Julia dici potuisset *bis* peperisse *Cæsare dignos.* Gorallus.

30 *Et tradant porrò Cæsaris omne genus*] Sanè, sic lego: *& trudant porrò*; ut persistat in metaphora subcrescendi. Nam porrò trudi dicuntur gemmæ arborum & stolones, cùm incipiunt exsistere è cortice. *Scaliger.* Malim *tradant*, qua metaphora elegantissimè usus est, in re simili *Lucretius.* Sic Lib. IV. p. 563. Ed. Lambin. ubi de nescio quibus primordiis, quæ à patribus in filios transire vult.

*Quæ patribus patres tradunt à stirpe profecta.*

Et Lib. II. gag. 158.

*Inque brevi spatio mutantur sæcla animantum,*
*Et quasi cursores vitaï lampada tradunt.*

Similiter *tradere porrò genus* Cæsaris, est ejus stirpem ad posteros propagare, quam patres patribus tradunt, veluti de manu in manum. Notum est *porrò* non minùs esse adverbium temporis, quàm loci aut ordinis, & significare postea. Pro *omne genus*, aliæ Editiones habent *usque genus*, quod non damnarim, imò melius crediderim; nam *usque* est hîc *semper*, *in perpetuum.* Idem.

[redacted]

31 *Sit*

Interea duo M. Agrippæ filii C. & L. Cæſares nepotes tui, quos adoptaſti, adoleſcant, in viros avo ſuo dignos evadant atque 30 ad ultimam poſteritatem, numeroſâ ſobole, Juliam gentem propagent. Quàm primùm etiam Livia, conjux tua, videat nepotes ex Tiberio & Julia; dum gener tuus eadem officia tibi præſtat, quæ an-

31 *Sit ſecura tibi* &c.] Vetus Editio:

*Et tibi ſecuro cumprimum Livia conjux.*

Puto:

*Sit tibi ſecuro ſupremùm Livia conjux.*

*Supremùm* εἰς τέλος. *Scaliger.* Malim quod editum eſt, hoc ſenſu: quàm primum Livia conjux ſit ſecura de ſtirpe tua, per Tiberium etiam propaganda, liberis ex Julia ſuſceptis. *Gorallus.*

32 *Expleat amiſſi* &c.] Expleat defectum amiſſi Marcelli Agrippa, cujus filios tu adoptaſti. Manifeſtò ergo intelligit filios Agrippæ, qui adoptati fuerunt ab Auguſto & Cæſares declarati, ut ait Tacitus. Et *Ovidius* de iiſdem intellexit:

*Cæſare victuro Cæſaribúſque precor.*

Quare errat bonus *Domitius*, qui de Tiberio & Germanico intelligendum putat. *Scaliger.* Erravit, fateor, bonus *Domitius*; ſed & ipſe dormitabat optimus *Scaliger*, cùm Mæcenatem morientem vota pro Agrippa concipere ſomniabat, ut oſtendimus ad Eleg. 11, 1. Præterea frigida fuiſſent hæc vota, poſt natos Agrippæ liberos, & tot res ab eo geſtas; cùm in Marcello nihil, præter ſpem, amiſiſſet Auguſtus. Hic gener à quo *amiſſi munera expleri* optat Mæcenas eſt Tiberius, qui propterea gener ab Auguſto eſt electus, ut humeros ſubjiceret oneri quod tulerat Agrippa. Audi vel unum Dionem Lib. LIV. Ὡς γοῦν ὁ Ἀγρίππας, ὅνπερ που δι' ἀρετὴν ἀλλ' οὐ δι' ἀνάγκην τινὰ ἠγάπα, ἐτεθνήκει, καὶ συνεργοῦ πρὸς τὰ πράγματα πολὺ τῶν ἄλλων καὶ τῇ τιμῇ καὶ δυνάμει προφέροντος, ὥστε καὶ ἐν καιρῷ καὶ ἄνευ φθόνου καὶ ἐπιβουλῆς πάντα διαχειρίζεσθαι, ἐδεῖτο, τὸν Τιβέριον καὶ ἄκων προσείλετο· οἱ γὰρ ἔκγονοι αὐτοῦ ἐν παισὶν ἔτι καὶ τότε ἦσαν. καὶ προαποσπάσας καὶ ἐκείνου τὴν γυναῖκα, καίτοι τοῦ τε Ἀγρίππου θυγατέρα ἐξ ἄλλης τινὸς γαμετῆς οὖσαν, καὶ τέκνον τὸ μὲν ἤδη τρέφουσαν, τὸ δὲ ἐν γαστρὶ ἔχουσαν, τήν τε Ἰουλίαν οἱ ἠγγύησε, καὶ ἐπὶ τοὺς Παννονίους αὐτὸν ἐξέπεμψε: *Cùm igitur obiiſſet Agrippa, quem propter virtutem, non neceſſitudinis causâ, amabat, cùm opus haberet adjutore aliquo ad negotia, qui ceteris & honore & potentiâ multùm excelleret, ut omnia in tempore, & ſine invidia ac inſidiis fierent, adſumſit etiam invitus Tiberium (ejus enim nepotes adhuc pueri erant) & divulsâ ab eo uxore, quamvis eſſet filia Agrippæ ex alia quadam conjuge, & filium ex eo natum aleret, alterúmque fœtum utero gereret, Juliam ei conjunxit, ac contra Pannonios emiſit.* Gorallus.

 33 Tum

Tum, Deus in terris Divis insignis avitis,
  Te Venus in patrio collocet alma sinu.

## NOTÆ.

33 *Tum Deus*] Sic reposui pro *cùm*, quod carebat sensu. Augustus, etiamnum in terris, Deus vocabatur ab adulatoribus omnis generis, non Græcis tantùm sed & Romanis. *Horatius* cùm alibi, tum Ep. 3. Lib. II. vers. 15.

> *Præsenti tibi maturos largimur honores,*
> *Jurandásque tuum per nomen ponimus aras.*

Aut potiùs *per numen*, ut habent nonnulli antiqui Codices.

*Divis insignis avitis*] Ob gentem Juliam, quæ originem suam ad Venerem referebat. Julius Cæsar Quæstor, in oratione habita in funere Juliæ amitæ, *jactavit paternum genus cum Diis immortalibus conjunctum esse.* Idem.

34 *In patrio collocet alma sinu.*] Hoc est, mensæ Deorum admotum, in sinu Divi Julii accumbere jubeat; notum enim est Ethnicos ἀποθέωσιν describere sub imagine ejuscemodi accubationis. Vide de Augusto allatos *Horatii* versiculos ad Eleg. II, 119. Sic & *Virgilius* Æneïd. I, 83. Æolum inducit dicentem:

C. PE-

ntea Agrippa præſtabat. Tum demum, poſtquàm iu in terris Deus habitus fueris atque à Diis oriundus, : Venus, à qua genus ducis, conviviis Superorum adioveat, atque infra Julium Cæſarem accumbere ju:at.

——— *tu das epulis accumbere divûm.*

bi Servius: *Hoc eſt, Deum me facis. Duplici enim ratione divinos hores meremur, Dearum conjugio & convivio Deorum; nam in Bucolicis gimus:* nec Deus hunc mensâ, Dea nec dignata cubili eſt. Vide & iæ notavit *Joan. Clericus* in Artis Criticæ P. II. S. I. c. x, 12. Colcatura autem Auguſtum in ſinu Julii Cæſaris fingitur Venus, quia :cumbentes eos ante ſinum ſuum ſeu infra ſe jubebant accumbere, in odem lecto, quos præ ceteris amabant, ut liquet vel ex hiſtoria Evanelica Joan. XIII, 23. ad quem locum adito Interpretes, & virum oćtiſſimum *Petrum Ciacconium* de Triclinio, pag. 50. Ed. Amſtelod. inc petitâ tranſlatione *ſinus Abrahami* dicitur locus quem Lazarus cœna cœleſti, quæ imago eſt, etiam in Sacris Litteris, ſummæ atitudinis, obtinebat; ut ſignificet Chriſtus hominem pauperem oneſtiſſimum locum, apud conditorem gentis Abrahamum, poſſe nete, hoc eſt, beatiſſimum eſſe, quamvis contemtiſſimus ac mitrimus fuiſſet. Verùm hæc non ſunt hujus loci. *Idem.*

IN-

# C. PEDONIS ALBINOVANI

## FRAGMENTUM

### *De navigatione Germanici per Oceanum Septemtrionalem.*

JAM pridem post terga diem, solémque relictum,
Jam pridem notis extorres finibus orbis,
Per non concessas audaces ire tenebras,
Hesperii metas, extremáque littora mundi.

Nunc

NOTÆ.

1 *Jam pridem* &c.] Hoc fragmentum nobis servavit *Seneca*, Suasoria I. quod antequàm recitet ita præfatur: *Latini declamatores, in Oceani descriptione, non nimis viguerunt; nam aut tumidè scripserunt, aut incuriosè. Nemo illorum potuit tanto spiritu dicere, quanto Pedo, qui, navigante Germanico, dixit:* Jam pridem &c. Respicit ad navigationem Oceani, quam tentavit Germanicus Drusi F. & quam describit *Tacitus* Annal. Lib. II. cap. 23. Itaque laudes filii cecinit Pedo, viginti quatuor annis, postquàm lugubrem Elegiam in honorem patris Drusi fecisset. Ceterùm hæc sunt præter modum tumida, ut fermè omnia quæ eo sæculo dicta sunt de septemtrionalibus populis & regionibus; sicut ex *Taciti* libris de moribus Germanorum, & de vita Agricolæ intelligere licet. *Gorallus.*

Ibidem. *Post terga diem* &c.] Quasi procul ab Amisiæ ostio in glacialem Oceanum navigassent, qui ne Cimbricam quidem Chersonesum præteriisse videntur. Non falsò tamen à tergo solem relinquere dicuntur, qui ad septemtriones cursum dirigunt; vultu enim in eam plagam converso, solem à tergo habent. Ceterùm rectè observarunt viri docti deesse verbum, à quo hic versus pendet; nec scio an omnes hi versus, unâ serie, nullóque interposito, legerentur. *Gorallus.*

Ibidem. Sic *Claudianus* Lib. III. in Rufinum: *mundum post terga relictum.* Prudentius in Cassiano:

*Et post terga domum dubia sub sorte relictam,*

& in

# INTERPRETATIO

## FRAGMENTI

### *De navigatione ſeptemtrionali Germanici, anno* U. C. DCCLXIX. *Aera Vulg.* XVI.

DUDUM relicto ad tergum ſole, dum in ſeptemtriones vela damus, & noti antea orbis fines egreſſi audemus per tenebricoſum aërem, curſu hominibus illicito, ad occidentis fines, extremáque orbis littora navigare. Jam ſulcamus

& in Hamartigenia:

——— *Poſt terga tenebras*
*Liquerunt.*

Spartianus in Severo: *quas poſt tergum relinquebat provincias.* Schottus.

2 *Notis extorres finibus* &c.] Reverâ Germanicus ignotam Græcis & Romanis, niſi famâ, partem Oceani navigabat. *Gorallus.*

3 *Per non conceſſas* &c.] Vide ad verſ. 20, & ſeqq.

*Tenebras*] Cùm æſtate *adultâ*, ut habet *Tacitus* Annal. Lib. II. cap. 23. hæc navigatio fieret, Romani mirari potiùs debuerunt longiores arctoi cœli dies, quàm inſolitas tenebras. Quod *Tacito* ignotum non fuit, qui ſic loquitur Germaniæ Cap. XLV. *Trans Suïonas aliud mare, pigrum ac prope immotum, quo cingi claudique terrarum orbem hinc fides; quòd extremus cadentis jam ſolis fulgor in ortus edurat, adeo clarus ut ſidera hebetet.* Similia etiam habet in vita Agricolæ cap. XII. Sed *Pedo* noſter poſtquàm dixerat ſolem à tergo relictum, credebat quò longiùs iretur, eo majorem eſſe oportere noctem; quod de ſolo hiberno tempore dici poteſt. *Idem.*

4 *Heſperii metas* &c.] Sanè Friſiæ littora ſunt extremi fines noſtræ continentis ad Occidentem, eo in climate; ſed Britannicæ inſulæ, ut omnes norunt, magis ad occidentem ſolem vergunt. At iis temporibus, non ita periti erant Geographiæ. *Idem.*

*Extremáque littora*] Hinc *extremi homines* dicti quicumque ejuſmodi παραθαλάσσια incolebant, ut oſtendit *Stephan. Clericus* Quæſt. Sacr. VII. *Idem.*

5 Nunc

Nunc illum pigris immania monſtra ſub undis
Qui ferat Oceanum, qui ſævas undique priſtes,
Æquoreóſque canes ratibus conſurgere prenſis.
Accumulat fragor ipſe metus, jam ſidere limo
Navi-

N O T Æ.

5 *Nunc illum*] Intelligendum, navigamus, aut ſimile quidpiam, quod fortè expreſſum fuit in proximè ſuperioribus verſibus; neque enim hic verſus videtur conjunctus fuiſſe cum quarto. *Idem.*

Ibid. *Pigris*] Hoc eſt, glacie adſtrictis. Vide locum *Taciti* allatum ad verſ. 3. Quia *pigri* ægrè moventur, ideò *pigra* dicuntur immobilia. *Idem.*

Ibid. *Immania monſtra*] Ex præteritorum ſæculorum, per id mare, navigationibus vera hæc eſſe conſtat; & jam inaudiverant Romani à Batavis, qui & ipſi habebant ab iis qui Norvagiam, illo ævo, incolebant. Sed Germanici triremes ad mare illud, in quo capiuntur Balænæ, non acceſſerunt. *Idem.*

6 *Priſtes*] Sic conſtat dictos ingentes piſces, non verò *piſtrices*, quæ mera eſt depravatio, licèt fortè uſu vulgi obtinuerit. Inde dictum genus navigii, quod formam ejus piſcis referebat. *Nonius Marcellus*, de genere navigiorum: PRISTIS, *navigii genus; à forma priſtium marinarum, quæ longi corporis ſunt, ſed anguſti. Claudius rerum Romanarum Lib.* XII. Quinque priſtis; navigium eâ formâ à marina bellua dictum eſt. *Virgilius Lib.* V. Velocem Mneſtheus agit acri remige priſtin; *&*, Frons hominem præfert, in priſtin deſinit alvus. *Plinius* Lib. IX. cap. 3. *Plurima autem & maxima in Indico mari animalia, è quibus balænæ quaternûm jugerum, priſtes ducenûm cubitorum.* Eſt piſcis in Indico mari, itémque in Americano, ex cujus ore eminet gladius oſſeus dentatus, ſerræ inſtar, cujus figuram exibuit *Gulielmus Piſo* Hiſtor. Nat. Indiæ Lib. III. Tanta eſt in eo vis, ut balænas ipſas gladio ictas proſternat. Quiſquis figuram viderit, aut etiam ipſum gladium, quales multi in Cimeliarchiis atque in Tabernarum ornamentis conſpiciuntur, dubitare non poterit quin dictus ſit hic piſcis πρίστης, aut πρίστις, ἀπὸ τοῦ πρίζειν, id eſt, *ſerrâ dividere*, hoc enim habet planè ſingulare. Attamen aliter cenſet *Cl. Salmaſius* ad *Solinum* pag. 713. Edit. Ultraject. Eo enim judice, *priſtes* & *phyſeteres*, quod ad nomen attinet, idem ſignificant; nam Græcè πρῆστις eſt ἀπὸ τοῦ πρῆσαι, quod ſignificat φυσῆσαι, *flare*; unde δάκρυ ἀναπρήσας, quod Grammatici exponunt ἀναφυσήσας. Hinc πρηστὴρ vehemens ventus & turbo, ſive procella. *Arrianus* in Indicis, de hujusmodi phyſeteribus: καὶ λέγει Νέαρχος, ὁπότε ἀπὸ Κυΐζων παρέπλεον ὑπὸ τὴν ἕω ὀφθῆναι ὕδωρ ἄνω ἀναφυσώμενον τῆς θαλάσσης οἷά περ ἐκ πρηστήρων βίᾳ ἀναφερόμενον: *dicit etiam Nearchus cùm ex Cyizis navigarent,*

*ſub*

camus 5 Oceanum, qui ſub gelidis fluctibus immania monſtra alit, & ſævas præſertim priſtes, ac canes marinas, quæ naves ipſas conſcendere nituntur. Metum noſtrum auget ſonitus ingens maris, & quod in limo ſidere ſubitò, aquâ defi-
cien-

*ſub aurora conſpectam eſſe aquam ſurſum efflatam, quaſi turbinum vi ſublatam.* Nec quemquam movere debet, ut ille putat, quod πρί-στεις etiam inveniuntur dictæ; non enim ἀπὸ τοῦ πρίζειν, à *ſcindendis* fluctibus appellatas; ſed eſſe vitium ſcripturæ pro πρήστεις, ut πρίων, pro πρηὼν *mons excelſus* & talia, & πρήστεις Oppiano rectè ſcribi. Hæc *Salmaſius*. Verùm tametſi Indico piſci, de quo diximus, ſunt ſpiracula duo per quæ aquam efflat, non videmus tamen eum cum phyſeteribus confundi, inſignisque *ſerratus enſis*, quo præditus eſt, potiùs perſuadet verum nomen eſſe ἀπὸ τοῦ πρίζειν, mendoſamque habendam ſcripturam, quam meliorem putat vir ſummus. Ac ſanè apud *Oppianum* Halieut. Lib. 1, 370. ſi codices nonnulli habent πρῆ-στις, alii legunt πρίστις, ut liquet ex editione *Conr. Rittershuſii*. Quod verò attinet ad auctoritatem *Servii* ſcribentis ad Æn. III, 427. *Si navem intelligis, hæc* priſtis; *ſi de bellua dicas, hæc* piſtrix, *hujus* piſtricis; nullius eſt ponderis, nam navis dicta eſt à piſce, nec in *piſtricem* mutata eſt, niſi à vulgo, quamquam ita etiam ſcribitur in Gloſſis antiquis. *Idem.*

7 *Æquoreóſque canes* &c.] Plinius eos deſcribit Lib. IX. cap. 46. *Idem.*

*Ratibus conſurgere prenſis*] Codd. Auguſto. Covar. Bru. & Vatic. habent *panſis*. *Pandas carinas* dixit *Ovidius*. *Maro: pando vectus aſello.* Schottus.

*Ibidem.* Crediderim *prenſis* rectum eſſe, nam conſtat inter Oceani illius feras eſſe *Morſas*, canum, ut videtur, marinarum genus, quæ pugnare cum hominibus audeant & in ſcaphas eniti; quod experti ſunt Batavi, qui annis M D X C V & M D X C V I ad novam Zemblam navigare auſi ſunt. *Dictu mirum*, inquit *H. Grotius* ſub finem Lib. IV. Hiſtoriarum, *quàm ſit belluoſus omnis iſte Oceanus. Spectantur vitulæ & canes marinæ, & ferarum nobiliſſima quam Morſam vocant, miræ, ut compertum eſt, pugnacitatis & vix ullis ictibus penetrabilis. Pedes fermè quales Caſtori; magnitudine præſtat & pariter ſolido utitur. Nam viſa & glaciei incumbere & imminentibus mari jugis apricari. Tardè enititur, incredibilis delabenti velocitas.* Gorallus.

8 *Accumulat fragor* &c.] Fragor, nimirum, tonitru, aut maris, coortâ procellâ, quam deſcribit *Tacitus* Annal. Lib. II. cap. 23. *Mox atro nubium globo effuſa grando, ſimul variis undique procellis incerti fluctus proſpectum adimere, regimen impedire* &c. Idem.

Ibid.

Navigia & rapido desertam flumine classem;
Séque feris credunt, per inertia fata marinis,
Jam non felici laniandos sorte relinqui.
Atque aliquis prora spectat sublimis ab alta,
Aëra pugnaci luctatus rumpere nisu;
Ut nihil erepto, valuit dignoscere, mundo,
Obstructo tales effudit pectore voces:
Quò ferimur? Ruit ipse dies, orbémque relictum
Ultima perpetuis claudit natura tenebris.

Anne

NOTÆ.

Ibid. *Jam sidere limo*] *Petreius* & *Schottus* *sidus limum*, hoc est, solem obliquum ridiculè intelligunt; cùm velit *Pedo* naves Germanici ad insulas appulsas miratas fuisse se *sidere limo*, hoc est, in limum mergi, ubi antea altam aquam viderant. *Tacitus* de hac tempestate: *rapuit, disjecitque naves in aperta Oceani, aut insulas saxis abruptis, vel per occulta vada infestas.* Vide & sequentia, ex quibus liquet Germanici naves non tantùm in aperta Oceani ablatas, sed & in vadosa, sidisse. Ad verbum verò *sido* quod attinet, id quasi huic rei proprium adhibet *Tacitus* Annal. Lib. 1. cap. 70. *Quò levior classis vadoso mari innaret, vel reciproco sideret.* Lib. 11, 5. 6. dicuntur factæ naves *quadam plana carinis, ut sine noxa siderent.* Iis in locis, è quibus oram solvit Germanicus, ejusmodi est reciprocatio Oceani, ut procul à terris recedat & naves in limo destituat. *Idem.*

9 *Desertam flumine classem*] Sic edidi, non *flamine*, nam sidunt naves quòd deserantur flumine, hoc est, fluctibus marinis, non flamine, hoc est, vento. Sic loquitur *Tacitus* in Agricolæ vita Cap. x. de Caledonio Oceano: *Unum addiderim nusquam latiùs dominari mare, multum fluminum huc atque illuc ferre, nec littore tenus adcrescere aut resorberi* &c. *Idem.*

10 *Séque feris credunt* &c.] Cùm quidquid erat victuum tempestate corruptum fuisset. *Tacitus: pars navium haustæ sunt; plures, apud Insulas longiùs sitas ejectæ, milésque, nullo illic hominum cultu, fame absumtus, nisi quos corpora equorum eodem elisa toleraverunt.* Idem.

11 *Jam non felici*] Hoc est, infelicissimâ morte, quòd insepulti interirent, neque quisquam eis justa facturus erat. *Idem.*

12 *Spectat*] Ceteræ editiones habent: *se dat sublimis ab alta.* Quæ lectio ferri potest. At si quid mutandum, potiùs ita legerem atque interpungerem:

Atque

:nte , naves noſtras animadvertimus. Jam
nent milites ne, ignobili fato , piſcibus dila-
ındi , reditu negato , relinquantur. Tum
iſpiam ex alta prora proſpectaturus , & mani-
; denſum aërem amovere conatus , cùm nihil
:riùs cernere poſſet , & vix etiam reſpi-
s cœpit ita ſocios alloqui : Quò ire conten-
ius ? Nos deficit ipſe dies , & ulteriora æter-
nocte obtecta videmus. An populos ſub alio
cœlo

*Atque aliquis prora ſpectans ſublimis ab alta,*
*Aëra pugnaci luctatus rumpere niſu,*
*Ut nihil erepto* &c. Nic. Faber.

*Rumpere niſu*] Placet impensè vetus ſcriptura, *rumpere viſu*. Sic
. *Rutilius Numatianus*, in Itinerario:

*Reſpectare juvat vicinam ſæpius urbem*
*Et montes, viſu deficiente, ſequi.*

*tus.* Multò meliùs *rumpere niſu*, quaſi manibus nebulas didu-
conatus eſſet. Hiſce quidem locus non erat in deſcriptione
gationis, per illud mare quod ſecuit Germanicus, hoc eſt, non
ul à littoribus Cimbricæ Cherſoneſi. Sed huc omnia tranſtulit
, quæ de glaciali Oceano audiverat; in quo, ut rectè *Grotius*,
memorato, *ſolis etiam menſes nebulæ perdunt, nihilo nocte meliores,*
*'â vi caloris, ut excire queat nubila, non diſſolvere.* Cùm ſimilia au-
t noſter, finxit hominem manu veluti nubila diducentem, ut ul-
s proſpiceret. Quod Poëticæ eſt τερατολογίας. *Gorallus.*
. *Erepto mundo*] Denſitate nebularum. *Idem.*
*Obſtructo tales effundit* &c.] In veteri erat, *obſtrictum, talis.* Non
or. *Schottus.* Obſtructum pectus dicitur, quòd in pulmonem
:tti non poſſet craſſus aër. *Idem.*
id. *Effundit pectore voces*] Virgilius:

*Ipſe ſuper tales effudit pectore voces.* Schottus.

*Ruit ipſe dies* &c.] Quòd ſolem, obliquis radiis, horizonti vi-
n lucem ſpargere audiviſſet; donec prorſus ruiſſet ſub horizon-
in aliquot menſes. *Gorallus.*
*Ultima perpetuis claudit* &c.] Longiſſimas illic noctes eſſe audie-
quippe ſub ipſo polo ſex menſium, dum terra hemiſphærium
ıle ſoli magis obvertit, & borealia ſigna peragrat. *Idem.*

Anne alio positas ultra sub cardine gentes,
Atque alium libris intactum quærimus orbem?
Dii revocant, rerúmque vetant cognoscere finem
Mortales oculos; aliena quid æquora remis,
Et sacras violamus aquas, Divúmque quietas
Turbamus sedes?

## NOTÆ.

20 *Dii revocant*] Insignis est locus *Taciti* hanc in rem, Germaniæ Cap. XXXIV. *Ipsum quin etiam Oceanum illâ tentavimus, & superesse adhuc Herculis columnas fama vulgavit.* ——— *Nec defuit audentia Druso Germanico, sed obstitit Oceanus in se simul atque in Herculem inquiri. Nonnemo tentavit, sanctiúsque ac reverentius visum de actis Deorum credere, quàm scire.* Idem.

*Rerúmque vetant cognoscere finem*] Finem in sphæra invenire non magis licet, quàm initium. Sed Veteres terram planam esse putabant, & finiri Oceano, ultra quem merum erat Chaos. Oceano cinctam humum jam noverat *Homerus*, ut ostendit *Strabo* Lib. I. *Idem.*

22 *Divúmque quietas &c.*] Illic, nimirum, esse putabantur Oceanus

cœlo poſitos, atque alium orbem, de quo litterarum monumentis nihil proditum eſt, quærimus?
20 At Dii nos revocant, nolúntque ultimum naturæ finem adſpici, à mortalium oculis. Quid maria nobis minimè conceſſa & Numinibus ſolis pervias undas remis findimus, eorúmque quietas ſedes turbare fruſtra aggredimur?

nus & Amphitrite, aliſque Dii maris, imò etiam locus à quo ſol oritur. *Homerus* Iliad. Ξ, 200. ſic inducit Junonem loquentem:

Εἶμι γὰρ ὀψομένη πολυφόρβου πείρατα γαίης,
Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν καὶ μητέρα Τηθὺν,
Οἵ μ' ἐν σφοῖσι δόμοισιν ἐΰτρεφον ἠδ' ἀτίταλλον.

*Eo enim viſura fines multos alentis terræ, & Oceanum Deorum originem & matrem Tethyn, qui me nutrierunt & educarunt in ſuis ædibus.* Quin & talia blaterat ipſe Tacitus Germaniæ cap. XLV. ubi de Oceano ab occaſu, ſecundùm ſeptemtriones, ad ortum porrecto. *Sonum inſuper emergentis audiri, formáſque Deorum & radios capitis adſpici perſuaſio adjicit.* Idem.

FINIS.

# C. PEDONIS ALBINOVANI

## FACETA NARRATIUNCULA

*Ex Seneca Epist.* CXXII.

PEDONEM ALBINOVANUM narrantem audieramus, (erat enim fabulator elegantissimus) habitasse se supra domum Sp. Papinii. Is erat ex hac turba lucifugarum. Audio, inquit, circa horam tertiam noctis, flagellorum sonos; quæro quid faciat? dicitur rationes accipere. Audio, circa horam sextam noctis, clamorem concitatum; quæro quid sit? dicitur vocem exercere. Quæro, circa horam octavam noctis, quis sit ille sonus rotarum? velle gestari dicitur. Circa lucem discurritur, pueri vocantur, cellarii, coqui tumultuantur; quæro quid sit? dicitur mulsum & alicam poposcisse, à balneo exisse. Excedebat, inquis, cœna ejus diem? minimè, valde enim frugaliter vivebat, nihil consumebat nisi noctem. Itaque crebrò dicentibus quibusdam illum avarum & sordidum; *vos*, inquit, *illum & lychnobium dicetis.*

# INDEX

Verborum, loquutionum & rerum, cùm contextûs *Pedonis*, tum Notarum. I. primam Elegiam, II. secundam, III. tertiam, F. Fragmentum, numeri barbari versum, n. Notas significant. Quibus nulli numeri additi sunt, ea in Notis prætermissa fuerant.

## A.

## D.

## E.



*Exs*

F.

H. Ha

## H.



## I.



Impa-

## L.

## N.

## O.

P.

Q.



R.

## S.

# T.

*Sollicitj jaceant terrâque premantur iniquâ*
*In longas orbem qui secuere vias.*



Torus

## V.



Vir-

FINIS.

INDEX

# INDEX

## Auctorum in Notis ad PEDONEM illustratorum.



Livius

# P. CORNELII SEVERI
# ÆTNA,
& quæ supersunt
# FRAGMENTA,
*CUM NOTIS*
ET INTERPRETATIONE
JOS. SCALIGERI, FRID. LINDENBRUCHII & THEOD. GORALLI.
ACCESSIT
# PETRI BEMBI
# ÆTNA.




AMSTELÆDAMI

Apud HENRICUM SCHELTE.
*M DCC* III.

# LECTORI
## S. P. D.
## THEODORUS GORALLUS.



On est, LECTOR, cur multis agam de consilio meo & ratione, quâ *P. Cornelium Severum* illustrare conatus sum. Rem totam sat copiosè exposui, in Præfatione, quam *C. Pedoni Albinovano* præfixi. Monebo dumtaxat me iisdem hîc præsidiis usum, nec cujusquam ferè notas hîc conspici, præter Scaligeranas & meas. Virum summum qui in hoc Poëma plura scripsit, quàm in ullum aliud quod in *Catalectis* legatur, sæpe sequutus sum; sæpiùs malè, ut mihi quidem videbatur, præeuntem deserui. Præ festinatione, quam ipse ad calcem notarum in *Ætnam* nimiam fuisse nos docet, singula, ut par erat, expendere non potuit; eáque præterea fuit studiorum ejus ratio, ut Physicam fermè neglexerit, quo neglectu factum est ut multa hîc adsequutus non sit; quæ alioqui, quâ erat Linguæ Latinæ, ceterarúmque Litterarum peritiâ, facilè intellexisset. Nos igitur tempore longiore in hæc insumto, & accuratioris Physicæ subsidiis adjuti, multa deprehendimus in Scaligeranis notis, quæ minimè placere poterant. Itaque ea confutavimus, in nostris; sed ita ut ceteris doctissimo viro sua laus illibata, apud nos, maneret. Ex collatione Veterum Editionum eam lectionem selegimus, quæ consentire cum stylo ac sententia *Severi*, & optimum sensum complecti videbatur. Ubi verò nulla lectio, quam quidem viderimus,

mus, sensum commodum pariebat, quod non rarò contigit, sequuti sumus correctiones *Scaligeri* ad antiquissimas lectiones quàm proximè accedentes; aut eas, ubi visum, interpolavimus; vel alias, quæ minùs à priscis Editionibus recedebant, substituimus; quarum omnium mutationum rationem in notis reddimus. At ubique quàm minimam potuimus licentiam nobis adrogavimus, nec quidquam nisi fermè necessariâ ratiocinatione in contextum admisimus. Videbis, LECTOR, *Severum* nostrâ curâ ita esse expolitum atque exornatum, ut jam legi, cum nonnulla voluptate, possit; qui intelligi antea nullo modo poterat; quamvis ceteroqui non dubitemus ab aliis, qui antiquos nanciscentur Codices, feliciorem medicinam nonnullis vulneribus fieri posse; quod ut à doctis viris fiat optamus, plaudere meliora adferentibus parati. Ad calcem addidimus Fragmentum de morte *Ciceronis*, aliáque nonnulla ex Veteribus Grammaticis collecta; quibus adjici poterunt quæcumque alibi fortè occurrent; nam nobis quidem nota plura non erant. Subjunximus elegantissimum libellum *Pet. Bembi* de Ætna, emendatiorem, quàm legitur in editione operum ejus Argentoratensi anni MDCLII. ubi multis Typographicis vitiis commaculatus est. Ex eo loca nonnulla *Severi* meliùs intelligi cùm possent, maluimus integrum politissimum Opusculum hìc legi, quàm particulas dumtaxat in notis nostris proferendas. Utinam vir elegantissimi ingenii Physices æquè peritus fuisset, ac purioris sermonis! Sine dubio pleniorem mirandi montis descriptionem haberemus. Vale, LECTOR, & planiorem tibi viam non tantùm ad Ætnæ

næ verticem, sed & ad humaniorum litterarum cognitionem facere tibi conantibus faveto.

*E Museo nostro, Calendis Octobris anni* M DCC II.

# JUDICIA ac TESTIMONIA

## Veterum & Recentiorum Scriptorum

# DE SEVERO.

*Ovidius* Epist. ex Ponto Lib. IV. Ep. 2. quæ est ad *Severum.*

*Quod legis, ô Vates magnorum maxime Regum,*
*Venit ab intonsis usque,* Severe, *Getis.*

Ibidem.

*At tu cui bibitur feliciùs Aonius fons,*
*Utiliter studium, quod tibi cedit, ama.*
*Sacráque Musarum meritò cole,* &c.

Ejusdem Libri Ep. ultimâ:

*Quique dedit Latio carmen regale* Severus.

*Senecæ* patris testimonia prolata sunt ad fragmenta, sic verò filius in Epist. LXXIX.

*Donec Ætnam describas in tuo carmine & hunc sollemnem omnibus Poëtis locum attingas, quem quo minùs Ovidius tractaret, nihil obstitit quod jam Virgilius impleverat; ne* Severum *quidem* Cornelium *uterque deterruit.*

*Quintilianus* Inst. Orat. Lib. X. c. 1.

Cornelius *autem* Severus, *etiamsi versificator, quàm Poëta, melior, si tamen, ut est dictum, ad exemplar libri primi bellum Siculum perscripsisset, vindicaret*

sibi

*sibi jure secundum locum. Sed eum consummari mors immatura non passa est; puerilia tamen ejus opera & maximam indolem ostendunt, & mirabilem præcipuè in ætate illa recti generis voluntatem.*

*Lil. Greg. Giraldus* Dial. IV. Hist. Poët. Cornelius Severus *Poëta fuit & declamator egregius*, &c. *scripsit bellum Siculum quod imperfectum reliquit, importunâ morte interceptus. Si enim, ut ait Fabius, perficere potuisset, meritò sibi secundum locum vindicasset. Dicitur insuper de Ætna monte carmen composuisse, unde factum ut Poëma, quod de Ætna Virgilio adscribitur*, Severo *nonnulli potiùs attribuant*, &c.

*Joseph. Scaliger* initio notarum in Ætnam. *Seneca scribens ad Lucillium hortatur eum, quòd is tum esset in Sicilia, ut sibi de Ætna scribat. Ejus verba hæc sunt*: sollemnem, &c. *Itaque cùm Ovidius*, XV. *Metam. Virgilius* III. *Æn. tantùm de eo tractarint frustra augurantur hoc Poëma esse Virgilii. Cùm ex verbis Senecæ* Corn. Severi *esse necesse sit. Ex quo Poëmate, quod nobis ex omnium illius scriptoris operum naufragio reliquum est, potes advertere, quantus fuerit ille vir in penetralibus Heliconis, quàmque meliùs nobiscum ageretur, si ille potiùs injuriam temporis effugisset, quàm isti pingues Poëtæ, Musarum ἐκτρώματα. Qui non tam meruerunt, ut in loco legitimorum habeantur; quàm ipsi, ubi legitimos desideramus, in vacuum venerunt. Nulli ferè Poëmati magis nocuit, imò, ut ne quid dissimulem, nulli tantùm nocuit Vetustas; tantæ ejus sunt maculæ, quas nos breviter indicare contenti erimus. Non enim commentarium instituimus.*

P. COR-




*sibi jure secundum locum. Sed eum consummari mor. immatura non passa est; puerilia tamen ejus opera & maximam indolem ostendunt, & mirabilem præcipuè in ætate illa recti generis voluntatem.*

*Lil. Greg. Giraldus* Dial. IV. Hist. Poët. Cornelius Severus *Poëta fuit & declamator egregius*, &c. *scripsit bellum Siculum quod imperfectum reliquit, importunâ morte interceptus. Si enim, ut ait Fabius, perficere potuisset, meritò sibi secundum locum vindicasset. Dicitur insuper de Ætna monte carmen composuisse, unde factum ut Poëma, quod de Ætna Virgilio adscribitur*, Severo *nonnulli potiùs attribuant*, &c.

*Joseph. Scaliger* initio notarum in Ætnam. *Seneca scribens ad Lucillium hortatur eum, quòd is tum esset in Sicilia, ut sibi de Ætna scribat. Ejus verba hæc sunt*: sollemnem, &c. *Itaque cùm Ovidius*, XV. *Metam. Virgilius* III. *Æn. tantùm de eo tractarint frustra augurantur hoc Poëma esse Virgilii. Cùm ex verbis Senecæ* Corn. Severi *esse necesse sit. Ex quo Poëmate, quod nobis ex omnium illius scriptoris operum naufragio reliquum est, potes advertere, quantus fuerit ille vir in penetralibus Heliconis, quàmque meliùs nobiscum ageretur, si ille potiùs injuriam temporis effugisset, quàm isti pingues Poëtæ, Musarum ἐκτρώματα. Qui non tam meruerunt, ut in loco legitimorum habeantur; quàm ipsi, ubi legitimos desideramus, in vacuum venerunt. Nulli ferè Poëmati magis nocuit, imò, ut ne quid dissimulem, nulli tantùm nocuit Vetustas; tantæ ejus sunt maculæ, quas nos breviter indicare contenti erimus. Non enim commentarium instituimus.*

P. COR-




C: Severi pag: 1.
J. Lamb Delt: f

# P. CORNELII SEVERI QUÆ SUPERSUNT.

# P. CORNELII SEVERI

# ÆTNA.



ETNA mihi, ruptique cavis fornacibus ignes,
Et quæ tam fortes volvant incendia causæ,
Quod fremat imperium, quid raucos torqueat æstus,
Carmen erit; dexter venias mihi carminis auctor,

Seu

## NOTÆ.

1. *Aetna*] Quicumque descripserunt Siciliam, Aetnam etiam commemorarunt, & nos huic Opusculo elegantissimam mirabilis montis descriptionem, à *Pet. Bembo* conscriptam, subjiciemus. Monebimus dumtaxat Lectorem, memor sit hanc insulam à Phœnicibus primùm occupatam fuisse, locáque ejus ab iis nomina accepisse, quod multis probavit Phœniciarum originum felicissimus indagator *Sam. Bochartus* Chanaan. Lib. I. c. 28. ubi acutè conjicit montem hunc *Aetnam*, dictum à Phœnicia voce *atthouna*, quæ *fornacem* sonat, scriptáque est litteris *Aleph*, *Thau*, *Vau*, *Nun*, *Aleph*; quod vel hic primus *Severi* versiculus abundè comprobat. *Gorallus*.

Ibidem. *Ruptique*] Hoc est, erumpentes. Sic & v. 59. *rumpantur fulmina*, pro erumpant. *Idem*.

2. *Fortes*] Quamvis *fortis*, usu Linguæ Latinæ, frequentiùs animi virtutem significet, attamen propriè videtur de corporibus usurpatum, & validum ac robustum significare; priùs enim sunt nomina rebus corporeis, quam spiritualibus, imposita. De hisce enim homines seriùs cogitarunt, quàm de corporeis. Derivanda omnino videtur vox à *fero* aut φορέω, quasi φορητὴς, *lator*, quamvis olim scriberent *forctem*; nam in Etymologia multas esse anomalias nemo nescit *Idem*.

Ibid. *Volvant*] Quia involutum fumum, flammásque emittunt. Sic *Lucretius* Lib. VI. ubi rationem hujus incendii tradit:

—— *crassâ volvit caligine fumum.*

Sic etiam alii. *Idem*.

3. *Quod fremat imperium*] Non sine magno fremitu, ut postea videbimus, erumpunt majores flammæ, *Virgilius* Aeneid. Lib. III, 577.

—— *lique-*

# INTERPRETATIO P. CORNELII SEVERI ÆTNÆ.



ETNAM, montem Siciliæ, qui ex cavernis effractis ignes emittit, causasque vehementis incendii, quæ tanto fremitu viscera ejus agitant, canere aggredior. Tu ô Apollo, Musarum Dux & Præses, qui carmina invenisti, ad

——— *liquefactáque saxa sub auras*
*Cum gemitu glomerat.* Idem.

Ibid. *Raucos*] Raucum quemdam fremitum emittunt crateres. *Idem.*

4. *Carmen erit*] Materia, seu argumentum carminis. *Idem.* Ibidem. *Dexter venias* &c.] Non solùm hic versus à recentioribus editionibus discrepat, in antiquitus excusis, sed & sequens transpositus est. Quare & ex his & ex invocatione ipsa, colligimus non leviter depravatam lectionem hanc esse. Nam quis Dodonam Phœbo, non Jovi, adserat? Tamen hîc ex Dodona elicitur ille. Sed profectò quasi manu ducimur ad veram lectionem ex veteribus editionibus:

——— *dexter mihi carminis auctor Apollo,*
*Seu tua, Dodonâ potior, te cumque Phaselis,*
*Seu te Cythnos habet, seu Delos gratior illâ,*

*In nova Pierio* &c. Scaliger. Quem erraſſe ad singula demonstrabimus. *Gerallus.*

Ibid. *Venias*] Hanc vocem necessariam extriverunt, qui *Apollo* in hoc versu reposuerunt. Non dubito quin *Apollo* merum fuerit glossema margini adscriptum, ut intelligeret Lector rudior quodnam Numen hîc à *Severo* invocaretur. Nomine omisso, nihil deest; sed sublatâ voce *venias*, pendet oratio. Notum est Deos *venire* dici ad sacra, atque invocationes quæ iis placebant. Sic Georg. II, 7. in invocatione Poëtica, ut hîc:

*Huc, pater ô Lenae, veni.*

& Aeneïd. VIII, 302.

*Et nos & tua dexter adi pede sacra secundo.*

Pluribus exemplis res non indiget. *Dexterum* autem dici faventem, metaphorâ ex auſpiciis petitâ, nemo nescit. Idem.

 Ibid.

Seu te Xanthos habet, seu Delos gratior illâ;
Seu tibi Python est potior; tecúmque faventes

In

## N O T Æ.

Ibid. *Carminis auctor*] Qui mihi auctor fuisti hujus operis aggrediendi. Imitatio est Culicis, ubi v. 12.

*Phœbus erit nostri princeps & carminis auctor.*

5. *Seu te Cynthos*] At Cynthos in Delo. Quomodo ergo & Delus hîc subjungitur? Annon ubi Delus, ibi & Cynthos? Sed aut Delus hîc simpliciter pro ipso oppido Deli insulæ, ubi erat nobilissimum Apollinis templum, sumetur, aut *Cythnos* legendum erit. Quamquam in Cythno nullum Apollinis templum invenio. *Scaliger*. Sed legendum *Xanthos*, quæ fuit urbs Lyciæ maxima ad cognominem fluvium sita, de qua *Strabo* Lib. XIV. p. 457. & seq. Ed. Genevensis. Ἓξ δὲ τὰς μεγίστας ἔφη ὁ Ἀρτεμίδωρος, Ξάνθον, Πάταρα &c. *Sex ait maximas Artemidorus, Xanthum, Patara* &c. Paullò pòst, memorato Xantho fluvio: ἀναπλεύσαντι δ' ὑπηρετικοῖς δέκα σταδίοις τὸ Λητῷον ἐστίν. ὑπὲρ δὲ τοῦ ἱεροῦ προελθόντι ἑξήκοντα ἡ πόλις ἡ τῶν Ξανθίων ἐστὶ μεγίστη τῶν ἐν Λυκίᾳ: *ubi lembo ad decem stadia adverso flumine fueris subvectus, Latonæ est templum, & sexaginta supra id stadiis Xanthus urbs, Lyciæ urbium maxima.* Pomponius Mela Lib. I. c. 15. de Pataris: *Illam nobilem facit delubrum Apollinis, quondam opibus & oraculi fide, Delphico simile. Ultra est Xanthus flumen, & Xanthus oppidum.* Plinius Lib. V. c. 27. *Xanthus à mari XV. M. passuum, fluménque eodem nomine.* Sic passim Geographi & alii, quos in re clara proferre non opus est. Dubium autem esse nequit quin *Xanthos* debeat legi, si meminerimus *Severum*, quod jam monui, imitari Virgilianum Culicem, ubi in invocatione Apollinis, sic summus Poëta nostro præiverat.

*—— Sive educat illum*
*Alma Chimæræo Xanthus perfusa liquore,*
*Seu nemus Asteriæ, seu quâ Parnassia rupes*
*Hinc atque hinc patulâ prætendit cornua fronte.*

Sic & Aeneïd. IV, 143.

*Qualis ubi hibernam Lyciam, Xanthique fluenta*
*Deserit, ac Delum maternam invisit Apollo.*

*Horatius* similia etiam habet Carm. Lib. III. Od. IV, 61. ubi sic describit Apollinem:

*Qui rore puro Castaliæ lavit*
*Crines solutos, qui Lyciæ tenet*
*Dumeta, natalémque silvam*
*Delius & Patareus Apollo.*

Quibus verbis confirmatur lectio vulgata loci allati è Culice,

quem

ad me quæso, favens venito, sive Xanthi in Lycia versaris, sive in Delo, sive Delphis, & tecum faventes

quem corrumpere conatus est *Scaliger*. Locum Horatii imitatus est *Statius* Thebaidos Lib. I. ubi sic Apollo compellatur:

*Phœbe parens, seu te Lyciæ Pataræa nivosis*
*Exercent dumeta jugis, seu rore pudico*
*Castaliæ flavos amor est tibi mergere crines,*
*Seu Trojam Thymbræus habes,* ———
*Seu juvat Ægæum feriens Latonius umbrâ*
*Cynthus, & assiduam Pelago non quærere Delon.*

Quâ invocatione etiam Poëta noster mirè illustratur. Attamen in urbe ipsa Xantho, tam celebre non fuit Apollinis delubrum, quàm Pataris. *Gorallus.*

Ibid. *Seu Delos gratior illâ*] Nempe, Xantho, quæ est fœminini generis, non *Cynthos*. Idem.

6. *Dodona*] Dodona potiorem Phaselida intelligit, quòd oracula Phœbi Dodonæi Jovis oraculis præferri vult. Nam & nescio quis dux Epirota ea oracula aliquando falsi convicit. Phaselis in Pamphylia. Pleraque omnis Lycia & Pamphylia Phœbum præcipuè coluit. Hinc *Lyciæ sortes*. *Scaliger.*

Ibid. *Seu tibi Python est potior*] Sic restituimus, quia de Dodonæo Apolline nulla usquam mentio, apud Veteres; hæc autem invocatio complectitur tantùm loca Apollini sacra, ut invocatio Virgiliana, quam protulimus ad v. 5. ubi Delon sequitur *rupes Parnassia*. *Python* autem, nomen rarius Delphorum, in notius *Dodonæ* à librariis, sollemni temeritate, mutatum est, & ex PYTHON EST factum DODONE. *Eustathius* ad Iliad. B. v. 519. seu Catalogi 26. ubi Πυθῶνα πετρήεσσαν, *Pythonem lapidosam* Delphos vocat *Homerus*: ἡ δὲ Πυθὼ πάλαι μέν ποτε Παρνασία ἐκαλεῖτο νάπη, ἀπὸ Παρνασσοῦ ὄρους παρακειμένου. εἶτα Πυθὼν ἐκλήθη, διὰ τὸν ἐκεῖ τοξευθέντα ὑπὸ Ἀπόλλωνος καὶ σαπέντα δράκοντα: *Pytho olim vocabatur Parnassius saltus, à Parnasso monte vicino. Deinde Python dicta est, propter draconem illic ab Apolline sagittis confossum & putrefactum.* Talia quoque habet minor Scholiastes. *Python* etiam vocantur Delphi à *Pindaro*, pluribus in locis, *Callimacho* Hymno in Delum v. 9. & aliis. Pariter *Tibullus* Lib. II. El. III, 27.

*Delos ubi nunc, Phœbe, tua est? ubi Delphica Python?*

Ad Etymologiam verò Græcam quod attinet hujus nominis, ea inanis habenda est. Dicta est *Python*, quia illic habitabat vates *ventriloquus*, ἐγγαστρίμυθος, qualis describitur Latona à *Callimacho*, qui ex utero ejus vaticinantem inducit Apollinem, in Hymno memorato. Sanè *Hesychius* aliique πύθωνας docent dici ejus modi vates, ut ad *Callimachum* multis ostendit vir illustris Ezech.

In nova Pierio properent à fonte sorores
Vota; per insolitum, Phœbo duce, cautiùs itur.
 Aurea securi quis nescit sæcula Regis?
Cùm domitis nemo Cererem jactaret in arvis,
Venturisque malas prohiberet frugibus herbas,

Annua

NOTÆ.

*Spanhemius.* Addimus vocis Etymon ex Phœnicia Lingua, in qua *Path* pudendum muliebre sonat, ut Esaïæ III, 17. *Gorallus.*

Ibid. *Tecumque Phaselis*] Hîc *cumque* dictum est, ut apud *Horatium*:

*—— mihi cumque salve*
*Rite vocanti.*

Cicero II. de Legibus: *Equitatum cumque qui regat.* Quam vocem qui ignorarunt non solùm ipsam, sed & sequentem mutarunt; versúmque, ne uno facinore contenti essent, transposuerunt. *Scaliger.* Mera hæc sunt commenta viri summi, cui aurem cave ne præbeas. Sensus est in vulgata lectione optimus. Invocat enim Poëta Apollinem *μουσαγέτην*, ut Græci loquuntur, quem Musis cinctum venire optat. *Gorallus.*

7 *Pierio properent à fonte*] De Pieria Musarum patria, ejúsque fontibus, vide quæ adnotavit *Joan. Clericus* ad *Hesiodi* Theogoniam v. 53. Idem.

8. *Vota*] *Nova vota* hic vocantur, quibus Poëta optat Musas sibi adesse, non ut fabulas canat, sed ut occultam Aetnæi soli naturam pandat, quia rarius erat ejusmodi argumentum carminibus celebrari; quamquam fatendum est non unum nostro præivisse Poëtam & præsertim *Lucretium*, divini oris vatem. Alii etiam obiter rem attigerant, sed nemo integro Poëmate persequutus erat. *Gorallus.*

Ibidem. *Per insolitum*] Nempe, iter, aut tramitem, aut callem. Potiori jure sic loqui potuit *Lucretius*, qui re verâ primus apud Latinos versibus, nec exiguo opere, est philosophatus. Meritò ille sub finem Lib. I. *Avia Pieridum peragro loca nullius ante Trita solo* &c. Gorallus.

9. *Aurea securi* &c.] *Securus Rex* Saturnus dicitur, quòd Poëtæ, quamquam parum sibi constantes, sub ejus regno nulla fuisse bella dictitarent; qua de re, vide adnotata à *Joan. Clerico* ad Theogoniam *Hesiodi* v. 211. *Ovidius* Metam. I, de ætate aurea

*——— sine militis usu,*
*Mollia secura peragebant otia mentes* Gorallus.

Ibid.

tes pariter novis precibus Musæ è Pieria veniant; insolitum enim iter ingressurus, te duce, tutiùs progrediar. Omnes dudum norunt, ex Poëtarum carminibus, quale fuerit regnum Saturni; [10] quo nemo sementem faciebat, nemo sarriebat segetes, sed quotannis messes divinitus crescebant, horreáque sponte

Ibid. *Quis nescit* &c.] Imitatur *Virgilium*:
——— *quis aut Eurysthea durum*
*Aut illaudati nescit Busiridis aras?*

Scaliger. Nimirum, vult, cùm antiquæ fabulæ à tot Poëtis dictæ sint, & omnibus notæ, nihil esse causæ cur & ipse iis canendis operam ludat, aut tædium cuiquam creet. *Gorallus.*

10. *Domitis arvis*] Hoc est, aratro subactis, domatur enim quidquid antea intactum, ac veluti liberum, certis legibus subjicitur. Sic *Virgilius* Lib. IX, 608.

*Aut rastris terram domat, aut quatit oppida bello.*

Ibidem. *Cererem jactavit*] Nam si credimus Poëtis,
——— *fruges tellus inarata ferebat,*
*Nec renovatus ager gravidis canebat aristis.*

Quæ verba sunt *Ovidii* Metamorph. I, 109, 110. Gorallus.

11. *Venturis frugibus*] Hoc est, quæ in agris crescent, si per malas herbas liceat, ut apud *Virgilium* Georgic. I, 54.

*Hic segetes, illic veniunt feliciùs uvæ.*

*Malas herbas*] Quas sub regno Jovis scribit *Virgilius* agros *occupasse*; ita ut, volente Jove,

——— *horreret in arvis*
*Carduus; intereunt segetes, subit aspera silva*
*Lappæque tribulique, interque nitentia culta*
*Infelix lolium & steriles dominantur avenæ*

Georg. I, 151. Sarritione eæ herbæ evelluntur, ne frugibus noceant, qua de re *Columella* Lib II. c. 12. Malæ ergo sunt herbæ, quæ sponte suâ inter satas proveniunt, venturásque fruges suffocant. *Propertius malas herbas* vocavit, sensu paullùm diverso, nam de templis Deorum desertis, sic loquitur Lib. I. El. V, 27.

*Sed non immeritò velavit aranea fanum,*
*Et mala desertos occupat herba Deos.*

*Mala* hîc dicitur *herba* quæ in Templis nulla esse debuit, non quæ meliori nocuit. *Gorallus.*

Annua sed sacræ complerent horrea messes,
Ipse suo flueret Bacchus pede, melláque lentis
Penderent foliis, & pingui Pallas olivâ,
Secretos omnes ageret cùm gratia ruris.
Non cessit cuiquam meliùs sua tempora nosse.
Ultima quis tacuit juvenum certamina Colchos?

Quis

NOTÆ.

12. *Satura complerent horrea messes*] In veteribus *sacra* non *satura*, & sanè ita malim, propter aureum sæculum. *Scaliger.* Sacræ, nimirum, dicuntur, quòd Deorum munificentiâ, sine ullo humano labore, crescerent. *Gorallus.*

13. *Ipse suo flueret Bacchus pede*] Horatius: *mollis crepante limpha desilit pede*: vel *pedem vini* rustico verbo dixit, ut *circumcidere pedem* in torculari. *Scaliger.* Sed *pes*, in sermone Scriptorum de re rustica, dicuntur vinacea, ut apud *Columellam* Lib. XII. c. 43. *Tum vinaceorum pes, bene prælo expressus, proruitur.* Hîc verò vult *Severus* vinum, sine hominum opera, ex vite fluxisse, quod est prorsus contrarium. Itaque voce *pedis* idem hîc signari putarim ac racemi *pediculo*, ita ut hoc velit noster, ex ipsis racemis, sine torcularis opera, fluxisse vinum. Sic Græcè ποδεὼν & πὺς ἀσκῦ, *pes utris*, dicebatur tubulus pendens ex utribus, per quem vinum in eos infundebatur. Igitur ex vitibus ipsis, per pedes, aut pediculos racemorum vulgò defluebat vinum, unde in rivulos confluebat. Posset & *pes* dici radix vitis, ita ut illinc, veluti ex fonte, flueret vinum; quod in Veræ Historiæ Lib. I. finxit *Lucianus*, ut Poëtas irrideret. Sanè Jupiter, postquàm regnum adeptus est, *passim rivis currentia vina repressit*, ut habet *Virgilius* Georg. Lib. I, 132. *Gorallus.*

Ibid. *Melláque lentis penderent foliis*] Sine arte apum, aut hominum defluerent vulgò ex silvestribus arboribus. *Ovidius* Metam. Lib. I, 112.

*Flaváque de viridi stillabant ilice mella.*

Sed Jupiter

*Melláque decussit foliis, ignémque removit,*

ut habet *Virgilius* Georg. I, 131. *Idem.*

14. *Et pingui Pallas oliva*] Ut ex vitibus dixit vinum profluxisse, sine labore ullo, sic oleum ex oliva hîc fingit. Vix opus est monere Deorum, qui inventores rerum putabantur, nominibus ipsas res appellari, quod Lib. II. meritò carpsit *Lucretius*:

*Hîc si quis mare Neptunum, Cereremque vocare*
*Constituet fruges, & Bacchi nomine abuti*

Ma-

ſponte ſuâ implebant, quo vinum per ſe è racemis, ſine humana opera, fluebat, mel ex foliis quarumvis arborum colligebatur, & oleum per ſe ex oleis manabat; [15] quo tempore etiam uſque adeò ruſtica vita hominibus placebat, ut in urbes minimè convenirent. Nemo meliùs hiſtorias ſui ævi, quàm antiquas haſce fabulas, novit. Multi dixerunt antiquiſſimam Argo-

*Mavolt, quàm laticis proprium proferre vocamen,*
*Concedamus ut hic terrarum dictitet orbem*
*Eſſe Deûm matrem, dum re non ſit tamen ipſe.*

Gorallus.

15. *Secretos omnes*] Malè legitur, in Editionibus, *amnes*, quod caret ſenſu. Affinitas harum vocum effecit ut ſæpe à Librariis miſcerentur: quod à *Nicolao Heinſio* obſervatum memini, quamquam loci nunc quidem non recorder. Antiquiſſima eſt vita agreſtis, antequàm enim homines in civitates coïrent, ſecretæ per agros familiæ habitabant. *Virgilius* Georg. II, 532. in elegantiſſimis laudibus vitæ ruſticæ:

*Hanc olim veteres vitam coluere Sabini,*
*Hanc Remus & frater; ſic fortis Etruria crevit,*
*Scilicet, & rerum facta eſt pulcherrima Roma*, &c.
*Aureus hanc vitam in terris Saturnus agebat.*

Vide quid de antiquiſſimo vivendi genere habeat *Porphyrius* ex *Dicæarcho* Lib. IV. de Abſtinentia. *Idem.*

Ibid. *Gratia ruris*] Hoc eſt, jucunditas vitæ ruſticæ. *Idem.*

16. *Non ceſſit cuiquam melius* &c.] Nemo tanti fecit noſſe ſua tempora; ut, ſcilicet, ad ſua potiùs, quàm ad illa remotiora tempora animum ſuum adjiceret. *Scaliger.* Imò hoc vult: à tot, ac tantis Poëtis deſcripta eſt aurea ætas, ut nemini contigerit ſuam, quàm illam ætatem, meliùs cognoſcere. Si quis ad ſua ipſius tempora cognoſcenda animum adjecit, non potuit ampliorem eorum cognitionem adipiſci, quàm aureæ ætatis. Nemo neſcit hanc eſſe vim loquutionis *bene* aut *meliùs ceſſit.* Itaque aliud agebat vir ſummus. *Gorallus.*

17. *Ultima quis tacuit juvenum* &c.] Quis in ultimis cecinit, & non omnium primam hanc materiam tractavit. Innuit *Varronem Atacinum*, qui paullò antea Argonautica ſcripſerat. *Scaliger.* Quis non videt hîc quoque falli doctiſſimum virum? Quis ſcripſit umquam Latinè, *nemo tacuit ultima*, pro eo quod eſt, ultimo loco non dixit? Liquidum eſt hîc *ultima* dici antiquiſſima, ſeu in ultimam antiquitatem remota. Poſt Deorum, hoc eſt, primorum Græciæ Regum, res geſtas, in Græcia nihil antiquius fuit expeditione Argonautica. Vide capita Lib. IV. Bibliothecæ *Diodori* Siculi. Sic ſumi *ultima* nemo paullò doctior neſcit, ſed ne quis ima-

Quis non Argolico deflevit Pergamon igni
Impositum & tristi natorum funere matrem,
Aversúmve diem, sparsúmve in semina dentem?

Quis

N O T Æ.

imperitior dubitet, en tibi exemplum Ovidianum, ex Epist. Hypermnestræ ad Lynceum, v. 108.

*Ultima quid referam, quorum mihi cana senectus*
*Auctor*. Gorallus.

Ibid. *Certamina Colchos*] Hoc est, iter ad Colchos, quod quasi ἆθλον, *certamen*, impositum Iasoni à Pelia, ad repetendum vellus aureum. *Apollodorus* Argon. I, 15.

——— καί οἱ ἄεθλον
Ἔντυε ναυτιλίης πολυκηδέος:

*atque ei certamen imposuit navigationis sollicitæ.* Notum est ἆθλα, seu *certamina* Herculis dici ejus labores. Hîc autem *certamina* dicuntur ea, propter quæ certatur: quæ Græcæ vocis ἆθλα sequentissima est significatio. Sic *Virgilius* Georg. II, 530.

*Velocis jaculi certamina ponit in ulmo;*

hoc est, scopum, aut etiam præmium ex ulmo suspensum, propter quod certetur jaculo. *Colchi* autem hîc intelligendi non ipsi Colchidis populi, sed vellus aureum, quod adservabant; hoc enim fuit ἆθλον, sive *certamen*, aut *præmium* Argonauticâ expeditione quæsitum. *Idem*.

18. *Quis non Argolico* &c.] Multi τὰ τρωικὰ scripserant, etiam temporibus Augusti, quorum aliquot tetigit *Ovidius* de Ponto. *Scaliger*. Epist. XVI. Lib. IV. ex Ponto.

Ibid. *Pergamon igni impositum*] Apud *Homerum* quidem Πέργαμος foeminini generis est, sed recentiores neutro extulerunt. *Eustathius* pag. 503. Ed. Romanæ: Ὅμηρος μὲν μόνην τὴν τῆς Ἰλίου ἀκρόπολιν Πέργαμον ὀνομάζει θηλυκῶς, οἱ δὲ νεώτεροι πάσας τὰς ἀκροπόλεις οὕτω καλοῦσιν, οἱ καὶ οὐδετέρως τὰ Πέργαμά φασιν, ὡς καὶ Αἰσχύλος Προμηθεῖ. *Homerus solam Ilii arcem Pergamum nominat foeminino genere. Recentiores verò omnes arces sic vocant, qui & neutro genere Pergama dicunt, ut Aeschylus in Prometheo.* Sic vulgò omnes Poëtæ, *Impositum igni* dicitur Pergamum, quasi cadaver quod pyræ imponitur, & subjecto igne uritur. *Gorallus*.

19. *Tristi natorum funere matrem*] *Matrem tristi natorum funere* dictum ad exemplum illius Virgiliani:

——— *domus sanie, dapibúsque cruentis.*

(Aeneid. III, 618.) Id quod aut de Medea intelligendum, cujus fabulam ediderunt *Ennius*, *Attius*, *Ovidius*, aut de Aerope Thyestis uxore, cujus filios epulandos Patri apposuit impius frater. Eam fabulam edidit *Varius Virgilii* amicus, & multò antea *Ennius*.

Sed

Argonautarum in Colchidem expeditionem. Multi Trojam à Græcis incensam & Hecubam filios suos quinquaginta lugentem miserabili carmine descripserunt. 20 Multi Thyesteam cœnam, solémque propterea

Sed præstat intelligere de Iocasta, quæ mutuis vulneribus confectos amisit filios; postea enim Thyestis fabulam tangit, cùm ait *aversúmve diem*. Scaliger. Viro summo præmium hic adjudicarim, non quòd scopum attigerit, sed quòd tot conjecturarum tela frustra in re facillima miserit, nam antecedentia ostendunt de Hecuba agi, quæ una omnium tot filiorum funeribus nobilitata est, atque eximiis Tragoediis argumentum præbuit. In versu Virgiliano à *Scaligero* allato, putat *Servius* deesse vocem *horrida*; sed malim subaudire præpositionem *cum*, nam ablativos, qui absoluti videntur, à præpositionibus subaudiendis regi, dudum ostenderunt doctissimi Grammatici, quibus præivit *Caspar Sanctius* Minervæ Lib. II. c. 7. & Lib. IV. ubi de Ellipsi. Eamdem præpositionem hic intelligendam etiam existimarim, idque more Græcorum, qui σὺν sæpissimè omittunt. Ceterùm hæc fuit lectio Aldinæ Editionis *Gorallus*.

20. *Aversúmve diem*] Thyesteam coenam spectari hîc nemo nescit, quam non ita pridem, maxima cum laude sua, decantaverat *Varius* in suo Thyeste, de quo vide *Jani Rutgersii* Venusin. Lectionum Cap. III. quæ tandem à viro de litteris bene merito in lucem prolatæ sunt. Fabulam ipsam sic narrant *Hyginus* Fab. CCLVIII. & *Servius* ad Aeneid. I, 572. *Atreus & Thyestes germani, cùm in dissensione sibi nocere non possent, in simulatam gratiam redierunt; quâ occasione Thystes cum fratris uxore concubuit, Atreus verò ei filium epulandum apposuit; qua sol, ne videndo pollueretur, radios suos ab ea civitate* (Mycenis) *detorsit. Sed veritatis hæc est: Atreum apud Mycenas primum solis Eclipsin invenisse, cui invidens frater ab urbe discessit, tempore quo ejus probata sunt dicta.* Scio & ipsum *Strabonem* dicere Lib. I. ab Atreo ostensum τοῦ ἡλίου τὸν ὑπεναντίον τῷ οὐρανῷ δρόμον, *solis contrarium cœlo cursum.* Sed neque illi, neque aliis crediderim, hinc natam fabulam; verisimilius est loquutionem metaphoricam, quâ exprimeretur horrendum facinus, perperam propriè intellectam fuisse. Qui enim primi narrabant immanitatem Thyestæ videntur dixisse rem fuisse, quam sol, qui omnia videt, sine horrore adspicere non potuisset; tum alii addiderunt solem re verâ avertisse radios. Neque enim, tam antiquis temporibus, Eclipses prædicere, aut docere quòmodo fierent norant; nec propterea dici potuisset frater epulandos filios ei apposuisse, quæ pars est potissima fabulæ, & propter quam dumtaxat contigit

Quis non perjuræ doluit mendacia puppis,
Desertam vacuo Minoïda littore questus?
Quidquid in antiquum jactata est fabula crimen.
 Fortiùs ignotas molimur pectore curas,
Qui tanto motus operi, quæ causa perennes
Explicet in densum flammas, eructet ab imo
Ingenti sonitu moles, & proxima quæque

Igni-

N O T Æ.

*Vt fugeret diras lux intercisa Mycenas.*

Sicut *Statius* loquitur. *Gorallus.*

Ibidem. *Sparsumve in semine dentem*] Melius, *in semina.* Nam dentes vicem seminum fuerunt. Intelligit de Thebaïde *Pontici* Poëtæ, qui temporibus *Virgilii* scripsit. *Scaliger.* Fabulæ hujus originem ex Lingua Phœnicia ingeniosissimè ostendit *Sam. Bochartus* Chanaanis Lib. I. c. 19. Sed omisit dicere cur *sevisse* dicatur Cadmus *dentes serpentis.* Scilicet, *serere* sæpe est spargere, latè dividere. Itaque *sevit dentes serpentis*, erit explicandum ex Lingua Phœnicia, *distribuit cuspides æneas*, quibus se armarent Græci. Cadmus mercator fuit Tyrius; qui eam mercem primus in Græciam ex patria attulit, quæ Phœnicio sermone vocibus exprimitur, quæ & *dentes serpentis* verti queant; nimirum, *schinne nahhasch.* Hinc *Hyginus* fabulâ CCLXXIV. *Cadmus Agenoris filius æs Thebis primùm inventum condidit*, aut *cudit.* *Gorallus.*

21. *Quis non perjuræ* &c.] Intelligit *Catullum*, qui Ariadnes à Theseo desertæ conquestionem poëmatio suo de nuptiis Pelei inseruit. Meminit & *Tibullus.*

*Sic cecinit pro te doctus, Minoï, Catullus*
*Ingrati referens impia facta viri.*

Ita omnes Poëtas sui temporis, aut qui propiùs ab ea ætate abfuerunt designavit. *Scaliger.* Sed & alii obiter meminerunt Ariadnes à Theseo relictæ, ut *Propertius* Lib. III. El. XV. & *Ovidius* Metam. Lib. VIII, 175. & seqq. & Fastor. Lib. III, 459. & seqq. *Doluit*] Dicuntur, nempe, vulgò Poëtæ id facere quod alios facientes describunt. Sic *Virgilius* Ecloga VI, 62. de Sileno metamorphosin sororum Phaëthontis canente:

*Tum Phaëthontiadas musco circumdat amaræ*
*Corticis, atque solo proceras erigit alnos.*

*Mira est*, inquit Servius, *canentis laus, ut quasi non factam rem cantare, sed ipse eam cantando facere videatur.* Vide & Eclog. IX, 19, 20. *Gorallus.*

23 *Jactata*

terea cœlo fugientem & Draconis dentes à Cadmo, inſtar ſementis, terræ mandatos cecinerunt. Multi denique Theſei, Ariadnen Minoïs filiam in Dia inſula relinquentis, perfidiam, & deſertæ puellæ querelas carmine perſequuti ſunt, & quidquid veteres fabulæ de priſcorum mortalium ſceleribus jactarunt. Novum nos poëmatis argumentum elegimus; [25] quæ, nimirum, perennis cauſa per denſam terræ molem flammas in Aetna expediat, & ab imo fundo ejiciat ignitas maſſas,

23. *Jactata eſt*] Frequenter *jaci* & *jactari* ἀντὶ τοῦ *dici* & *dictitari* inveniuntur. Sic *Silius Italicus* Lib IV. 4.

*Aemulāque Herculei jactatur fama laboris.*

Hoc eſt, rumor ſpargitur, ut v. 1.

*Fama per Auſonia turbatas ſpargitur urbes.*

Sed rariùs *jactari* deponentis ſignificatione occurrit. Exemplum certè aliud quod proferam non habeo, niſi antiquarum Gloſſarum, ubi, *Jactari*, καυχᾶσθαι. *Jactatur*, ἀλαζονεύεται. *Gorallus.*

*Fabula carmen*] Malo *crimen*; quidquid jactent fabulæ, nos aliud molimur. *Scaliger.* Ita quidem nectendam orationem non puto, ſed emendationem *Scaligeri* nihilo ſecius amplector; cui ſuccinit *Martialis* Spectac. Libro Ep. VII. ubi de Laureolo, flagitioſo homine, qui crucifixus in Amphitheatro Veſpaſiani Promethei caſum exhibuerat.

*Vicerat antiqua ſceleratus crimina fama,*
*In quo, qua fuerat fabula, poena fuit.*

Gorallus.

24. *Ignotas*] A nemine antea, integro poëmate, Aetnæ ignes cantati & explicati fuerant. Vide. v. 8. *Idem.*

25. *Qui tanto motus operi*] Hoc eſt, quid moveat tantum opus. Sæpe *opus* in hoc Poëmatio vocatur quod intra Aetnæ viſcera fit Idem.

26. *Explicet in denſum flammas*] Expediat flammas in tam denſa materia, eamque comburat. *Explicare* enim eſt expedire id quod erat implicatum, ſeu impeditum, quòd nimis coarctatum eſſet; & poſt *denſum* ſubaudiendum *ſolum*, aut quidpiam ſimile. Sic *Lucretius* Lib. II. p. 251. Ed. Lambin.

*Ergo omnis natura cibos in corpora viva*
*Vertit & hinc ſenſus animantum procreat omnes,*
*Non aliâ longè ratione atque arida ligna*
*Explicat in flammas & in ignes omnia verſat.*

Hoc eſt, dilatat ut flammas alere particulis ſuis poſſint. *Idem.*

Ibidem. *Eructet ab imo* &c.] Hac metaphora & Græci & Latini de

Ignibus irriguis urat. Mens carminis hæc est.
Principio, ne quem capiat fallacia vatum,
Sedes esse Dei, tumidisque è faucibus ignem
Vulcani ruere & clausis resonare cavernis
Festinantis opus; non est tam sordida Divis
Cura,

N O T Æ.

de Aetna agentes usi sunt. *Pindari* & *Virgilii* verba protulisse satis erit. Sic ergo *Pindarus* Pythiorum I, 40. de Aetna agens:

Τᾶς ἐρεύγονται μὲν ἀπλάτου πυρὸς ἁγνόταται
Ἐκ μυχῶν παγαί.

*Cujus eructantur quidem inaccessi ignis purissimi ex penetralibus fontes:* Virgilius verò Aeneïd. III, 575.

*Interdum scopulos avulsáque viscera montis*
*Erigit eructans.*

Quo verbo frequentes & subitæ fumi & ignis eruptiones optimè describuntur. *Festus*: Erugere *semel factum significat*, *quod* eructare *sæpiùs. Illud enim perfecta forma est*, *hoc frequentativa.* Idem.

8. *Ignibus irriguis urat*] Eleganter *irrigui ignes*, per poros ac meatus manantes. Ita *Seneca* (Quæst. Nat. Lib. VI. c. 14.) loquitur: *corpus nostrum & sanguine irrigatur & spiritu*, *qui per sua itinera discurrit.* Nam dixit *spiritu irrigari*, ut hîc dicuntur *irrigui ignes.* Et *Lucretius* dixit *rigare lumine.* Scaliger. Nempe, quia aqua, quâ terra rigatur, latè per ejus rimas spargitur: ideò *rigari* dicuntur & ea per quæ liquor quivis spargitur, qualis est luminis ac ignis materia. Sic *Lucretius* Lib. IV. p. 441. Ed. Lamb. de commenticiis illis simulacris, quæ putabat ex singulis corporibus manare:

*Præterea, si quæ penitus corpuscula rerum*
*Ex alto in terras mittantur, solis uti lux*
*Et vapor, hæc puncto cernuntur lapsa diei*
*Per totum cœli spatium diffundere se se,*
*Perque volare mare, ac terras, cœlúmque rigare.*

Simili metaphorâ dixerat idem Poëta, si antiquis editionibus credimus, Lib. II. p. 182.

——— *motus per membra rigantur.*

Observandum præterea *irriguos* dici *ignes* activè, ut, apud *Virgilium*, est *irriguus fons* Georg. IV, 32.

——— *irriguúmque bibunt violaria fontem.*

Gorallus.

29. *Capiat fallacia vatum*] Decipiat. Lucretius Lib. I. p. 125.

Vt

ſas, & vicina omnia ignibus latè ſparſis, ardentéve liquore urat. Is ſcopus eſt mei hujuſce poëmatis. Ante omnia cavendum ne decipiamur mendaciis Poëtarum, 30 qui finxerunt ſub Aetna eſſe Dei cujuspiam domicilium, ignem, qui ex crateribus ejus erumpit, à Vulcano emitti, & è clauſa ejus officina ſonitum

*Ut puerorum ætas improvida ludificetur,*
*Labrorum tenus, interea perpotet amarum*
*Abſinthi laticem, deceptáque non capiatur,*
*Sed potiùs tali tactu recreata valeſcat.*

Idem.

30. *Sedes eſſe Dei*] Nempe, Vulcani, ut ſequitur; qui & illic habeat officinam, quam ſub Vulcania inſula vicina alii collocant, inter Ætnam & Liparam, quia ipſi Ætnæ Gigantem ſubjiciunt; inter quos *Virgilius* Aeneïd. Lib. VIII, 416.

*Inſula Sicanium juxta latus, Aeoliámque*
*Erigitur Liparen, fumantibus ardua ſaxis,*
*Quam ſubter ſpecus & Cyclopum exeſa caminis*
*Antra Ætnæa ſonant.*

Nempe, ab Ætna ad Vulcaniam inſulam aperti erant meatus, perpetuo Cyclopum labore. Hæc fingendi occaſionem præbuit ignis utrimque erumpens, quod & de Lemno obſervavit *Sam. Bochartus* Chanaanis Lib. I. c. 12. *Idem.*

31. *Vulcani*] Si Phœniciis litteris ſcribamus hanc vocem, *bolkan*, quæramúſque radicem in Linguis Orientalibus, ad quam hæc vox poſſit referri, inveniemus *Balak*, ſcriptam litteris Beth, Lamed & Koph; quæ in Hebraïca quidem Lingua ſignificat *deſolare*, *deſtruere*, in Arabica verò *properare*, *ſecum rapere lapides*, *aperire*, *fulgere*; quibus ſignificatibus non malè convenit cum ignium ſubterraneorum natura & effectibus. *Idem.*

Ibid. *Ruere*] Hoc eſt, cum impetu effluere, pro vocis origine quæ deducenda à ῥέω, *fluo*. *Idem.*

32. *Feſtinantis opus* &c] Quaſi fulmina Jovi feſtinaret, aut arma Achilli, vel Æneæ. Videtur reſpexiſſe ad Iliad. Σ, 472. ubi de follibus Vulcani Archilli arma fabricantis ſic loquitur *Homerus*:

Παντοίην εὔπρηςον ἀϋτμὴν ἐξανιεῖσαι
Ἄλλοτε μὲν σπεύδοντι παρέμμεναι, ἄλλοτε δ' αὖτε
Ὅππως Ἥφαιςος τ' ἐθέλοι καὶ ἔργον ἄνοιτο.

*Omnigenum facilè accendentem flatum emittentes, interdum quidem ut adeſſent feſtinanti, interdum verò contrà, ſicut volebat Vulcanus, ut opus remitteretur.* Lego enim ἀνεῖτο ab ἀνίημαι, *remittor*, non ἄνοιτο, *perficeretur*, quod non opponitur τῷ σπεύδειν. *Idem.*

33. Neque

Cura, neque extremas jus eſt demittere in artes
Sidera; ſeducto regnant ſublimia cœlo
Illa, nec artificum curant tractare laborem.
Diſcrepat à prima facies hæc altera vatum.
Illis Cyclopas memorant fornacibus uſos
Cùm ſuper incudem numeroſa in verbera fortes
Horrendum magno quaterent ſub pondere fulmen
Armaréntque Jovem; turpe eſt ſine pignore carmen
Proxi

N O T Æ.

33. *Neque extremas jus eſt demittere in artes*] *Extremas artes*, πεινὰ ἐπιτηδεύματα. Οὐ ποιητέον τοὺς θεοὺς ταπεινὰ ἐπιτηδεύοι *Scaliger*. *Extremæ artes* ſunt quæ exercentur tantùm ab iis qu *trema plebs* dicuntur, quales fabri ferrarii &c. *Jus eſt*, hîc eſt *fas eſt*, ſeu licet, non quidem per leges, ſed per rectam Ratioı quæ fabulis adverſatur. *Gorallus*.

34. *Sidera*] Infra etiam ſic vocantur omnes Dii, ut v. 44, & nimirum, aut à majore parte, nam quævis aſtra putabant Deos, & potiſſima majorum Gentium Diis eſſe ſacra. Idololat Gentilium in corporum cœleſtium cultu perſequutus eſt *Ger.* *Voſſius* Lib. II. de Idololatria Gentilium. *Idem*.

Ibidem. *Seducto*] *Seducto*, non *ſubducto* legendum. *Scaliger*. timè, nam *ſubducto* eſt demto, quod hîc abſurdum; *ſeducto* remoto, quod res ipſa poſtulat. Ita etiam Aldina Editio. Sic & *dius* terras cœlo collatas *ſeductas* dixit, Metamorph. IV, 622. ul Perſeo volatu aërem emetiente,

——— *ex alto ſeductas æthere longè*
*Deſpectat terras.*

Similiter à *Lucretio* Lib. I. deſcribitur natura Deorum

*Semota à noſtris rebus ſejunctáque longè.*

Gorallus.

36. *Diſcrepat à prima* &c] Non ſatis intelligo cur hujus fa facies diſcrepare à prioris dicatur; quicumque enim coll Vulcanum ſub Ætna iidem Cyclopas ei miniſtros addunt. C tet tamen, hac in re, non unam fuiſſe veterum Mythologo ſententiam, cùm ſic loquatur *Severus*. *Idem*.

37. *Illis Cyclopas* &c] Cyclopum officinas, quamquam ſub *cania inſula* eas collocat, graphicè deſcripſit Virgilius Aen

ıitum illum audiri, dum festinanter quidpiam fa-
icatur. Non est tam sordida Numinibus occupa-
), neque fas est ad infimæ plebis artes deprimere
eos. Supra sidera, procul à terris semoti regnant,
nec ad viles artificum labores umquam descen-
nt. Sed est altera poëtarum fabula, quæ à priori
n nihil discrepat & quâ fertur Aetna esse Cyclo-
m fornax, in qua numerosis ingentium malleo-
m ictibus fulmen fabricantur, 4? ut Jovi arma
ɔpeditent. At turpe est carmen, quod ea narrat,
quæ

I, 416. & seqq. De Cyclopibus verò ipsis adi *Sam. Bochartum* ınaanis Lib. I. c. 30. *Idem.*

ɔid. *Illis Cyclopas.*] Lege *illi*, id est, altera species vatum, nam t *discrepat à prima facies hac altera vatum.* Duas species intelli- ; primam eorum qui ἐπιθειάζονται, alteram eorum qui μυ- ογῦσι. In illis δεισιδαιμονία, in his τερατολογία notatur. *iger.*

8. *Numerosa in verbera*] Hoc est, ictibus impactis metallo certis bus, ut videmus à fabris fieri, cùm plures simul eamdem llam cudunt. Hoc habet à *Virgilio* Aeneid. VIII, 452.

*Illi inter se se magnâ vi brachia tollunt*
*In numerum, vertúntque tenaci forcipe ferrum.*

:allus.

o. *Turpe est sine pignore carmen*] Hoc est ex persona Poëtæ, qua- ıperiora illa, ut pote fabulosa, refellentis. Est autem meta- ra à sponsionibus, seu à sacramenti more. Hoc Græci dicunt ·γυον, cujus nomine nihil præstetur. Ita, apud *Plutarchum*, ιοι ἀνέγγυοι, quasi eorum evictio non præstaretur, id est, ;itimi. Ita infra loquutus:

——— *Verum certo tibi pignore constat.*

n:

——— *certis tibi pignora rebus,*
*Atque oculis hausura tuis dabit ordine tellus.*

st, οὐκ ἀνέγγυον τοῦτο ἐστι. *Ovidius: & ut credat pignora certa* , (Fast. Lib. III, 74.) Hinc illa: *quovis pignore*, *quavis spon-* , *contendam*, *certabo.* Scaliger. Loco Ovidiano, à viro summo ), adde & hunc, ex Metam. Lib. II, 38. ubi ita Phaëthon :m alloquitur:

*Pignora da, genitor; per qua tua vera propago*
*Credar.* Gorallus.

 41. Vi-

Proxima vivaces Aetnæi verticis ignes
Impia sollicitat Phlegræis fabula castris.
Tentavere (nefas!) olim detrudere mundo

Si-

NOTÆ.

41. *Vivaces Ætnæi verticis ignes*] *Vivaces*, qui numquam intermoriuntur. Hinc & ejusmodi ignes dicuntur *æterni* & *immortales*, ut ostendit *Joannes Clericus* in Dissertatione *de Sodoma subversione* Idem.

42. *Sollicitat*] Hoc est, quasi Diis bellum illaturos concitat, antiquâ fabulâ Phlegræi belli. De verbo *sollicitare* vide notata ad *Albinovani* El. I, 376. *Idem*.

Ibidem. *Phegrais fabula castris*] Atqui veteres Editiones habent *campis*. Quis ignorat dictum Φλεγραῖον πεδίον; *Scaliger*. Ut *Phlegræi campi* rectè dicuntur, sic & *Phlegræa castra* non malè voces eos qui in iis bellum gesserunt. Sic loquitur & Statius Achilleïdos Lib. III. p. 622. Ed. Cruceanæ.

*Sic cùm pallentes Phlegræa in castra coïrent*
*Cælicolæ.*

*Phlegra* autem dicebatur & *Pallene*, cùm tota Chersonesus Macedonica, ad Thermaïci sinûs septemtrionem sita, tum etiam urbs in ejus isthmo condita, ut ex multis veteribus Scriptoribus liquet. Omnium loco erit hîc nobis unus *Stephanus*, quia simul fabulam, quam *Cornelius* attingit, explicat. Παλλήνη δ' ἐστὶ καὶ χεῤῥόνησος τρίγωνος τὴν βάσιν ἔχουσα πρὸς μεσημβρίαν ἐστραμμένην: *Pallene est & peninsula triangularis habens basin ad meridiem conversam*. Quid sit *basis* trianguli omnes sciunt, quare absurdè *Ab. Berkelius* vertit: *quæ viam* (quâ in continentem itur) *ad meridiem versam habet*. Sed hoc obiter, quippe quod ad rem nostram nihil facit. Pergit *Stephanus*: ἐκαλεῖτο δὲ Φλέγρα τὸ παλαιὸν, καὶ ᾠκεῖτο ὑπὸ τῶν Γιγάντων, καὶ ἡ τῶν θεῶν, καὶ τῶν Γιγάντων μάχη ἐνταῦθα μυθεύεται γενέσθαι: *vocabatur Phlegra olim & habitabatur à Gigantibus, pugnáque Deorum & Gigantium illic commissa fabulis fertur.* Nimirum, Gigantes illi fuerunt viri strenui qui erant reliquiæ exercitûs Saturni, à Jove antea in Thessalicis campis victi; quæ fugerant in peninsulam oppositam, trajecto Thermaïco sinu, aut circumactâ, pedestri itinere, maritimâ Thessaliæ & Macedoniæ orâ. Jupiter eos sequutus novas de iis retulit victorias, & tandem diuturnum illud bellum confecit. De priori bello cum Saturno & Titanibus ea dixit *Joan Clericus* ad Theogoniam *Hesiodi*, quæ ita de posteriori sentiendum esse satis ostendunt. Audiamus tamen *Stephanum* hanc fabulam ex *Theagene* enarrantem: Θεαγένης ἐν Μακεδονικοῖς οὐκ ἐνταῦθα (lege οὐ κατὰ ταῦτα) δὲ τὸν περὶ

Παλ-

lo argumento probari possunt. Est huic simi-
impia fabula, quâ immortales Aetnæ ignes
r emissi à Gigantibus qui in Phlegræis campis
cum

ἔστηκε λόγον. φησὶ γὰρ τὴν μὲν γῆν ταύτην κεκλῆσθαι
τοὺς δ' ἐνοικοῦντας γίγαντας· εἰς οὓς Ἡρακλέα καταχθέντα,
ριν αὐτῶν, καὶ τὴν μισανθρωπίαν ἐκπλαγῆναι. ἐπειδὲ καὶ
ξαντο, τὰ συνήθη ὅπλα εἰς χεῖρας λαβεῖν, ἕπεσθαί τε
ει, κτείνοντα τοὺς πόλεμον αὐτῷ ξένια τοῦ κατάπλου πα-
γενέσθαι δὲ ἐν τῇ μάχῃ βροντάς τινας, καὶ πρηστῆρας,
τῶν θεῶν μάχη πρὸς αὐτοὺς μεμυθολόγηται: *Theagenes*
*nicis non eodem modo instituit sermonem, quem habet de Pal-*
*t enim hanc quidem terram Phlegram vocatam, incolas verò*
*d quos cùm Hercules appulisset, eorum contumeliosam indo-*
*humanitatem eum obstupuisse. Cùm autem prælii initium fecis-*
*solita arma sumsisse, & insequutum omnibus viribus occi-*
*qui ei bellum, quasi hospitalia propter appulsum dona, intu-*
*sse autem illa in pugna tonitrua, & turbines, ex quibus Deo-*
*cum illis conficta sit.* Qui hæc conferent cum editione
videbunt in ea nec *Stephani* contextum, nec versionem
re. Sed hoc nunc non agitur. Contendimus figmentum
*heagenis*, cùm constet Jovem in Thessalia & finitimis
bellum gessisse, Gigantas verò fuisse homines strenuos,
igis impios quàm reliqui erant iis temporibus. Impieta-
s inusta est, ab iis qui non meminerant Jovem fuisse
, cum quo hominibus pugnare licuit; sed fingebant hîc
um immortalibus decertantes, quod fieri non potuit.
ulmina arma fuisse Jovis, in hoc bello, eâ demum fi-
estate quâ Jovem cum cœlesti Numine miscere cœpe-
; quamobrem ei non humana arma, quibus usus fue-
vina tributa sunt. Vix crediderim *Herculem* illic bellum
m *Diodorus* Siculus in Italia circa Cumas pugnasse eum
tibus prodiderit, Bibliothecæ Lib. IV. p. 228. ne jam
banum Herculem hisce temporibus juniorem fuisse.

*udere mundo*] Hoc est, *cælo*, ut apud *Manilium*, initio

*lera diversos hominum variantia casus*
*lestis rationis opus, deducere mundo*
*ggredior.*
: ad Augustum:
*ncessúmque patri mundum Deus ipse mereris.*
hoc versu:
*n propiúsque favet mundus scrutantibus ipsum.*
n sequentibus, passimque alibi. *Idem.*

 46. Hi:

Sidera, captivique Jovis transferre Gigantes
Imperium & victo leges imponere cœlo.
His natura sua est alvo tenus, ima per orbes
Squameus intortos sinuat vestigia serpens.
Construitur magnis ad prælia montibus agger,
Pelion Ossa terit, summus premit Ossan Olympus
Jam coacervatas nituntur scandere moles,
Impius & miles metuentia cominus astra
Provocat infestus, cunctos ad prælia Divos

I

N O T Æ.

46. *His natura sua est alvo tenus*] Si ita interpungas, *his na sua est*; erit sensus: illis propria natura sua est & seorsum ab hominibus. Sunt enim bimembres, id quod Græcanicè dict nam ἰδιάζουσαν φύσιν dicunt, & τὰ ζῶα ἰδιοφυῆ, apud *Laërt* Anaxagora. Vel si ita: *his natura sua est alvo tenus*; intellige tenus suos esse, hoc est, homines. *Scaliger*. Rectè animadv *Joan. Frid. Gronovius* Observat. Lib. I. cap. 11. priorem distin nem erroneam esse, multísque exemplis probat *suum* dici, c est ejusdem naturæ, ut Georgicon II, 82. de arbore, cui a surculi insiti sunt:

*Miratúrque novas frondes & non sua poma.*

Sic & *Plinius* Lib. XXXIII. cap. 4. *Aurum arrugiâ quæsitum no quitur, sed statim suum est*; hoc est, suæ naturæ, sine mistura v ris metalli, aut alienæ cujusquam materiæ. Ipsum *Grono* adito, qui plura suppeditabit. *Gorallus.*

47. *Sinuat vestigia*] Non ausim hanc lectionem immutare. men antiquitus excusi habent: *similat vestigia*, non malè. iidem libri habent *Pelion Ossa creat*, non *terit*. Quod sanè pl Id est, auget, ex duobus montibus creatur unus. *Scaliger*. A agebat vir summus, nam utraque lectio & *similat* & *creat* p surda est, & sine exemplo. Contrà vulgatæ lectioni favet *lius* Æneid. II, 206. ubi sic serpentes describit:

*Pectora quorum inter fluctus arrecta, jubæque*
*Sanguineæ exsuperant undas; pars cetera pontum*
*Pone legit, sinuátque immensa volumine terga;*

Hoc est, ut habet *Servius*, *curvat*, *flectit in sinus*. Gorallus.

*Serpens*] Absurda hæc fabula, quâ hominum corpora cum se tibus conjunguntur, ex eodem errore nata est, quo custodes

)ssam, Ossæ Olympum imposuerunt. 50 Tum
a cœlum adſcendere conati, timentes ſibi Deos
)inquo omnes, quaſi admotis ſcalis, provoca-
runt.

:ridum, Velleris Aurei, aliique mutati ſunt in ſerpentes.
n, Linguâ Phœniciâ, *Nabhaſch* æquè ſignificare poteſt *ſer-*
*& eum qui diligenter quidpiam obſervat*, hoc eſt, cuſtodem.
:rediderim Gigantas illos, ſive viros fortes, quos vicit Ju-
uiſſe eos quos Saturnus præfecerat cuſtodiæ Phlegrææ penin-
it qui eò fugerant ex clade Theſſalica. *Idem.*
*lion Oſſa terit*] Hîc noſter, ne quid diſſimulem, duo tem-
oca perperam miſcuit, quod Poëtis ſollemne eſt. Primùm
inxit prius bellum à Jove cum Saturno & Titanibus geſtum
riori, quo devicit hoſce Gigantas; deinde Theſſaliam cum
a Cherſoneſo confudit. Poſtquàm enim *Phlegræa caſtra*
ivit, narrat nobis Theſſaliæ montes aliis alios impoſitos,
priori bello & in Theſſalia geſto fictum oportuit; niſi ſi
it trans Thermaïcum ſinum eos montes tranſlatos. Verùm
, qui bellum à Jove cum Satûrno geſtum in Theſſalia pri-
cripſit, nuſquam meminit montium montibus impoſito-
d poſteriores Poëtæ, qui non ſatis recordabantur Jovem &
Deos, quibuſcum bellum geſſit, fuiſſe homines, cùm ſe-
um cœlum fuiſſe putarent, finxerunt Gigantas, qui bellum iis
tuliſſe narrabantur, montium acervum, quaſi ſcalas, admo-

Sidera, captivique Jovis transferre Gigantes
Imperium & victo leges imponere cœlo.
His natura sua est alvo tenus, ima per orbes
Squameus intortos sinuat vestigia serpens.
Construitur magnis ad prælia montibus agger,
Pelion Ossa terit, summus premit Ossan Olympus.
Jam coacervatas nituntur scandere moles,
Impius & miles metuentia cominus astra
Provocat infestus, cunctos ad prælia Divos

Pro-

NOTÆ.

46. *His natura sua est alvo tenus*] Si ita interpungas, *his natura sua est*; erit sensus: illis propria natura sua est & seorsum ab aliis hominibus. Sunt enim bimembres, id quod Græcanicè dictum; nam ἰδιάζουσαν φύσιν dicunt, & τὰ ζῶα ἰδιοφυῆ, apud *Laërtium*, Anaxagora. Vel si ita: *his natura sua est alvo tenus*; intellige alvo tenus suos esse, hoc est, homines. *Scaliger.* Rectè animadvertit *Joan. Frid. Gronovius* Observat. Lib. I. cap. 11. priorem distinctionem erroneam esse, multísque exemplis probat *suum* dici, quod est ejusdem naturæ, ut Georgicon II, 82. de arbore, cui alieni surculi insiti sunt:

*Miratúrque novas frondes & non sua poma.*

Sic & *Plinius* Lib. XXXIII. cap. 4. *Aurum arrugiâ quæsitum non coquitur, sed statim suum est*; hoc est, suæ naturæ, sine mistura vilioris metalli, aut alienæ cujusquam materiæ. Ipsum *Gronovium* adito, qui plura suppeditabit. *Gorallus.*

47. *Sinuat vestigia*] Non ausim hanc lectionem immutare. Tamen antiquitus excusi habent: *similat vestigia*, non malè. Item iidem libri habent *Pelion Ossa creat*, non *terit*. Quod sanè placet. Id est, auget, ex duobus montibus creatur unus. *Scaliger.* Aliud agebat vir summus, nam utraque lectio & *similat* & *creat* perabsurda est, & sine exemplo. Contrà vulgatæ lectioni favet *Virgilius* Æneid. II, 206. ubi sic serpentes describit:

*Pectora quorum inter fluctus arrecta, jubæque*
*Sanguineæ exsuperant undas; pars cetera pontum*
*Pone legit, sinuátque immensa volumine terga*;

Hoc est, ut habet *Servius*, *curvat*, *flectit in sinus*. Gorallus.

*Serpens*] Absurda hæc fabula, quâ hominum corpora cum serpentibus conjunguntur, ex eodem errore nata est, quo custodes Hor-

ti

cum Diis pugnarunt. Narrantur enim è cœlo detrahere voluisse Deos, Jovisque captivi regnum usurpare, & leges pro arbitrio victis Cœlitibus dicere. Hisce Gigantibus forma humana fuit ad pubem usque, sed inferior pars in caudam serpentis desinebat. Igitur aggerem ad cœlum, ut cominus cum Diis pugnare possent, montibus struxerunt, Pelióque Ossam, Ossæ Olympum imposuerunt. Tum illac in cœlum adscendere conati, timentes sibi Deos è propinquo omnes, quasi admotis scalis, provocarunt.

ti Hesperidum, Velleris Aurei, aliique mutati sunt in serpentes. Nimirum, Linguâ Phœniciâ, *Nahhasch* æquè significare potest *serpentem & eum qui diligenter quidpiam observat*, hoc est, custodem. Itaque crediderim Gigantas illos, sive viros fortes, quos vicit Jupiter, fuisse eos quos Saturnus præfecerat custodiæ Phlegrææ peninsulæ, aut qui eò fugerant ex clade Thessalica. *Idem.*

49 *Pelion Ossa terit*] Hic noster, ne quid dissimulem, duo tempora & loca perperam miscuit, quod Poëtis sollemne est. Primùm non distinxit prius bellum à Jove cum Saturno & Titanibus gestum à posteriori, quo devicit hosce Gigantas; deinde Thessaliam cum Phlegræa Chersoneso confudit. Postquàm enim *Phlegræa castra* memoravit, narrat nobis Thessaliæ montes aliis alios impositos, quod in priori bello & in Thessalia gesto fictum oportuit; nisi si quis velit trans Thermaïcum sinum eos montes translatos. Verùm *Hesiodus*, qui bellum à Jove cum Satùrno gestum in Thessalia primus descripsit, nusquam meminit montium montibus impositorum; sed posteriores Poëtæ, qui non satis recordabantur Jovem & æquales Deos, quibuscum bellum gessit, fuisse homines, cùm sedem eorum cœlum fuisse putarent, finxerunt Gigantas, qui bellum iis è terra intulisse narrabantur, montium acervum, quasi scalas, admovisse. Sic dum rebus convenientia scribere se putant, antiquissimam Græciæ Historiam splendidis mendaciis turpiter corruperunt. *Idem.*

51. *Impius*] Sic & vs. 42. *impia fabula*. Quamvis *pius* diceretur propriè humanus erga propinquos & consanguineos, ac proinde *impius* erga eosdem inhumanus, ut ostendimus ad *Pedonem Albinovanum*, El. I. 5. attamen jam ab illo ævo vocabula hæc sunt ad Deos & res divinas translata; ut ex hoc loco & multis aliis intelligere est. *Idem.*

52. *Infestus*] Editio Aldina habet *infensus*; quod deterius est. *Idem.*

Ibidem. *Cunctos*] *Cunctósque*. Scaliger.

Provocat, admotis......
Jupiter è cœlo metuit, dextrámque coruscâ
Armatus flammâ removet caligine mundum.
Incursant vasto primùm clamore Gigantes.
Hîc magno tonat ore pater, geminántque faventes
Undique discordes comitum simul agmine venti,
Densa per attonitas rumpuntur fulmina nubes.
Quin & in arma ruit quæcumque potentia Divûm,
Jam

NOTÆ.

53. *Admotis*] Videtur deesse nomen substantivum *scalis*, ita ut dixerit Poëta conatos Gigantas irrumpere *scalis admotis*, aut nescio quid simile. *Gorallus*.

55 *Removet caligine mundum*] Videtur esse Hypallage, pro *removet caliginem è mundo*; hoc est, à cœlo tenebras omnes fugat, crebris fulgetris ac fulminibus. Talis Hypallage apud *Virgilium*, Æneïd. VIII, 542.

> ——— *Herculeis sopitas ignibus aras*
> *Excitat*;

hoc est, *sopitos ignes Herculeis aris*. Plura, si necesse est, exempla suppeditabit Belgarum diligentissimus *Gerard. Joan. Vossius* Institut. Orator. Lib. IV. cap. XIII. §. 12. *Idem*. Vide & ad vs. 57.

56. *Incursant vasto primùm* &c.] Hoc est, cum magno clamore, prout solet suppleri præpositio, ut rectè *Sanctius* antea memoratus, ad vs. 19. *Idem*.

57. *Hîc magno*] Lege:

> *Hinc magno sonat ore pater, geminántque faventes*
> *Undique discordes comitum simul agmine venti.*

Porrò in superioribus versibus, pro *removet caligine mundum*, repone ex obsoletis *renovat caligine*, id est, mutat pristinam formam mundi. Ita enim ad eum sensum usurpabant Veteres; unde *novare membra*, cùm radunt. Arnobius: *quid novatio & revelatio pudendorum?* Estque verbum juris *novatio*, à qua mente *novacula* dicta est. Eædem editiones meliùs habent, *è cœlo metuens*, non, ut recentiores, *è cœlo admotus*. *Scaliger*. Non nego *novatione* significari mutationem, sed proferenda fuit loquutio huic similis, *renovare mundum caligine*, aut hæc ipsa, ex alio Scriptore. An voluit Severus dicere: *mutare mundum caligine?* Incommoda sanè loquutione usus
esset

runt. At Jupiter cœlo jam metuens fulmina arripit, & fulgetrorum flammis omnem caliginem discutit. Ibi Gigantes, ingenti edito clamore, impetum in Deos faciunt; Jupiter verò tonitrua maxima creat, quorum fragorem discordes procellæ augent. Dein crebra per nubes fulmina transcurrunt, ceterique omnes Dii fortiter prælium capessunt, & Mars jam

esset, & contra quàm sentiebat loquutus; nam fulminibus crebris, quæ postea memorat, cœlum splendescit non obscuratur; unde factum ut *Hesiodus*, *Theogoniâ*, in descriptione prælii Saturni cum Jove, omnia fulminum flammâ illustrata fingat. Itáque *exoletas Scaligeri* editiones censeo hîc sinendas exolescere & antiquari. *Gerallus.*

Ibidem. *Magno tonat ore*] Eleganter, adludere enim videtur ad eorum sententiam, qui tonitrua *Jovis vocem* esse ajebant: quomodo etiam loquebantur Hebræi, ut liquet ex Psalmo XXIX. Nescio an non indidem petita sit figurata hæc *Plinii*, in Præfat. Historiæ Naturalis, oratio: *Fulgurat in nullo umquam veriùs dicta vis eloquentia, Tribunitia potestatis facundia. Quanto tu ore patris laudes tonas?*

Ibid. *Pater*] Hoc est, Pater Hominum & Deorum, qui sic sæpe κατ' ἐξοχὴν dicitur, ut Georg. I, 121.

*——— Pater ipse colendi*
*Haud facilem esse viam voluit.*

Cur eo nomine Dii vocentur diximus ad *Albinovanum* I, 23. *Idem.*

Ibidem. *Geminántque*] Sonitum, nempe, tonitruum, qui vento latiùs dissipatur. *Idem.*

59 *Funduntur fulmina*] Repone ex veteribus *rumpuntur*, ut infrà

*——— fragor totâ nunc rumpitur Ætnâ*

&

*——— ruptique cavis fornacibus ignes.*

Scaliger.

60. *Quin & in arma ruit.*] Lego: *aquáque in arma ruit.* Hesiodus:

— μάχην ἀμέγαρτον ἔγειραν
Πάντες, θήλειαί τε καὶ ἄρσενες, ἤματι κείνῳ,
Τιτῆνές τε θεοὶ καὶ ὅσοι Κρόνου ἐξεγένοντο.

*Pugnam magnam excitarunt, omnes fœminaqua & mares, die illo, & Dii Titanes & qui è Saturno orti erant.* Scaliger.

*Ibidem.* Non video cur à vulgata lectione abeamus. *Gerallus.*

 61. Iam

Jam Mars sævus erat, jam cetera turba Deorum.
Stant utrimque metus; validos tum Juppiter ignes
Increpat, & victor proturbat fulmine montes.
Illinc devictæ verterunt terga ruinæ,
Infestæ Divis acies, atque impius hostis
Præceps cum castris agitur, matérque jacentes
Impellens victos. Tum pax est reddita mundo,
Tum Liber celsa venit per sidera cœli,
Defensique decus mundi nunc redditur astris.
Gurgite Trinacrio morientem Juppiter Ætnâ
Obruit Enceladum, vasti qui pondere montis

Æstuat

N O T Æ.

61. *Jam Mars sævus erat*] Sic habet Aldina editio; hoc est, jam acriter pugnabat. Malè legebatur in aliis *& Mars*, &c. *Idem.*

*Ibidem.* Lege:

*Et Mavors sævus & cetera turba Deorum,*
*Stant utrimque metu.*

Nam *stare metu*, ut *stant pulvere nubes*, *stat sentibus pectus.* Scaliger.

62. *Stant utrimque metus*] Prioris versûs lectione ex Aldina Editione constitutâ, posterioris lectionem servabimus qualis est. Vult enim Poëta in utraque acie stetisse quod altera metueret. *Gorallus.*

Ibidem. *Ignes increpat*] Hoc est, cum magno sonitu fulmina demittit. Similiter *Virgilius* dixit *increpare sonitum.* Æneïd. IX, 503.

*At tuba terribilem sonitum procul ære canoro*
*Increpuit.*

Idem.

63. *Victor*] Sic in Aldina Editione, pro *jacto*, quod est in vulgatis. *Idem.*

Ibidem. *Proturbat fulmine montes*] Hoc est, procul deturbat, dicitúrque propriè de iis qui ex superiore loco subeuntes dejiciunt. Insignis est hanc in rem *Livii* locus, quem *Severus* imitatus videtur. Exstat Lib. V. cap. 47. ubi Gallorum deturbatio ex rupe Tarpeia sic describitur: *Jámque & alii congregati telis missilibúsque saxis proturbare hostes, ruináque tota prolapsa acies in præceps deferri.* Idem.

64. *Verterunt terga ruinæ*] Hoc est, ruinæ instar, è montibus suis provoluti sunt. Vide locum *Livii* ad præcedentem versum. *Idem.*

66. *Ma-*

jam crudeliter sævit, ut & reliqua Numinum turba. Utrimque metuitur hostis, sed Jupiter tandem, validioribus fulminibus demissis, coacervatos montes proturbat; quo facto, ruinarum instar cadentes Gigantes terga verterunt, copiæque Diis infestæ unà cum castris suis præcipites actæ sunt; victáque ipsa Tellus eorum mater, quæ victis animos addebat. Tum verò pace Diis redditâ, Bacchus in cœlum rediit, revocatus è mortuis à Cerere, & honorem defensi cœli Dii retulerunt. In mari Siculo, animám propemodum efflantem Aetnâ oppressit Jupiter Enceladum Gigantem, qui sub pondere ingentis mon-

66. *Matérque jacentes impellens*] Id est, & mater Tellus, quæ adhuc hortabatur Gigantas, quamvis jam victos & fulmine adflictos; Mater, inquam, & ipsa fulmine petitur. *Scaliger.*

67. *Mundo*] Id est, cœlo, ut supra vs. 43. & vs. 69.

68. *Tum Liber celsa*] Si hæc sana sint, vult *Severus* lætitiæ datorem Bacchum in cœlum sine metu venisse, reliquósque Deos ad hilaritatem provocasse. Tum autem dicitur in cœlum venisse, quia à Terrigenis in prælio discerptus à Cerere, recompositis suis membris, vitam postea recepit. *Diodorus* Siculus Lib. IV. pag. 196. Ed. Hanovianæ: *παραδεδωκότων δὲ τῶν μυθογράφων, καὶ τρίτην γένεσιν, καθ' ἣν φασι τὸν Θεὸν ἐκ Διὸς καὶ Δήμητρος τεκνωθέντα, διασπασθῆναι μὲν ὑπὸ τῶν γηγενῶν καὶ καθεψηθῆναι, πάλιν δ' ὑπὸ τῆς Δήμητρος, τῶν μελῶν συναρμοσθέντων, ἐξ ἀρχῆς νέον γεννηθῆναι: Tradentibus mythographis & tertios natales; secundùm quos, dicunt Deum illum ex Jove & Cerere natum, discerptum fuisse & elixatum à Terrigenis, sed iterum à Cerere membris compositis, ut ab initio, juvenem esse factum.* Idem.

69. *Nunc redditur*] Scribe, *tunc redditur.* Scaliger. Nihil muta, nam hoc vult Poëta; nunc (hoc est, Poëtæ tempore) Diis tribuitur honor defensi cœli. *Reddere* pro *tribuere* seu dare frequenter dici docebunt *Lucretii* Interpretes & Index Gifanianus. *Gorallus.*

70. *Ætnâ obruit Enceladum*] *Pindarus* Pyth. Od. I. Typhonem Ætnæ subjicit, sed *Severus* noster, cùm alios, tum *Virgilium* suum est sequutus, Æneïd. Lib. III, 578.

*Fama est Enceladi semustum fulmine corpus*
*Urgeri mole hac, ingentémque insuper Ætnam*
*Impositam* &c.

Ad quem locum vide *Servium.* Idem.

Æstuat & patulis exspirat faucibus ignes.
Hæc est mendosæ vulgata licentia famæ.
Vatibus ingenium est, hinc audit nobile carmen.
Plurima par scenæ rerum est fallacia, vates
Sub terris nigros viderunt carmine Manes,
Atque inter cineres Ditis pallentia regna.
Mentiti vates Stygias undásque, canésque.

Hi

## NOTÆ.

72. *Patulis exspirat faucibus ignes*] Quia irati dicuntur, Phœnicio sermone, spirare naribus ignem. Vide Psalm. XVIII, 9. Hinc finxerunt tauros illòs feros, quos jugo subjecit Jason, naribus ignem emisisse. *Ovidius* Metam. VII, 104.

*Ecce adamanteis Vulcanum naribus efflant*
*Æripides Tauri* &c.

Idem.

73. *Hac est mendosa*] *Mendosa fama* est rumor *mendax*; non minùs enim deduci potest à *mendum*, quàm à *menda*. *Charisius:* Mendum *in mendacii significatione dicitur*, menda *in culpa operis, aut corporis*. Sic *mendosè* pro *falsò* sumitur apud *Lucretium* Lib. IV.

——— *tamen prastat rationis egentem*
*Reddere mendosè causas utriúsque figura*
*Quàm manibus manifesta suis emittere quaquam.*

Item apud *Horatium mendosus* pro mendace legitur Lib. I. Ep. XVI, 40.

*Falsus honos juvat & mendax infamia terret*
*Quem, nisi mendosum & medicandum?*

Hoc est, nisi eum qui se simulet eum esse, qui non est. *Idem.*

74. *Vatibus ingenium est*] Nimirum, Poëtarum hoc ingenium est, hæc indoles, ut fingant quidquid videtur. *Idem.*

*Hinc audit nobile carmen*] Locus depravatissimus, qui ita sine dubio legendus est:

- - - *Hinc auget nobile carmen*
*Plurima pars scena, verum & fallacia vates*
*Sub terris nigros viderunt crimina manes.*

Sic suprà idem error, *carmen* pro *crimen*. Scaliger. Nihil muto in primo versu, cùm sensus sit satis apertus, & rei conveniat. Nempe, figmentis audacibus licentiosæ famæ carmen nobilitatur, ac ce-

le-

montis æstuat irâ & patentibus faucibus ignes emittit. Eò devenit mendacium rumorum, quibus fabulæ constant, licentia. Ea poëtarum indoles, & captandæ ingenii famæ ratio. 75 Pleraque quæ habent scenicis fabulis similia sunt Poëtæ soli, dum poëtico illo suo furore agitarentur, viderunt sub terris inferos, & post rogum regnum Plutonis, ubi commenti sunt nescio quem Stygium amnem & tricipi-

lebratur. Ergo *audit nobile*, idem est ac nobile habetur, ut *malè* vel *bene audire*, est malæ aut bonæ famæ esse. Usque adeò necessaria Poëmati fictio censetur, ut Poëtarum numero ejiciatur quisquis non fingit. Qua de re legenda Institutio Poëtica *Joan. Ger. Vossii* Lib. 1. cap. 1, & 2. *Gorallus.*

75. *Plurima par scenæ rerum est fallacia*] Legebatur *plurima pars scenæ, verum est fallacia*, sine ullo sensu. Sequuti sumus emendationem viri docti adscriptam oræ codicis quo utebamur. Sensus est: plurima rerum à Poëtis decantatarum fallacia par est scenæ, seu dramati: hoc est, planè conficta, ut solent argumenta Comœdiarum. *Idem.*

76. *Viderunt carmine Manes*] Hoc est, in carminibus suis ita loquuntur de Manibus, seu inferis quasi eos vidissent. Non vident dum sui compotes sunt, sed cùm furore Poëtico tenentur, tum verò Manes vident. *Idem.*

77. *Atque inter cineres*] Hoc est, postquàm cadavera sunt combusta, vident umbras pallentia regna Ditis subeuntes. *Idem.*

Ibid. *Ditis.*] *Dis* à Latinis dictus est Deus Inferorum, versâ voce Πλούτων in Linguam Latinam, utraque enim vox divitem significat. Nominis rationem invenies, apud *Joan. Clericum* in Theogoniam *Hesiodi* vs. 455. *Gorallus.*

78. *Menti vates* &c.] Et hic quoque locus pessimè affectus. Lege:

> *Sub terris nigros viderunt crimina Manes,*
> *Atque inter cineres Ditis pallentia regna*
> *Mentiti, naves Stygias, undásque, canésque.*

*Stygia canes*, Eumenides, *Æschylus* & quidam (nam nomen non memini) Latinus Poëta. *Scaliger.* Malim post *regna* πλείαν στιγμὴν adscribere, ut verbum referatur ad sequentia tantùm nomina. Ceterum quia *canes* plurali numero dicuntur, ideò tamen necesse non est eâ voce Eumenidas intelligi; cùm enim minùs diligenter loquimur, sæpe plurali numero ad unum significandum utimur. Vide hac de re Interpretes ad Matth. II, 20. Itaque voce plurali *canes* optimè significetur Cerberus. *Gorallus.*

79. Hi

Hi Tytyon septem stravere in jugera fœdum,
Sollicitant magnâ te circum Tantale pœnâ,
Sollicitántque siti. Minos, tuáque Aeace in umbris
Jura

## N O T Æ.

79. *Hi Tityon septem* &c.] Non potest horum certior Interpres inveniri *Ovidio*, Amor. Lib. III. Eleg. XII. 19. & seqq. cujus aliquot versus propterea hîc apponemus:

*Nec tamen, ut testes, mos est audire Poëtas,*
*Malueram verbis pondus abesse meis.*
*Per nos Scylla patri canos furata capillos,*
*Pube premit rabidas inguinibúsque canes.*
*Nos pedibus pennas dedimus, nos crinibus angues,*
*Victor Abantiades alite fertur equo.*
*Iidem per spatium Tytion porreximus ingens*
*Et sua vipereo fecimus ora cani.*

Tandem locum hunc sic claudit:

*Exit in immensum fœcunda licentia vatum,*
*Obligat historicâ nec sua verba fide.*

Gorallus.

Ibidem. *Septem stravere in jugera*] Alii Poëtæ *novem jugera* ei tribunt, & princeps quidem *Homerus* Odyss. Λ, 576.
Sic & *Lucretius* Lib. III.

*—— novem dispersis jugera membris*
*Obtinet.*

Similiter *Virgilius* Æn. VI, 595.

*Nec non & Tityon terræ omniparentis alumnum*
*Cernere erat, per tota novem cui jugera corpus*
*Porrigitur.*

Sic etiam loquuti multi alii Poëtæ, quorum testimonia, in re commenticia, proferre nihil attinet. *Idem.*

Ibid. *Fædum*] Lego *fusum*, non autem *fædum*. Scaliger. Nihil necesse est hanc vocem mutari, nam *fædus* rectè dicatur *Tityus*, qui vim Latonæ inferre voluit, ut dicitur *fædus amor*, *fædum adulterium*. Vide *Homorum* Odyss. Λ, 579. Ceterùm nomen *Tityi*, ut & Titanum est ἀπὸ τῦ *tit*, hoc est, lutum Phœniciâ Linguâ. Qua de appellatione vide notata à *Joanne Clerico*, ad Theogoniam *Hesiodi* vs. 207. *Gorallus.*

[illegible]o. *Sollicitant magnâ* &c.] Hoc est, sollicitum atque anxium ha-[illegible]pœnâ magnâ, quam tibi imposuerunt. *Sollicitum habere* per-[illegible] est hîc ac describere sollicitum. Vide Not. ad vs. 21. *Idem.*

Te

cipitem Cerberum. In eorum dumtaxat carminibus, Tityus prostratus septem jugera corpore suo tegit; Tantalus cibo & potu cinctus, eâ pœnâ afficitur, ut nec comedere, nec bibere famelicus ac sitiens possit;

*Te circum Tantale*] Lego, *te siccum*. Imò propiùs accedit *curvum*, hoc est, pronum ad bibendum. *Scaliger.* Sed & rectè dicantur Poëtæ pœnâ circa Tantalum anxium eum habere; nam circa Tantalum fingebant esse aquas, quas bibere non poterat, & fructus quos comedere nequibat. Hinc *Tibullus* Lib. I. El. III. ubi Inferorum pœnas describit.

*Tantalus est illic & CIRCUM stagna, sed acrem*
*Jam jam poturi deserit unda sitim.*

Quin & primus omnium *Homerus* Odyss. Λ, 585. ubi eleganter describitur pœna Tantali:

——— ἀμφὶ δὲ ποσσὶ
Γαῖα μέλαινα φάνεσκε, καταζήνασκε δὲ Δαίμων.

*Circa autem pedes terra nigra apparebat, quam exsiccabat Dæmon*; nempe, cùm volebat bibere Tantalus. Igitur nihil hic mutarim. *Gorallus.*

81. *Sollicitántque siti*] Nihil clarius hac lectione. Tamen nuper mutarunt in, *sollicitántque Scinim*. Quod, malùm, nos tantum immutandi cacoëthes habet, ut quæ scimus nescire velimus? Sanè si mutandum aliquid fuerat, potiùs legerem:

*Sollicitántque sitos* ———

Nam *siti* sunt mortui, ut testatur *Cicero*, in libris de Legibus, & *Gellius*. Unde *siticines* qui canebant ad sitos, hoc est, τυμβαύλαι. Sed nihil mutandum censeo. Quòd *Scinim* legerint, puto eis in causa fuisse veteres Editiones, *sollicitantque sirim* sed illud M referendum ad sequens. Itaque facile divinare fuit legendum esse *siti*. Scaliger.

*Ibidem*. Sanè sic habet etiam Aldina editio, nec quidquam est celebrius in pœna Tantali, quàm *sitis*, quæ sic describitur ab *Homero* Odyss. Λ.

Καὶ μὴν Τάνταλον εἰσεῖδον χαλεπ' ἄλγε' ἔχοντα,
Ἑσταότ' ἐν λίμνῃ, ἡ δὲ προσέπλαζε γενείῳ.
Στεῦτο δὲ διψάων, πιέειν δ' οὐκ εἶχεν ἑλέσθαι,
Ὁσσάκι γὰρ κύψει' ὁ γέρων πιέειν μενεαίνων
Τοσσάχ' ὕδωρ ἀπολέσκεθ' ἀναβροχθὲν:

*Tantalum vidi graves angores habentem, stantem in lacu, qui ejus mento adpropinquabat. Stabat autem sitiens, quod biberet verò non poterat capere; quoties enim senex incurvatur, cupiens bibere, toties aqua perit absorpta.* Gorallus.

82. Intra

Jura canunt, îdémque rotant Ixionis orbem,
Quidquid & interiùs falſi ſibi conſcia terra eſt.
Non eſt terra ſatis, ſpeculantur Numina Divûm,
Nec metuunt oculos alieno admittere cœlo.
Norunt bella Deûm, norunt abſcondita nobis
Conjugia & falſa quoties ſub imagine peccent,
Taurus in Europen, in Ledam candidus ales,
Juppiter ut Danaæ pretioſus fluxerit imber.
Debita carminibus libertas iſta, ſed omnis
In vero mihi cura, canam quo fervida motu
Aeſtuet Aetna, novóſque rapax ſibi congerat ignes.
Quacumque immenſus terræ ſe porrigit orbis,
Extremíſque maris curvis agitatur ab undis,

Non

N O T Æ.

82. *Jura canunt*] Judicia, quæ ex certo jure fiunt. Sic *Propertius* Lib. III. El. III, 61. negat ſe velle inquirere:

*Sub terris ſi jura Deûm, & tormenta Gigantum.*

& Lib. IV. El. XI, 18. de Plutone:

*Det pater huic umbræ mollia jura meæ.*

Idem.

Ibidem. *Rotant Ixionis orbem*] Rotam ejus circumactam deſcribunt. Vide ad vſ. 21. *Idem.*

83. *Quidquid & interiùs* &c.] Aut repetendum *canunt*, ex initio ſuperioris verſûs, aut ſi hæc regantur verbo *rotant*, intelligendus erit ſermo *rotatus*, hoc eſt, numeris adſtrictus Poëtarum; quo nomine etiam vocavit argumenta Philoſophica, ob certum enunciationum numerum, *Juvenalis* Sat. VI, 449.

——— *curvum ſermone rotato*
*Torqueat Enthymema.*

Idem.

84. *Numina Divûm*] Hoc eſt, Deos, aut voluntates Deorum, qua de re vide *Ger. Joan. Voſſium* in Etymologico ad verbum *Nuo.* Sed prius malim. *Idem.*

85. *Oculos alieno admittere cœlo*] Hoc eſt, mittere ad alienum cœlum, quomodo etiam vulgò dicunt *adjicere oculos alicui rei.* Idem.

86. *Norunt abſcondita nobis*] Simile de mulieribus apud *Theocritum:*

Πάν-

possit; Minos & Aeacus, Jovis filii, jura dicunt umbris & Ixionem jubent rotæ circumagendæ impositum plecti; ac reliqua denique omnia fiunt, quæ falsò sub terra geri creduntur. Nec satis habuerunt poëtæ fingere quæ voluerunt, sub terra; præterea quid apud Deos ageretur, quasi exploratores, ceteris mortalibus prodiderunt; nec ullâ religione coërciti sunt, quo minùs cœlum, alienam sedem, perlustrarent. Soli sciunt Diis civilia esse bella, adulteria clam ab iis committi, & variis adsumtis formis contra castitatem peccari, ut cùm Jupiter sub Tauri imagine Europam, sub Cygni figura Ledam, & in pluviam auream conversus Danaën fefellit. Ea quidem licentia, jure suo, utuntur Poëtæ; sed nunc ego unam veritatem sector; quippe qui canere aggressus sum quæ causa sit Ætnæ æstuum, & quæ novos perpetuò ei sufficiat ignes. Orbis terrarum,
qua-

Πάντα γυναῖκες ἴσασι, καὶ ὡς Ζεὺς ἠγάγεθ' Ἥρην.

*Omnia mulieres sciunt, & ut Jupiter duxerit Junonem.* Porrò legendum, *Juppiter in Danaen*, non *Juppiter ut Danaa.* Nam venustissimum est ἀσύνδετον illud. *Scaliger.*

88. *Taurus in Europen*] Nempe, *peccet*, ex antecedente versu. *Gorallus.*

89. *Jupiter ut Danaæ*] Cùm hæc sit lectio Venetæ Editionis anni M CCCC LXXXIV, & Aldinæ, non video cur mutetur. *Idem.*

*Pretiosus fluxerit imber*] Occultè adludere videtur ad veritatem historiæ, ex qua pretio corrupta Danaë Jovis quempiam sacerdotem ejus nomine excepit. Vide *Horatii* Od. XVI. Lib. III. ubi dicit diligentiam Acrisii irrisam à Jove & Venere,

——— *fore enim tutum iter & patens,*
*Converso in pretium Deo,* ———
norant. Idem.

94. *Extremique maris*] Hoc est, extremis undis terram adluentis, non enim agit Poëta de externo illo, omnia ambiente, magis quàm de interno mari. *Idem.*

*Curvis incingitur undis*] Veteres Editiones: *curvis agitatur ab undis.* Quæ vera est lectio. Crediderunt multi Veterum terram in medio Oceano σαλεύεσθαι, ac circumjecto humore portari, velut aliquod
grande

Non totum est ſolidum; deſit námque omnis hiatu,
Secta eſt omnis humus, penitúſque cavata latebris,
Exiles ſuſpenſa vias agit, ínque animantis
Per tota errantes percurrunt corpora venæ,
Ad vitam ſanguis omnis quà commeat idem,
Terra foraminibus conceptas digerit auras.
Scilicet, aut olim, diviſo corpore mundi,
In maria ac terras & ſidera, ſors data cœlo
Prima, ſequuta maris, deſedítque infima tellus;
Sed totis rimoſa cavis, & qualis acervus

Ex

## N O T Æ.

grande navigium & grave. Cujus opinionis auctorem faciunt Thaletem. Extremi autem maris, id eſt, ὁρίζοντος. Nam ὠκεανὸν vocabant ὁρίζοντα. Quæ cùm ita ſint, ſatis patet τὸ *incingitur* ab ignaro homine & imperito ſuppoſitum fuiſſe, quia cauſam alterius lectionis ignorabat. *Scaliger.* Reverà *agitatur* eſt in editione Veneta, ſed non puto ſignificari quod ait *Scaliger*, cùm non ſit ſermo de Oceano, ſed de quovis mari; quod agitare dicitur littora, quia iis vehementi impetu adliditur, lapillóſque aut pulverem agitat. *Gotallus.*

95. *Non totum eſt ſolidum*] Nimirum, corpus. Aldina editio habet *in ſolidum*, ſine ſenſu. *Idem.*

*Deſit namque omnis hiatu*] Hoc eſt, ubique, deficiente materiâ ſolidâ, hiatus ſunt. De hiſce hiatibus egerunt *Lucretius* Lib. VI. ubi agit de terræ motu. Vide & *Juſtinum* initio Lib. IV. *Idem.*

97. *Inque animantis*] *Seneca* ex *Ariſtotele*: (Quæſt. Nat. Lib. VI. cap. 13.) *corpus noſtrum & ſanguine irrigatur & ſpiritu, qui per ſua itinera diſcurrit. Habemus autem quadam anguſtiora anima receptacula, per qua nihil ampliùs quàm meat, quadam patentiora in quibus colligitur, & unde dividitur in partes. Sic hoc totum terrarum omnium corpus, & aquis, qua vicem ſanguinis tenent, & ventis, quos nihil aliud quis quàm animam vocaverit, pervium eſt.* Tertius autem ab his verſus ita legendus:

*Ad vitam ſanguis omnis quâ commeat idem.*

Scaliger. Huc etiam faciunt quæ habet idem *Seneca* Cap. XVI. de terræ ſpiritu, ſive anima.

102. *In maria & terras ac ſidera*] Vulgaris diviſio rerum univerſitatis,

quacumque patet, & mari adluente cingitur, solidus non est, sed passim hiat. Universus terræ globus variis tubis ac meatibus cavus est, viásque habet tenues, quæ, quemadmodum in animalibus venæ, per totum ejus corpus sparsæ sunt; & per quas aquæ, veluti sanguis ejus, moventur, aut etiam conceptus ventus per ejus viscera spargitur. Cujus rei duæ potuerunt esse causæ Prior est, si eo tempore, quo molis indigestæ omnium rerum partes separatæ sunt, quarum aliæ mare, aliæ terram, aliæ cœlum conflarunt, & cœlestes quidem particulæ summa petierunt, quas proximè sequutæ sunt aqueæ, ita ut terrestres infimæ omnium desederint; si, inquam, postremæ instar lapidum imparium qui-

tatis, qua utuntur etiam Sacræ Litteræ, quia est captui vulgi accommodata. Ceterùm nulla proportio est inter *cælum* & globum terrâ & aquâ constantem. Vide Metamorphos. Lib. I, 21. & seqq. *Gorallus.*

104. *Sed totis rimosa cavis*] *Aristoteli* σηραγγώδης, ὕπαντρος, σομφός, σπογγώδης. *Scaliger.* Adde *Justinum* Lib. IV. cap. I. de solo Siculo: *Est autem ipsa terra tenuis ac fragilis & cavernis quibusdam, fistulísque ita penetrabilis, ut ventorum tota fermè flatibus pateat.* Gorallus.

Ibidem. *Qualis acervus.*] Acervi fiebant in quadriviis & triviis, ad Hermulas quas vocabant; hoc est, Mercurii statuas quadratas; jactis ex tempore lapidibus à prætereuntibus, qui acervi Mercurio sacri erant, à quo dicti ἕρμακες Græcis. *Isidorus* in Glossis, quæ sunt adhuc in membranis. *Mercurii*, inquit, *lapidum congeries in cacumine collium.* Eos Hermacas nunc hîc intelligit, de quibus & Sibylla:

Καὶ πετεινὰ σέβεσθε, καὶ ἑρπετὰ θηρία γαίης,
Κἂν παρόδιοι λίθων συγχώματα ταῦτα σέβεσθε.

Similes etiam monticelli ex lapide congesto, qui pro terminis erigebantur, ab auctoribus de agris limitandis, vocantur *Scorpiones*, quia in metam desinebant. Σκορπίος enim Græcis dicitur etiam quidquid in metam ac conum fastigiatum est, ut tutulus crinium in pueris ita vocabatur. Quemadmodum igitur acervi, qui fiunt, jactis ex tempore saxis toti pendent in se, quia intus cavi sunt, ut opus fornicatum: sic etiam terra ipsa cava est, & in tholum suum nititur. *Scaliger.* De acervis Mercurii, vide Interpreres ad Proverb. XXVI, 8. & *Ioan. Seldenum* de Diis Syris Synt. II. cap. 15.

Exſilit, imparibus jactis ex tempore ſaxis;
Ut crebro introrſus ſpatio vacuata corymbis
Pendeat in ſe ſe: ſimili quoque terra figurâ
In tenues laxata vias, non omnis in arctum,
Nec ſtipata coït: ſive illi cauſa vetuſta eſt,
Nec nata eſt facies; ſeu liber ſpiritus intra
Effugiens molitur iter; ſeu lympha perenni
Edit humum limâ, furtímque obſtantia mollit,

Aut

NOTÆ.

106. *Ut crebro introitus ſpatio vacuata corymbos.*] Eſt mendum in genere, non enim ἡ κόρυμβος dicitur. *Columella* de Cinara carduo:

*Hæc modo purpureo ſurgit glomerato corymbo.*

Eſt autem corymbus quidquid in panicam, aut ſtrobilum adſurgit, ut in Cinara videmus & in Scolymo. Sed prima notio τῦ κορύμβε eſt in capite Veterum Atticorum tutulus, ſeu meta ſuggeſtûs capillorum. Igitur legendum puto:

*Ut crebro introrſus ſpatióque vacante corymbus*
*Pendeat in ſe ſe.*

*Crebrum ſpatium* τὸ συνεχῶς, ut *crebrum cribrum*, apud Plautum, πολύοπον. Ad eum modum *crebro vimine* infra dicitur. *Vacans* enim *ſpatium* dicitur τὸ κοῖλον etiam infra, quod & ceſſans quoque vocavit. Illud verò *pendeat in ſe ſe*, eſt ſuo ſibi pondere libretur, ut fornix, in fornicem ſuum nitatur. *Scaliger*. Senſus verſ. 104. multò clarior videtur in editionibus; hoc enim vult Poëta, *ut terra vacuata corymbis crebro introrſus ſpatio pendeat in ſe*; nimirum, ut corymborum acervus crebra ſeu frequentia relinquit ſpatia vacua: ſic vult terræ partes multos hiatus inter ſe habere, ita ut intra terræ viſcera pendeant cavernarum fornices. *Gorallus*.

110. *Nec nata eſt facies*] Id eſt, non recens eſt, vel infinita eſt. An legendum, *nec nota eſt facies*; hoc eſt, latet nos, propter vetuſtatem. *Scaliger*. Nihil mutandum videtur, perinde eſt enim quaſi dixiſſet *Severus*; nec poſtea adnata eſt hæc facies. Paſſim apud Poëtas verba ſimplicia pro compoſitis occurrunt. Vide v. 116. *Facies* autem hîc eſt forma, ut ſæpe alibi. Vide v. 173. Sic *Lucretio*, Lib. V. p. 711. Ed. Lamb. ait metalla liquefacta

*Quamlibet in formam & faciem decurrere rerum.*

Gorallus.

Ibid.

quibus temerè fit acervus, non satis arctè inter sese conjunctæ fuerint, ita ut, quasi coacervatis corymbis, spatia multa vacua reliquerint, fornicibus passim formatis. Ea igitur intus est terræ forma, quam tenues meatus suspendunt, nec arctiùs conjungi, magísve densari patiuntur; seu hoc illi, ut dixi, contigerit à prima rerum origine, nec postea factum sit; seu aër intra terram inclusus eas molitus sit sibi vias, quibus elabatur; seu aqua perpetuò adfluens paullatim terram exederit, & quæ decursum suum moraban-

Ibid. *Seu liber spiritus intra* &c.] Multa habet hanc in rem *Seneca*, in Quæstionibus Naturalibus, & præsertim Lib. VI. cap. 14. & sequentibus, unde nonnulla subjiciam. Postquàm contulit corpus humanum terræ: *Vide ergo*, inquit, *numquid intrat in illam spiritus ex circumfuso aëre; qui quamdiu habet exitum, sine injuria labitur; si offendit aliquid & incidit quod viam claudat, tunc oneratur, primò infundente se à tergo aëre, deinde per aliquam rimam malignè fugit, & hoc acriùs fertur quo angustiùs. Id sine pugna non potest fieri, nec pugna sine motu. At si nec rimam quidem, per quam effluat, invenit, conglobatus ille furit, & huc atque illò circumagitur, aliáque dejicit, alia intercîdit; cùm tenuissimus, idémque fortissimus, & irrepat quamvis in obstructa, & quidquid intravit vi suâ diducat ac dissipet; tunc terra jactatur. Aut enim datura vento locum discedit; aut cùm dedit, in ipsam, quâ illum emisit, cavernam fundamento spoliata considit. Quidam ita existimant. Terra multis locis perforata est, nec tantùm primos illos aditus habet, quos velut spiramenta ab initio sui recepit, sed multos illi casus imposuit. Alicubi diduxit quidquid supernè terreni erat aqua; alia torrentes exedere; illa, æstibus magnis dirupta, patuere. Per hæc intervalla intrat spiritus* &c. Hæc paullò pluribus descripsi, quia *Seneca* prope modum ante oculos hunc locum *Severi* nostri, cùm scriberet, habuisse videtur. *Gorallus.*

112. *Edit humum limo*] Atqui non eduntur ea quæ oblimat flumen, aut aqua, sed potiùs obducuntur, undè jus adluvionum. Sed legendum *lima*, quod genus metaphoræ honestum est. Quid? Non ab eadem mente Tiberis *Serra* & *Rumon* dictus est? Eadem mens & in loco Horatiano, qui ita legitur in peroptimo codice,

——— *qua Liris quietâ*
*Mordet aquâ, taciturnus amnis.*

Nam *mordere* aptum verbum huic loco nostro. *Scaliger.*

*Ibidem.* Rectè, ut quidem mihi videtur. Adde ideò apud antiquissimos Græcos *Acheloos* dictos quosvis fluvios, quia ea vox est è Phœnicia radice ACHAL, comedit. *Servius* ad Georg. I. 9.

Aut etiam inclusi solidum exedêre vapores,
Atque igni quæsita via est; sive omnia certis
Pugna-

N O T Æ.

*Poculáque inventis Acheloïa miscuit uvis*

*Acheloum*, inquit, *non præter rationem dixit; nam, sicut Orpheus docet & Aristophanes Comicus & Ephorus Historicus tradunt, Acheloum generaliter, propter antiquitatem fluminis, omnem aquam Veteres vocabant.* At is amnis ceteris antiquior non fuit, sed Græci priscas origines suas cùm ignorarent, quia primorum gentis suæ conditorum Linguam nesciebant, quasvis rationes comminiscebantur. Adde congestis à *Scaligero*, præter antea allatum ad vs. 110. locum hunc *Senecæ* Quæst. Nat. Lib. VI. c. 7. *Potest fieri ut aliquam regionem rivus affluens exedat, ac secum trahat aliquam molem.* Sic & à *Lucretio* duobus locis æstus maris dicitur *exesor mœrorum littora circum.* Vide Indicem Gifanianum. *Gorallus.*

Ibidem. *Obstantia mollit*] Tò *mollire* verbum ad eam rem accommodatissimum, id est, τὸ κοιλαίνειν. *Attius* Telepho:

*—— remisque nixi properiter navem in fugam*
*Trudunt subter saxa ad lævam, quà mentem mollibat mare.*

*Mollire* ergo *saxum*, *cavare*, ut: *Gutta cavat lapidem.* Varro: *Pieridum comes, quà tenes cavata putri gelu montium saxa.* Intelligit, ut puto, τὴν ἠχώ. *Scaliger. Mollit* est *cavat molliendo.*

113. *Solidum exedere vapores*] *Exedere* quidem verbum aptum huic rei, sed veteres Editiones: *Solidum videre vapores*, lego *invidere*; hoc est, per vapores stat quominùs perpetua solida sit terra. Sic *Accius*:

*Quis florem liberûm invidit meûm.*

Virgilius:

*Téne, inquit, miserande puer, cùm læta veniret,*
*Invidit Fortuna mihi?*

An verò legendum *minuere*? Scaliger. Ex vitiosa Editione Veneta natæ sunt inanes hæ conjecturæ. Multò satius fuit ex *videre* facere *exedêre*, quâ voce sæpe usus est *Seneca*, hoc in negotio, ut jam ostendimus, ad vs. 110. & 112. Adde & hunc locum ex Lib. VI. Quæst. Natur. c. 9. ubi de causa motûs terræ: *Alii in igne causam quidem esse, sed non ob hoc judicant; sed quia pluribus obrutus locis ardeat, & proxima quæque consumat. Quæ si quando exesa ceciderint, tunc sequi motum earum partium, quæ subjectis adminiculis destitutæ labant, donec corruere.* Gorallus.

Ibi-

rabantur molliverit. Altera causa cur terra sit ita, uti est, fistulosa, hæc esse potest; ignes, nimirum, intra eam collecti potuerunt soliditatem ejus passim minuere, dum sibi etiam viam quærunt, quâ latiùs spargan-

Ibidem. *Vapores*] Hoc est, non ἀτμίδας, sed calores, nequid erres, nam exhalatæ particulæ non exedunt. Sic *Virgilius* Æneïd. V. 683. de igne:

——— *lentúsque carinas*
*Est vapor.* Vide & vs. 698. & indicem Lucretianum *Gifanii*. Hanc putarim etiam primigeniam vocis potestatem, nam à Græco ἅπτω, & antiquiore ἄπω, hoc est, *incendo*, mutato spiritu denso in Æolicum digamma, factum est *vapo*, aut *vapeo*, ut *Vesper* ab ἕσπερος, Vesta ab ἑστία, & talia multa. Absurdè deducit *Matth. Martinius* à κάπνος, quem tamen exscribit, more suo, vir haud paullò doctior *Ger. Joannes Vossius*; qui etiam, in libro de mutatione litterarum, absurdiùs è voce ὑπερφορὰ deduci posse censet. Cùm autem calore emittantur ex humidis corporibus fumi, ideò illi fumi dicti sunt *vapores*. Hinc quoque *Augustus vapidè se habere* dixit, pro *malè se habere*, ut habet *Suëtonius* Cap. LXXXVII. in Aug. hoc est, calore febris tentari. Hæc obiter, quia à tanto viro non satis intellecta fuerant, cui ceteroqui merito suo tota adsurgit Criticorum, Grammaticorúmque corona. *Idem*.

114. *Atque igni quæsita via est*] Hoc poëma legisse, atque ante oculos habuisse videtur *Seneca*, cùm de Quæstionibus Naturalibus scriberet; sunt enim passim in eo Opere non tantùm eædem sententiæ, sed fermè etiam eadem verba, quæ conferentibus facilè occurrent. Sic Lib. V. c. 14. *Illud verò*, inquit, *manifestum est, magnam esse sub terris vim sulphuris & aliorum non minùs ignem alentium. Per hæc loca cùm se exitum quærens spiritus torsit, accendat flammam ipso adfrictu necesse est. Deinde flammis latiùs fusis, etiam si quid ignavi aëris erat, extenuatum moveri* & VIAM *cum fremitu vasto atque impetu* QUÆRERE. *Idem*.

Ibidem. *Sive omnia certis pugnavere locis.*] Hoc est, sive spiritus, aqua, ac ignis, dum inter se se certis locis pugnant, terræ viscera laxarunt. Sic *Seneca* Quæst. Nat. Lib. V. c. 12. de vento qui ἐκνεφίας à Græcis vocatur: *cùm magna inæqualitas ac dissimilitudo corporum, quæ vapor terrenus emittit, in sublime eat, & alia ex his corporibus sicca sint, alia humida; ex tanta discordia corporum inter se pugnantium, cum in unum conglobata sunt, verisimile est quasdam cavas effici nubes, & intervalla inter illas relinqui fistulosa, & in modum tibiæ angusta.* Quod in summo aëre fieri putabat *Seneca*, hoc in ima terra fieri putato, ut mentem *Severi* adsequaris. Vide eumdem Lib. VI. cap. 11. & seqq. *Idem*.

 115. Cau-

Pugnavere locis; non eſt hîc cauſſa docenda,
Dum ſtet opus cauſæ. Quis enim non credat inanes
Eſſe ſinus, penitus tantos erumpere fontes
Cùm videt, ac torrentem imo ſe emergere hiatu?
Non ille ex tenui, vacuóque agat aucta neceſſe eſt
Confluvia, & raptis arceſſat ea undique ab undis,
Sed trahat ex pleno, quo fontem contrahat, amne.
Flumina quin etiam latis currentia rivis
Occaſus habuere ſuos; aut illa vorago
Derepta in præceps fatali condidit ore;

Aut

## NOTÆ.

115. *Cauſa docenda*] In Ed. Veneta eſt *dolendi*, malè; in aliis *docendi*, quod refinximus in docenda, ſenſu aperto. *Idem.*

116. *Dum ſtet opus cauſa*] Hoc eſt, dummodò *conſtet* effectus. Eſt ſimplex pro compoſito. Hoc eſt, certum ac ratum ſit, ita ut de eo ampliùs non dubitemus. Sic *Cicero* Epiſt. Lib. IX. Ep. 2. ad Varronem: *Hæc tu meliùs, modò nobis ſtet illud, unà vivere in ſtudiis noſtris.* Item ad Atticum Lib. III. Ep. 14. *Si aliquid à Comitiis audierimus, nos in Aſiam convertemus, neque adhuc ſtabat quò potiſſimùm, ſed ſcies.* Idem.

Ibidem. *Quis enim non credat inanes.*] In Veneta eſt: *quis enim non viderit illud, Eſſe ſinus.* Quod neſcio an melius vulgato. *Idem.*

117. *Penitus tantos erumpere fontes*] Καταβολὴ totius diſputationis, terram ὕπαντρον eſſe. Hoc probari ex aquis, quæ undecumque ex ea erumpunt. Non enim nōn cavam eſſe, ex cujus ſinu tanta vis aquarum tam diverſis locis exprimatur. Seneca: *Non quidem exiſtimo te diu hæſitaturum an credas eſſe ſubterraneos amnes & mare abſconditum. Unde enim iſta prorumpunt? Unde ad nos veniunt, niſi quod humoris origo incluſa eſt?* Lege quæ ſequuntur Lib. VI. Naturalium Quæſtionum cap. 8. *Scaliger.*

119. *Non ille ex tenui vocemque agat acta neceſſe eſt, Cùm fluit, errantes arceſſat undique & undas, Et trahat ex pleno, quod fontem contrahat amne*] Peſſimis modis mulctatus eſt hic locus, quem nos ita [illegible]mus:
[illegible] *ille ex tenui* &c. ut ſunt edita. Neceſſe eſt, inquit, derivet [illegible]via ſua ex non tenui, vacuóve, & arceſſat ea undique ab un[illegible] trahat ex pleno amne, hoc eſt, ex repoſita aqua, id unde

fon-

gantur. Quin & omnia memorata, variis in locis, pugnare inter se terrámque eorum motu laxari, contingere potuit. Sed non opus est caussam horum meatuum à nobis anxiè quæri; dummodò eos esse constet, quod negari nequit. Quis enim dubitet an vacui sint in terra sinus, cùm ex profundo tot & tantos fontes emergere, ac tam rapidos torrentes ex ejus hiatibus prorumpere videat? Illi profectò non ex tenuibus rivulis colligant necesse est suas aquas, aut ex multis guttulis hinc inde difficulter arcessitis conflent; sed ex integris amnibus eas deducant. Videmus etiam magna flumina hiatibus integra absorberi; sive in præceps devoluta in voragines defluant numquam reditura,

fontem emissura est. Nam etiam veteres excusi habent, *ab undis*, Scaliger; quem sequuti sumus.

120. *Confluvia*] Sic infrà vs. 326.

*Donec confluvio resolutis æstibus amnis*
*Exsilit.*

Sed & *confiugia* dicere liceat, qua de voce vide notata à *Claud. Salmasio*, ad cap. 9. *Solini* p. 109 Ed. Ultrajectinæ. *Gorallus*.

121. *Sed trahat ex pleno*] Seneca: *Non est diu probandum ibi multas aquas esse, ubi omnes sunt. Neque enim sufficeret tellus ad tot flumina edenda, nisi ex reposito, multóque funderet.* Quam disputationem, ut ex alia, ex hoc opere hausit *Seneca*. Scaliger.

122. *Flumina quin etiam* &c.] Hunc & sequentem versus præ oculis habuisse videtur *Seneca*, cum scriberet Natur. Quæstionum Lib. III. cap. 26. *Quædam flumina palam in aliquem specum decidunt, & sic ex oculis auferuntur. Quædam consumuntur paullatim, & intercidunt. Eadem ex intervallo revertuntur, recipiúntque & nomen & cursum*, &c. *Gorallus*.

124. *Derepta in præceps*] *Direpta*, non *dirupta*. Ita infrà:

*Præsertim ipsa suo declivia pondere numquam*
*Corpora diripiat.*

Seneca tamen *dirupta* dixit: *alia torrentes exedêre, alia æstibus magnis dirupta patuere.* Scaliger.

*Ibidem.* Legimus, ex conjectura viri docti, *derepta*, propter sequentes voces *in præceps*, quia quæ ex alto detrahuntur *deripi*, non *diripi* dici solent. *Plautus* Menæchmis. Act. V. Sc. 2. 117.

*Sed quis hic est, qui me capillo hinc de curru deripit?*

Virgilius Georg. II. 242.

*Colúque prælorum fumosis deripe tectis.* Gorallus.

Aut occulta fluunt tectis adoperta cavernis,
Atque inopinatos referunt procul edita cursus.
Quòd si diversas emittat terra canales,
Hospitium fluviorum; haud semita nulla profectò
Fontibus, & rivis constat via, pigráque tellus
Conferta in solidum segnis sub pondere cessat.
Quòd si præcipiti conduntur flumina terrâ,
Condita si redeunt, si qua antè incognita surgunt;
Haud

## NOTÆ.

126. *Atque inopinatos*] Huc faciunt elegantes versus *Neronis*, quos profert *Joan. Opsopæus* ex inedito interprete *Lucani*, ad *Senecæ* Quæst. Nat. Lib. III. c. 26.

*Quique pererratam subductus Persida Tigris*
*Deserit, & longo terrarum tractus hiatu*
*Reddit quæsitas jam non quærentibus undas.*

127. *Quod si diversas, &c.*] *Canales* fœminino genere extulit. Sic infra dicit *rigidas canales*. Vide *Servium* in illud *ilignis potare canalibus undam*. Porrò totus locus ita legendus:

*Quòd si diversas emittit terra canales*
*Hospitium fluviorum: at semita nulla profectò*
*Fontibus & rivis constat via, pigráque tellus*
*Conferta in solidum segni sub pondere cessat.*

Quod si, inquit, ex certis canalibus, non autem ex pleno ac recondito, ut ait *Seneca*, emittit fluvios terra; at rivulis & fontibus quæ via tandem erit, cùm aliquando erumpant, aliquando verò arescant? Ergo nullam habebunt viam ipsi erumpendi, si terra non emittit de pleno, unde consequens ut conferta & solida, non ὑπαντρης sit. *Hospitium* dixit pro *hospitum*, ut in Pandecte Digestorum Juris, *civitatium*, *hereditatium*; eodem modo, *alituum*; &, quod ignoratum hactenus, *Sallustius* dixit *hominium*; idque in fideli exemplari, cum adnotatione in margine, quæ omnem suspicionem mendi tolleret, inveni in Jugurtha: *neque*, inquit, *quisquam hominium satis placebat*. Eleganter verò *hospites* fluvios vocat, qui subitò exsistunt. Nam ex illa hypothesi vult subitò exsistere, si hoc concedatur. *Scaliger*.

*Ibidem*. In multis hîc à viri magni sententia diversi abimus, quæ ad singulos versus notabimus; rem enim expeditam videtur impedivisse, & intempestivè eruditam sanè supellectilem huc congessisse. Primò, notandum Poëtam ex antea probatis hîc ratiocinari,

sive veluti terræ fornicibus clausa decurrant, a procul iterum ad superos erumpant. Si au-ersi meatus terram secent, excipiántque oc-uvios, quis dixerit sub terra nullas esse vias, s fontes & rivi delabantur, totámque ejus solidam esse? Pariter si integra flumina vora-condantur, deinde iterum in lucem emittan-áque antea ignota subitò exsistant; mirum vi-uit si dicamus, ventis terræ visceribus clausis, spi-

rsum quidem hunc respicere ad v. 116. & seqq. Deinde œminino genere, non est archaïsmus, sed ex constanti norum temporum, ut ostendit *Ger. Joan. Vossius* de Arte ica Lib. III. c. 19. *Gorallus.*

*ospitium fluviorum*] Nam puto *hospitium* esse genitivum plu-ed accusativum singularem, ita ut *canales diversa* dicantur quo fluvii excipiuntur. *Idem*

*aud semita nulla*] Hoc est, est semita fontibus, via flu-Omissâ adspiratione, scriptum erant *aut*, quod fefellit . Sed & in Codd. MSS. & in antiquis Editionibus, ni-entius occurrit, quàm additio, aut detractio temeraria ad-is. In hoc ipso Poëmate, vss. 101. & 113. pro *aut*, quod itur, scriptum erat in antiqua Ed. Veneta *haud*. Vide quæ collegit *Janus Rutgersius* Venusinarum Lectionum Cap. XIV.

*t rivis*] Repetenda hìc negatio à superiori versu, quasi *nulla rivis est via, nec pigra tellus conferta in solidum*, &c.

*nferta in solidum*] Est in Veneta *conserta*, sed melior altera *em.*

*uod si præcipiti*, &c.] Est collectio ex vers. 122. & seqq

*ondita si redeunt*] Restitue ex antiquitus excusis:

*Condita si redeunt, si qua & jam incondita surgunt.*

utum superiori oppositum. *Condita si redeunt*, ut Alpheus , Anas Hispaniæ. *Si & iam incondita*, de illis intelligen-subitò in sua magnitudine exsistunt, neque umquam ab-erunt. Ejusmodi est mirabilis fluvius in agro Encolismen-exoneratur in Carentonum fluvium, ad oppidum Enco-*Scaliger.*

*ondita si redeunt*] *Seneca* Quæst. Nat. Lib. III. c. 26. *Illo ita-a flumina cursus egêre secreto; sed cùm primùm aliquid soli-*

 di,

Haud mirum clausis etiam si libera ventis
Spiramenta patent. Certis tibi pignora rebus
Atque oculis hæsura tuis dabit ordine tellus.
Immensos plerumque sinus & jugera pessum
Intercepta licet, densæque abscondita nocti
Prospectare procul; chaos ac sine fine ruinæ.
Cervis & in silvis spatiosa cubilia retro,

An-

NOTÆ.

*di, quod obstaret, occurrit, præruptâ parte, qua minùs ad exitum repugnabat, repetere cursum suum.*

Sic ubi terreno Lycus est epotus hiatu,
Exsistit procul hinc, alióque renascitur ore.
Sic modò combibitur, tacito modò gurgite lapsus,
Redditur Argolicis ingens Erasinus in undis.

*Idem & in Oriente Tigris facit, absorbetur, & desideratus diu, tandem longè remoto loco, non tamen dubius an idem sit emergit.* Vide & *Plinium* Lib. II. cap. 103. Similia narrantur de fluvio *Mareb* in Regno Æthiópico Tigræ, de quo *Job. Ludolphus* Æthiop. Hist. Lib. I. c. 8. *Gorallus.*

Ibid. *Si qua ante incognita*] Sic Ed. Veneta, nisi quod habet *incondita*, quod minùs placet. *Idem.*

134. *Spiramenta patent*] Absurdè in editionibus *latent.* Similem mendam animadvertimus in *Pedone Albinovano* Eleg. I. 236. *Idem.*

Ibid. *Certis tibi pignora rebus*] Hoc est, argumenta. Vide ad v. 40. *Idem.*

135. *Atque oculis hæsura viæ*] Lege *hæsura tuis.* Hoc est, quod Græci Poëtæ dicunt: Βλέποντα μαρτύρια. *Æschylus*:

Πῶς ταῦτ' ἀληθῆ καὶ βλέποντα δοξάσω;

*Plautus* verò aliter extulit: *rem tibi auctorem dabo.* Sic infrà:

*Non illic, duce me, occultas scrutabere causas,*
*Occurrent oculis ipsa.*

Eodem modo *oculatam diem* dixit *Plautus.* Scaliger.

136. *Immensum plerumque sinum*] Valde corrupta sunt, quæ tamen non magno negotio, ut spero, à nobis restituta sunt:

*Immensos plerumque sinus ac jugera pessum*
*Intercepta licet, densæque abscondita nocti*
*Prospectare procul; chaos ac sine fine ruinæ.*

...ocat τὸ χάσμα. *Idem.*

*Ibi-*

spiracula esse, quibus eam permeant. Horum omnium certa argumenta, [135] & quibus oculi nostri percellantur, præbere potest terra, si diligentiùs lustretur. Variis in locis ingentes voragines, quibus plura jugera depressa sunt, & in altas tenebras abdita, licet è longinquo despicere; in quibus nihil vides, nisi hiatus vastos & in immensam profunditatem collapsas terræ ruïnas. Videas etiam interdum in silvis profundissima

*Ibidem.* Intelligit chasmata, quæ cernuntur in iis regionibus, in quibus frequentiores terræ motus sunt. *Seneca* Quæst. Natur. Lib. VI. c. 9. ubi de causis motûs terrarum: *Alii*, inquit, *in igne causam quidem esse, sed non ob hoc judicant, sed quia pluribus obrutus locis ardeat, & proxima quæque consumat. Quæ si quando exesa ceciderint, tunc sequi motum earum partium, quæ subjectis adminiculis destituta labant, donec corruêre nullo occurrente quod onus exciperet. Tunc chasmata, tunc hiatus vasti aperiuntur,* &c. Admirandorum hiatuum ex terræ motibus historiæ exstant apud *Gulielm. Candenum*, in Annalibus ad annos M D LXXI & M D LXXXIII. Sed fortasse *Severus* noster respexit ad specus profundiores, qualis Corycius, in Cilicia, cujus exstat elegantissima descriptio apud *Pomponium Melam* Lib. I. c. 13. *Gorallus.*

138. *Chaos, ac sine fine ruina*] Nimirum, conspiciuntur. *Chaos* vocat, Græcorum more, quidquid χαίνει, *hiat.* Vide quæ, hac de voce, notavit *Joan. Clericus* ad Theogoniam *Hesiodi* vss. 116. & 700. *Idem.*

139. *Cernis & in silvis*] Persequitur docere quòd terra ὕπαντρος sit. Nam multa, inquit, αὐτομάτως, ut cùm σεισμῷ discessit terra, ex quo χάσματα illa immensa; quæ quoties subitò accidebant, veteres Romani Inferorum & Deorum Manium ostia vocabant, sequuti Græcos, ut puto, apud quos ea sunt χαρώνεια. *Laërtius* in Stoïcis decretis: Τῶν δοκούντων παραδόξων, οἷον χαρώνεια, ἄμπωτις καὶ πηγαὶ θερμῶν ὑδάτων: *eorum quæ videntur paradoxa, ut Charonea, æstus maris, & fontes calidarum aquarum.* Deinde subjicit quæ fiunt opere humano, qualia sunt quæ in eruenda arena, in metallariis & lapidariis fodinis. Quare ita legendum:

*Cernis & in silvis spatiosa cubilia rutro*
*Antráque demissis pedites fodisse latebris.*

Quin etiam de opere militari intelligat, nunc verò dubitari non potest. Rutrum est *ligo*, seu κρωπίον, σκάφη, ut in *Varronem* adnotavimus. *Demissas latebras*, ut Columella & alii *depressas scrobes. Pedites*, quos vulgò *Peones* dicimus corruptè, pro *peditones*, qui militare opus faciunt, aggerem, fossas. *Scaliger.*

Ibi-

Antráque demissis pedibus effossa latebris,
Incomperta via est operum; tantùm influit intra.
Argumenta dabunt ignoti vera profundi.
Tu modò subtiles, animo duce, percipe curas,
Oc-

## NOTÆ.

*Ibidem.* Ego verò non de opere militari hîc agi putem, sed de profundioribus cubilibus majorum & minorum ferarum, quæ cubilia in silvis occurrunt. Tria potissimùm sunt quæ id persuadeant, & primùm quidem quòd in silvis esse dicuntur, in quas se se abdunt feræ; cùm opus militare, aut metallarium non magis fiat in silvis, quàm in montibus, aut in nuda etiam arboribus planicie. Alterum est quòd *cubilia* simpliciter dicantur quidem lustra ferarum, sed non cavernæ ex quibus effossa arena, aut fodinæ metallicæ. *Valerius* quidem *Flaccus* Argonauticorum Lib. V. 145. eam vocem adhibet ad significandas fodinas ferri, sed addit nomen metalli.

*Nam prius ignoti quàm dura cubilia ferri*
*Eruerent, ensésque darent, odia agra sine armis*
*Errabant, iraque inopes, & segnis Erinnys.*

Tertium denique, quòd hæc *cubilia* dicuntur *pedibus* effossa, quod non convenit nisi feris. Fateor, si pro *pedibus* pònas *pedites*, & pro *retro rutro*, inventum iri hîc opus militare; sed hæ mutationes sunt ex conjectura *Scaligeri*, non ex libris. Adde quòd minùs rectè probaturus esset *Severus* terram esse cavernosam, quòd in ea labore humano fiant, egestâ terrâ, profunda antra; quæ eadem operâ in solidissima rupe fieri possent. At hoc ipsum non malè probarit cavernis nativis silvarum, quæ à feris non tam effossæ, quàm apertæ atque ampliatæ ita videntur, ut vix aquâ impleri possint. Hæc una est difficultas, quòd in iis legamus *fodisse*, non *effossa*, adeò ut desit nomen ad quod verbum referatur. Sed aut nomen illud latet in voce *retro*, quæ hîc posita sit pro *mures*, *glires*, aut simili nomine; aut pro *fodisse* legendum *effossa*, quod minoris est mutationis, & quod sequemur, donec melius quidpiam occurrat. *Idem.*

Ibidem. *Spatiosa cubilia*] Sic vocantur antra à feris effossa, ut in iis cubent. *Phædrus* Lib. II. Fab. IV. ubi felis de apro ad quercus radices cubile habente.

*Nam fodere terram quòd vides quotidie*
*Aprum insidiosum, quercum vult evertere,*
*Ut nostram in plano facilè progeniem opprimat.*

Ter-

ma ferarum cubilia. 140 ab iis pedibus effossa, ut delitescerent, quæ quomodo excavata sint non let, cùm vix aquâ impleri possint. Hæc omnia a tibi erunt indicia eorum quæ sub alta terra la-; si modò attento animo & singillatim ea con- tem-

*Terrore offuso & perturbatis sensibus*
*Derepit ad cubile setosa suis.*

III. Fab. II. de Panthera è fovea ad lustrum redeunte:

*Veloci saltu foveâ se se liberat*
*Et in cubile concito properat gradu.*

t alii multi. *Idem.*

id. *Retro*] Non est mutanda hæc vox in *rutro*, id enim *retrò* esse ur, quod procul à nobis remotum atque aversum est, adeò ut os ad videndum adjicere nequeamus. *Idem.*

o. *Pedibus effossa*] Sic edidimus, non *pedibus fodisse*, quod ideò ur à librariis fictum, ne ultima in *pedibus* brevis versûs men-n turbaret; quam tamen non turbat, ut norunt omnes rei me- non prorsus imperiti. *Idem.*

1. *Tantùm influit*, &c.] Distinguendum:

*Incomperta via est operum. tantùm influit intra.*

rtum quomodo illa χάσματα acciderint. Hoc unum certum aquas intro fluere, quod non accideret, nisi cava esset terra. ger.

*idem.* Non agit hîc poëta de chasmatibus, in quæ aqua non in-; sub de cavernis ferarum, quæ aquâ impleri vix possunt. Li- hoc ex voce *operum*, quæ significat laborem ferarum in ex-idis antris, à cubilibus, non spontaneam terræ diductionem. *llus.*

2. *Ignoti vera profundi*] Ἀρχαϊκῶς *profundi*, τὰ βάθη. Unde *ndus*, apud Veteres, dicebatur venter. *Plautus* Captivis:

*Profundum tu quidem, non fundum vendis.*

• Grammaticus: *in profundum nummi, vel in arcam conduntur*; l ænigmaticè dixit, aut prodigi, aut parci pecuniam. Eodem o *Varro*, octogesimâ, περὶ νομισμάτων: *in quo nobilius est Phi- um, quod accipimus, quàm quod bibimus; cùm alterum addamus lgam, alterum in vesicam.* Scaliger.

*dem.* Nescio unde vir magnus certò colligere potuerit *profun-* ioc in loco, esse masculini generis; quidni enim neutrius esse t, ut subaudiatur *solum*? Sic passim *profundum* dicitur eodem re, cùm subauditur *mare*; quam loquutionem hîc *Severum* imita- potiùs existimarim.

144. Oc-

Occultámque fidem manifestis adstrue rebus.
Nam quò liberior, quóque est animosior ignis,
Semper & inclusus, nec vectus, sævior illa
Sub terra, penitúsque movens; hoc plura necesse est
Vincla magis solvat, magis hoc obstantia pellat.
Nec tamen in rigidas exit contenta canales
Vis animæ, flamma avertit quà proxima cedunt,
Obliquúmque secat, quà visa tenerrima caula est.
Hinc terræ tremor, hinc motus; ubi densus hiatu
Spiritus exagitat venas, cessantiáque urget.

Quod

NOTÆ.

144. *Occultámque fidem*] Hoc est, occultis rebus fidem adstrue, manifestorum contemplatione. *Idem.*

145. *Nam quo liberior*] Totus hic locus ita interpungendus: *Nam quo liberior*, &c. ut est editum. *Scaliger.*

*Ibidem.* Sensus est, quo ignis naturâ suâ liberior est & animosior, eo magis inclusum sævire. *Seneca* Quæst. Natur. Lib. VI. c 14. *Vide ergo numquid intrat in illam spiritûs ex circumfuso aëre, qui quamdiu habet exitum sine injuria labitur; si offendit aliquid & incidit quod viam claudat, tunc oneratur primò infundente se à tergo aëre. Deinde per aliquam rimam maligné fugit, & hoc acriùs fertur quo angustiùs. Id sine pugna non potest fieri, nec pugna sine motu. At si nec rimam quidem, per quam effluat, invenit, conglobatus ille furit & huc atque illo circumagitur, aliáque dejicit, alia intercidit*, &c. Gorallus.

149. *Nec tamen in rigidas*] *Rigidas canales* fœminino, ut supra; ita enim habent veteres editiones. Rigidas εὐθυωρὺς, ut *Lucretius rectas fauces* dixit. Infra *rigidum* verticem dicet, *rigido quâ vertice* [illegible] Metaphora è corpore humano. Quibus enim rigidæ cervices [illegible] *Scaliger.*

[illegible] go verò rigidas interpreter duras, nam *rigida canales* [illegible] iis quæ *cedunt*, & *tenera caula*. Sic apud *Virgilium* [illegible] ro duro Georg. I. 508.

*[illegible] rigidum falces conflantur in ensem.*

[illegible] silices Metamorph. IX. 225.

*[illegible] rigidas versum silices prior edidit ætas*

Vult

leris, & rebus latentibus, propter eas quæ ma-
æ sunt, fidem habeas. Quò ignis naturâ suâ
ior est ac vehementior; eò magis, quando est
ısus & coarctatus, sævit sub terra, altiúsque eam
et; oportétque plures pellat, ac perrumpat
es. Nec tamen vis venti flammam agitantis,
iura loca canales sibi cavat; sed flamma in
vertitur quæ vi ejus magis cedunt, & obliquè fer-
ıer cavitates in teneriore solo sitas. Hinc nasci-
terræ motus, quando in subterraneis meatibus
ior vapor, quasi per venas terræ delatus, eos
con-

ergò *Severus* flammas vento excitatas non exire per loca du-
, rigidáve canales in rupe excavatas, sed per ea quæ cedunt.
*lus*.

o. *Flamma avertit*] Hoc est, *avertit se*, nam ita & simplex *verto*
ɔ sumitur. *Idem*.

ıá *proxima cedunt*] Lege *cadunt*, hoc est, ἐκκόπτει, retardant,
ɔrantur. *Scaliger*. Mera hæc esset depravatio, ut res ipsa & se-
ıs versus ostendunt. *Gorallus*.

1. *Tenerrima caula est*] Habent Editiones *causa*, sed sine sensu.
ıe *caulam* reposuimus, quæ vox est Lucretiana, quâ cavi mea-
significantur. Sic Lib. II. p. 258.

*Vitales animæ nodos è corpore solvit,*
*Dispersámque foras per caulas ejicit omnes.*

vide *Dionys. Lambinum*. Nemo non videt optimè eam vocem
convenire. *Gorallus*.

2. *Hinc terra tremor*] Vide *Senecam* Quæst. Natural. Lib. VI. c. 11.
hanc exponit sententiam. *Idem*.

ıid. *Densus hiatu*.] Expressit Græcum ἀχανὲς, est enim παρὰ τὸ
ειν, *hiare*. Scaliger. *Densus* non est jungendum cum *hiatu*, hic
n est ordo: *ubi spiritus densus exagitat venas hiatu*, hoc est, per
ıtes rimas furens. Nec quisquam Latinè dicere potuit *spiritus*
*us hiatu*; nec Græcè πνεῦμα ἀχανὲς, hoc quidem in loco. *Go-*
*us*.

53. *Spiritus exagitat venas*] Est hoc quoque tralatitium à cor-
humano. *Aristoteli* quoque in terra σφυγμὸς dicitur. *Scali-*
Optimè, atque huc etiam respexisse videtur *Seneca* Lib. VI.
14. post collationem terræ cum animali: *Cùm aliquid pec-*
*r, tunc velut ægri corporis motus est, spiritu illo, qui mode-*
*perfluebat, icto vehementiùs & quassante* VENAS *suas*. Go-
ıs.

154. Se-

Quod si spissa foret, solidóque instaret inane,
Nulla daret miranda sui spectacula tellus,
Pigráque & in pondus conferta immobilis esset.
Sed summis si fortè putas concredere causis
Tantum opus, & summis alimentum viribus oris,
Quæ valida in promtu cernis, validósque recessus;
Fallere, nec dum sunt tibi certa hæc lumine recto.
Nám-

N O T Æ.

154. *Solidóque instaret inani*] Soliditate suâ resisteret inani. Sed ἀμφίβολον est. Puto:

——— *solidúmque instaret inani.*

*Scaliger.* Imò verò *solidóque instaret inane*, hoc est, omnis inanitas terræ prorsus solidæ superficiei incumberet. Nam *instare* est premere, urgere, nec quidquam vetat quominùs aërem *instare* terræ dicamus. Græcè optimè etiam dixeris τὸ κενὸν τοῦ ἀέρος ἐρείδεται τῷ στερεῷ τῆς γῆς. *Gerallus.*

156. *Pigráque & in pondus confestim mobilis esset*] Corruptus haud dubiè versus. Lego:

*Pigráque & in pondus conferta immobile cessit.*

Idem pænè supra, iisdem verbis:

*Conferta in solidum segni sub pondere cesset.*

Ut verò hìc *confestim*, sic in illo *conferta* mendosè legebatur. *Cessare*, ut jam adnotavimus, est immobile esse. Sic paullò antè: *cessantiáque urget*, &c. Cessare in corpore humano est ἀναισθητεῖν. Sic antè *segni pondere* dixit; nam *segnis* sine igne, ut *secors* sine corde. *Segnis* ergo cui calor naturalis decessit. Ergo immobilis. Nam Thaleti & Philolao terra in medio Oceano movetur. Nisi enim moveretur, ajunt, ipsa se librare non posset; sed moventi succurrit illa libratio ἀτάλαντος & æqualis semper. *Scaliger.* Non una in re peccavit hìc vir summus, cùm quòd festinaret, tum quòd ageret de Physica, cujus planè imperitus erat, quamvis Genevæ *Aristotelem* interpretatus dicatur. Ante omnia quàm minimum mutare debuit, ac proinde relinquere *immobilis esset*, cùm optimus hinc oriatur sensus. Vult enim *Severus* nulla miracula fore in Telluris visceribus, si tota in gravem massam constipata nullo interno motu agitaretur. *Seneca* Natur. Quæst. Lib. V. c. 14. *Non tota solido contextu terra in imum usque fundatur, sed multis partibus cava*

——— *& cæcis suspensa latebris,*

*alicubi habet inania, sine humore.* Vide & sequentia verba. Deinde quæ *Scaliger* habet, de verbo *cessare*, sunt ἀπροσδιόνυσα & coacta.

concutit & urget immotos. Quòd si terra densa esset, nec quidquam inane foret, nisi in aëre externo superficiei terræ insistente, mirabilibus illis spectaculis, quibus oculos & animos nostros pascit, careremus, atque universa semper, pondere suo, quieta maneret. Sed si putas miracula illa oriri ex meatibus superficiei terræ vicinis, igniúmque vires ex summis ejus partibus alimentum trahere; quæ omnia valida esse vides, & ex vastis penetralibus exsistere; falleris, nec adhuc rem satis intellexisti. Nam

coacta. Verè sensit Thales quod ei tribuit, ut docet *Seneca* Quæst. Natur. Lib. III. c. 14. & Lib. VI. c. 6. Sed non ita ineptivit Philolaus, qui contendebat, ut nunc faciunt præstantissimi Physici, terram circa solem moveri. Vide *Diogenem Laërtium* & notas ad eum Æg. Menagii. *Gorallus.*

157. *Sed summis*, &c.] Si putas summis causis & non abstrusioribus tantum opus adsignandum esse; hoc est, si credis in summo ore ac aditu ipso virium alimentum esse flammis, aut flammas ibi nasci, non in penitioribus recessibus; fallere. Nam ille ignis, qui in ipsis penetralibus agitando vires collegit, jam in liberiore ac patentiore aditu remittit ac languescit. Itaque illos fragores ac sonitus, qui etiam procul navigantibus ex Ætna audiuntur, ne putes fieri in ipsis faucibus, sed in angustiis fundi. *Seneca* de Ætna ad Lucillium: *Neutrum incredibile est, nec montem, qui devoratur quotidie, minui; nec ignem manere eumdem; quia non ipse ex se est, sed in aliqua inferna valle conceptus exæstuat & aliis pascitur. In ipso monte alimentum non habet.* Scaliger.

Ibidem. *Summis — caulis*] Hoc est, summis cavernis, haud multò infra terræ superficiem. Absurdè *causis* legitur vulgò. Vide ad v. 151. *Gorallus.*

160. *Sed nondum tibi certa hac lumine recto*] Scribe:

——— *Sed nondum tibi lumine certa carento.*

Sed nondum, inquit, careant oculato testimonio. Nolo mihi disputanti credas, per te ipse oculorum sensui credere potes. *Scaliger.*

*Ibidem.* Imò legendum, ut edidimus, sensu perspicuo, & minori mutatione. *Lumen rectum* est loquutio petita ex pictura, nam tabularum pictarum elegantia tum demum intelligitur, quando in bono lumine collocatæ spectantur. Sic loquutus est *Cicero* in Bruto c. 75. *Cùm ad elegantiam verborum Latinorum, adjungit illa oratoria ornamenta dicendi; tum videtur tamquam tabulas bene pictas collocare in bono lumine.* Aldina editio hîc habet inverso ordine: *sed nondum tibi lumine certáque recto.* Malè. Gorallus.

Námque illud, quacumque vacat specus omnis hiatu,
Est reses introïtu; solvunt se, aditúque patenti
Conversæ languent vires, animósque remittunt.
Quippe ubi, contineant ventos quæcumque morantes,
In vacuo desunt, cessat, tantúmque profundi
Explicat errantes, & in ipso limite tardant.
Angustis opus est turbare in faucibus illos.
Fervet opus, densíque fremunt, premitúrque ruïna
Hinc furtim Boreâ atque Noto (nunc unus uterque)

Hinc

## NOTÆ.

161. *Námque illud, quodcumque vacat specus omnis hiatu, Et res introïtu.*] Scribo:

*Namque illud quodcumque vacat specus oris hiatu*
*Est reses introïtu.*

Nam in ipsis faucibus reses est opus, propter liberius iter, & aditum patentem. Semper *oris hiatum* vocat τὸ κρατῆρα. *Residem ignem*, aut *reses opus* dixit, ut alibi: *cùm frigida monti Desidia est*. Deinde sequentia ita legito:

——— *solvunt se, aditúque patenti*
*Conversa languent vires.*

*Ibidem.* Minùs mutavimus quàm volebat *Scaliger*, sensúmque, quem acutè vidit, non minùs retinuimus. Vide locum *Senecæ* allatum ad vs. 145. *Gorallus.*

162. *Est reses intoïtu*] Vox *reses*, in Veteribus Glossariis, vertitur καθήμενος & ἀποκαθήμενος, ratione habitâ originis potiùs quàm significatûs. Nam *reses*, non est tantùm qui *residet*, sed qui nihil facit, otiosus. *Sosipater Charisius* Inst. Grammaticæ Lib. I. ubi de tertia Declinatione: *Reses, residis*, ἀργός. Hinc *aqua reses*, quæ non movetur, apud *Varronem* de R. R. Lib. III. c. 17. *Piscinas ejus despiciebat, quòd æstivaria idonea non haberent, ac in reside aqua & locis pestilentibus habitarent pisces ejus.* Gorallus.

164. *Quippe ubi contineat ventos, quâ quique morantes, In vacuo desint*] Lege:

*Quippe ubi, contineant ventos quacumque morantes,*
*In vacuo desunt, cessant.*

Ubi illæ causæ, quæ interclusos ignes exercebant, in vacuo defecerunt, cessant ignes. *Scaliger.*

165. *Ces-*

n ubicumque ſpelunca, ſuperficiei terræ vicina, iti ore patet, in ipſo introïtu veluti reſtagnant ti & ignes, & in aditu languent eorum vires, úmque ſuum remittunt. Ubi enim nihil eſt d incluſos contineat ventos, 165 motus omnis it, iíque per profundas cavitates huc illuc liberè nt, & in ore ipſo cavitatum morantur. Ut conatur ſolum, neceſſe eſt ventos, per anguſtas mean fauces, ægrè moveri. Tum demum æſtuant remunt, premuntúrque ruituri fornices, Boreâ Joto per rimas ſubeuntibus, viréſque ſuas unà miſcen-

. *Ceſſat*] Sic malui legere, cum priſcis Editionibus, & refer- nominativum antea expreſſum *opus*, quod & poſtea *reſes in-* eſſe dicitur. *Gorallus.*

d. *Tantúmque profundi*] Id eſt, τοσοῦτο ἀχανές. *Ariſtoteles* eorol. Lib. II. c. 8.) ποιεῖ δὲ ψόφον ἄνευ σεισμοῦ, διὰ τὸ τὴν δι- ίαν τῶν τόπων· ὑπερχεῖται γὰρ εἰς τὸ ἀχανὲς ἔξω· καὶ δι᾽ ὀλι- α τοῦ ἀπωθουμένου ἀέρος: *facit autem ſonum, ſine motu, & pro- mplitudinem locorum ſuperfunditur introrſum in vacuum, & propter repulſi exiguam copiam.* Ubi etiam redduntur illæ cauſæ, quas ntelligit *Corn. Severus.* Scaliger. In loco *Ariſtotelis*, ἀχανὲς ma- ò dicitur ingens hiatus aëris externi terræ inſiſtentis; *profun-* verò hîc eſt ſpatium ſub alta terra concavum. *Franciſcus* etiam *lus*, qui hunc librum *Ariſtotelis* Latinè vertit, locum hunc mi- adſequutus eſt. *Gorallus.*

. *Et in ipſo limite tardat*] Legendum eſt: *at in ipſo limite tar-* In curſu ſuo tardant, inquit. In ipſo aditu evaneſcunt ac nt. *Scaliger.* Habet *tardant* Editio Aldina, ſed nihil opus eſt tari in *at.* Ordo eſt: ceſſat opus, & in ipſo limite venti t, hoc eſt, quieſcunt, cùm per foramen apertum iis licet pere. *Gorallus.*

. *Hinc furtim Boreâ atque Noto,* &c.] Aliquando hoc, aliquan- o vento agitari, interdum etiam utroque. Quî fit ut acrior nflictus ignis, utriſque ventis ſpirantibus ab utroque montis De hoc quædam *Strabo* (Lib. VI. p. 190. Ed. Genevenſis.) ns de Lipara inſula ex *Polybio*: ἐὰν μὲν οὖν, inquit, νότος πνεῖν ἀχλὺν ὁμιχλώδη καταχεῖσθαι κύκλῳ φησὶ τῆς νησίδος, ηδὲ τὴν Σικελίαν ἄπωθεν φαίνεσθαι. ὅταν δὲ Βορέας φλόγας κα- ἀπὸ τοῦ λεχθέντος κρατῆρος, εἰς ὕψος ἐξαίρεσθαι καὶ βρόμους ισθαι μείζους, τὸν δὲ ζέφυρον μέσην ἔχειν τινὰ τάξιν: *ſi auſter aturus, caliginem nubilam inſulæ circumfundi ait, ita ut ne Sici-* lia

Hinc venti rabies, dum sævo quassat hiatu
Fundamenta, solo trepidant, urbésque caducæ.
Inde, neque est aliud, si fas est credere, mundo
Venturam antiquam faciem, veracius omen.
Hæc primò cùm sit species, naturáque terræ
Introrsus cessante solo, trahit undique venas.

Ætna

## NOTÆ.

*lia quidem eminus cernatur; cùm verò Boreas, puras flammas ex dicto cratere attolli & fremitus emitti majores; zephyrum autem medium tenere.* Propterea fit, ut hoc, aut illo vento flante, ex alterutro cratere spiret flamma. Cùm verò fit, ut Veteres loquebantur, *conflugium* duorum ventorum, utriusque crateris flammæ in unum conveniunt. Atque hoc quidem alio loco *Strabo* admonet: ἔοικε δὲ λαμβάνειν μεταβολὰς πολλὰς τὰ ἄκρα τοῦ ὄρους, διὰ τὴν νομὴν τοῦ πυρὸς, τότε μὲν εἰς ἕνα κρατῆρα συμφερομένου, τότε δὲ σχιζομένου: *videntur mutationibus multis obnoxia esse cacumina montis, propter depastionem ignis, interdum quidem in unum craterem collecti, interdum verò divisi.* Pro, *hinc furtim*, mallem *hinc fartim*, ut stipationem intelligat. *Lucillius:*

——— *lardum & carnaria fartim*
*Patrum conficeret.*

Ubi vulgò, contra veterem scripturam, pari atque hîc errore, *furtim* legitur. *Fartim* Poëtæ dicunt πύκα. *Scaliger.*

*Ibidem.* Non intelliguntur venti qui, per crateres, subeant cavitates Ætnæ, sed subterranei venti, qui nondum eruperunt, verùm angustiis compressi *furtim* ac per rimas ægerrimè feruntur. Itaque non est mutandum in *fartim*. Venti autem qui, pro cœli plaga, unde flarent, Boreas aut Notus dicerentur, si supra terram spirarent; unus fiunt, si in eamdem terræ cavernam inciderint. Ideò Poëta dicit, *nunc unus uterque*. Ceterùm hic locus malè erat interpunctus, non tantùm in Aldina, sed & in Scaligerana editione. Voces *nunc unus uterque* parenthesi inclusimus, cùm aliter lectæ orationis seriem perturbarent. *Gorallus.*

170. *Hinc venti rabies*] Hinc fit; nimirum, ex nimia coarctatione venti; hoc est, vaporum ex aquis calidis emissorum, ut furens ventus omnia concutiat. Vide quæ habet *Seneca* Quæst. Nat. Lib. VI. c. 18. & 30. *Idem.*

Ibid. *Dum sævo*] Emendationem & distinctionem doctissimi viri *Jani Vlitii* sequuti sumus, quas habet ad vs. 450. *Gratii.* Idem in

vs. 168.

miſcentibus. Hinc ventus furit, & in hiatibus illis occultis quaſſat firmiſſima fundamenta ædificiorum, urbéſque collapſuræ incipiunt nutare. Hinc, ſi fas eſt credere mundum aliquando interiturum, colligere certiſſimè licet rediturum eum in priſtinum Chaos. Cùm ergo hæc ſit natura terræ, in meatus patentes ventos undique trahit. Cui rei Ætna fidem manifeſtò faciet, veróque ſimillimam eſſe oſtendet.

vſ. 168. *ruina* in *ruente* mutabat, ſed ſine neceſſitate; nam ruina fornicum cavernarum ſubterranearum, vento intus furente, urgetur. *Idem.*

171. *Solo trepidant*] Legendum, *ſola trepidant*, nam poſitio fit in duabus ſequentibus conſonantibus, ut apud *Catullum*

*Propontida trucémque Ponticum ſinum.*

Idem: *per impotentia freta.* Scaliger.

*Ibidem.* Nihil opus eſt mutatione, nam *fundamenta* in *ſolo trepidant.* Raró *ſola* in plurali occurrit, nec aliud exemplum, niſi unius *Columellæ*, proferri video. Itaque hanc vocem facilè non admiſerim. *Seneca* Lib. VI. Quæſt. Natur. cap. 25. *Cùm ſpiritus magnâ vi in vacuum terrarum locum applicuit, cœpitque rixari & de exitu cogitare; latera ipſa, inter quæ latet, ſæpiùs percutit, ſupra quæ urbes interdum ſitæ ſunt. Hæc nonnumquam adeò concutiuntur, ut ædificia ſuperpoſita procumbant; nonnumquam in tantum, ut parietes, quibus fertur omne tegimen cavi, decidant in illum ſubtervacantem locum, totaque urbes in immenſam altitudinem mergantur.* Gorallus.

173. *Antiquam faciem*] Hoc eſt eam quam habebat, cùm tantùm chaos eſſet. Vide *Juſti Lipſii* Phyſiolog. Stoïcorum Lib. II. Diſſert. 32. *Idem.*

174. *Cùm ſit ſpecies*] Sic habet Aldina Editio, cùm in aliis ſit: *ſpecies rerum*, minùs bene, nam de ſola terra Siciliæ agit Poëta. *Idem.*

175. *Introrſus ceſſante*] Hoc eſt, hiante, meatus apertos relinquente. *Idem.*

Ibid. *Venas*] *Ventos* exiſtimo legendum. *Juſtinus* initio Lib. IV. de ſoli Siculi natura: *eſt autem ipſa terra tenuis ac fragilis & cavernis quibuſdam, fiſtuliſque ita penetrabilis, ut ventorum tota fermè flatibus pateat.* *Ariſtoteles* Meteorol. Lib. II. cap. 8. memoratâ Siciliâ, αἵ τε χῶραι ὅσαι σομφοὺς ἔχουσι τοὺς κάτω τόπους, πολὺ δεχόμεναι πνεῦμα, σείονται μᾶλλον: *regiones, quotquot cava habent ſubterranea loca, multum excipientes ventum, magis moventur.* Sic & alii. *Idem.*

Ætna sui manifesta fides, & proxima vero est.
Non illic, duce me, occultas scrutabere causas,
Occurrent oculis ipsæ, cogéntque fateri;
Plurima námque patent illi miracula monti.
Hinc vasti terrent aditus, mergúntque profundo;
Corrigit hinc artus, penitúsque quod exigit ultra.
Hinc spissæ rupes obstant, discordiáque ingens
Inter opus; nectunt varias mediásque coërcent,
Pars igni indomitæ, pars ignes ferre coactæ;
Ut major species Ætnæ succurrat inanis.

Hæc

## NOTÆ.

180. *Mergúntque profundo*] Nimirum, quidquid in eos jacitur *Idem*.

181. *Corrigit hinc artus*] Sic Aldina & Veneta altera antiquior editio, non *arctus*, ut pravè habet Scaligerana. *Corrigere artus*, est membra, nimis alioqui protuberatura, coarctare. Hinc jocus Augusti, apud *Macrobium* Lib. II. cap. 4. *Galba*, inquit, *cujus informe gibbo erat corpus, agenti apud se causam & frequenter dicenti:* corrige in me, si quid reprehendis; *respondit:* Ego te monere possum, corrigere non possum. *Plinius* Hist. Nat. Lib. VII. c. 20. *Milonem athletam, cùm constitisset, nemo vestigio educebat; malum tenenti, nemo digitum corrigebat.* Ad quem locum vide *Joan. Harduinum* virum eruditum. *Idem*.

Ibidem. *Penitúsque quod exigit*] 'Απὸ κοινοῦ *corrigit*. Quæ extuberant deprimit; τὰ ὑψωθέντα ὁμαλοῖ, καὶ καταβάλλει. Contrarium dixit *Seneca*: *differt montes, subrigit plana, valles extuberat*. Scaliger.

183. *Inter opus*] Omnino lego:

——— *discordiáque ingens*
*In nervos nectunt varios mediúmque coërcent,*
*Pars igni domita, pars ignes ferre coacta.*

Errorem inde natum puto, quòd scripsisset Librarius, *in nerbos*, unde *inter opus* factum est. Ostendit inæqualitatem Ætnæ, neque discessit à translatione, cùm artus Ætnæ attribuit, ut etiam nervos [illegible] ut alibi:

*Densa per ardentes exercet corpora nervos.*

Nectere

Si me ducem ſequaris, dubias cauſas, quòd la-
it, minimè ſcrutaberis. Se ſe oculis ipſæ ſubji-
it, nec te diutiùs dubitare ſinent. Multa enim ſunt,
lo monte, mirabilia, quorum cauſa minimè oc-
a eſt. Hinc terribiles ſpeluncas vides, quæ in
era terræ ventos excipiant. Illinc coarctari eum
iis, & ſolum protuberans ad interiora revocari.
in loco vides denſas rupes ventis & flammis obje-
, quibus veluti diſcordia quædam in iis, quæ in-
Ætnam fiunt, creatur. Variæ rupes medias alias
unt, & retinent, quarum aliæ integræ etiamnum
, aliæ vi ignis ceſſerunt; ita ut Ætna conca-
ſpecioſius quiddam oculis noſtris objiciat, quàm
ſi

*e in nervos*, νεῦροις διαλαμβάνειν, & proximi è regione Ætnæ
es, quos Siculi ὄρη νευρώδη vocant, videntur ita ab aſperitate
: quomodo homines compactis viribus Sabini *nerones*
ant, quaſi νεύρωνας. Alii tamen eos montes ab hinnu-
ixerunt νεϐρώδη ὄρη. Quod ſequitur, *pars igni domita*,
*gnes ferre coacta*; eſt pars jam ambuſta, pars adhuc ardens.

d. *Inter opus*] Animadvertit *Janus Ulitius* ad *Gratium* vſ. 304.
getici, eum Poëtam voce *opus* uti, ad quemvis actum ſigni-
lum, ſubjicitque pro quovis motu validiore etiam inanimatis
*opus* ſuum adſcribi. Tum hunc & ſequentem verſum pro-
prout à nobis ſunt editi. Neque enim probat correctionem
eranam, quâ vis loco ſano infertur. Sæpe voce *opus* ita uti-
*verus*, ut vſſ 25, & 185. *Gorallus*.

dem. *Nectunt varios, medióſque coërcent*] In Aldina Editione
*rios* & *medios*, ſed debet eſſe in fœminino genere; nam nul-
vox ad quam referantur hæ voces, præter *rupes*. *Varium* &
*m* vulgatarum Editionum caret ſenſu. Senſus eſt, ut rectè
m loco *Jan. Ulitius*, prout ignis ſe agitaverit, eum nunc va-
rupes motu ſuo connectere, nunc medias ſpiſſim obſtantes
ere ac ſupprimere. Sequitur enim *pars igni indomita* &c. Ru-
iæ *igni indomitæ*; nimirum, quæ ſpiſſæ obſtant; aliæ, quas ignis
et, illum ferre coguntur. Hoc illud *opus* eſt quod *artificem*,
*vina rerum cura* eſt, *incendit*. Hæc fermè *Ulitius*, quæ proba-
*Idem*.

. *Indomita*] Sic cum *Ulitio* legendum, ut opponantur *ignem*
*actis*, quæ ſunt rupes igne domitæ. *Idem*.

Hæc illis ſedes, tantarúmque area rerum eſt.
Nunc opus artificem incendit, cauſámque repoſcit,
Non illam parvi, aut tenuis diſcriminis; ignes
Mille ſub exiguo ponent tibi tempore veras
Res, oculíſque duces certò rem credere cogent,
Quin etiam tactu moneant contingere toto,

Si

## NOTÆ.

186. *Tantarúmque area rerum eſt.*] Hoc eſt, veluti campus vacuus, in quo tantæ res gerantur. Vide *Feſtum* in voce *Area*. Idem.

187. *Nunc opus artificem incendit*] *Incendere locum* Veteres dicebant, pro celebriorem reddere; ut apud *Varronem*, *incendere annonam*, de Re Ruſtica, & apud eumdem περὶ Μενίππου: *Edones Romam ut turba incendat annonam.* Ita enim legendus ille locus apud *Nonium*. Plautus Trinummo: *ſi iſthuc, ut conare, facis indicium, tuum incendes genus*. Similiter Auguſtus Cæſar: *nos forum aleatorium excalfecimus*, Ergo *opus artificem incendit*, eſt admirabiliorem reddit, ut cauſæ accuratiùs exquirantur. *Scaliger.*

*Ibidem.* Priùs confutanda hæc magni viri adnotatio, deinde ſenſus indicandus. Falſum eſt *incendere locum* eſſe celebriorem reddere, nec ejus rei ullum argumentum in ſequentibus, in locis enim allatis nuſquam occurrit *locus*. Non eſt autem perinde cum quocumque nomine verbum jungatur, ut certam ſignificationem obtineat. *Incendere annonam*, apud *Varronem*, eſt cariorem eam reddere; quia incensâ annonæ parte, reliqua ſit majoris pretii neceſſe eſt. Liquet hoc ex verbis integris *Varronis* apud Nonium, quæ ſic habent: *Edones Romani & turba incendant annonam, ſed propter phagones ficedulam pinguem aut turdum, niſi volantem, non video.* Eumdem vide de R. R. Lib. III. c. 2. ubi ait frequentes epulas *excandefacere* ac *incendere annonam*. Itaque loca *Varronis* nihil huc faciunt. Apud *Plautum* Trinummi Act. III. S. II. 49. *incendere genus* eſt id perdere, ut dudum viri docti notarunt. In verbis Auguſti, *forum aleatorium calefacere* colluſores dicuntur, quia concurſu hominum conclave, quod jocans *forum aleatorium* vocat, calidius fit. Vide *Iſ. Caſaubonum* ad Auguſti Cap. LXXI. Hoc in *Severi* loco *opus incendere artificem* dicitur; nimirum, cupidine intelligendi, quo modo tot mira fiant. Notiſſimum eſt dici *incendi cupiditatem*, *odium*, *dolorem*, *iram*, & [illegible]nes iis perturbationibus *incendi*. Omnes Scriptores ita loquun-[illegible]docebit, ſi opus eſt, *Robertus Stephanus*; nemo, ut *Scaliger* [illegible]uem tamen timidiùs ſequutus eſt *Joan. Ger. Voſſius* ad vo-[illegible], in Etymologico Linguæ Latinæ. *Gerallus.*

Ibi-

ſi eſſet ſolidus. Hujuſmodi ſedes eſt illarum mutationum, hæc area mirabilibus illis effectibus patet. Nunc res ipſa Phyſicum cupiditate cognoſcendarum cauſarum incendit, rationémque ab eo poſtulat edi, quâ hæc fiunt; nec eam quæ vix ab falſis diſcriminari queat. Ignes enim ipſi, intra breve tempus, multa oculis ſubjicient explorata, nec licebit fidem iis quæ videbis negare. Quin etiam multa manibus contrectanda

Ibidem. *Cauſámque repoſcit*] Hoc in cauſa eſt, ut artificem admiremur, & cauſam poſcamus ab illis ignibus, qui non ſunt exigui momenti. Nam *poſcere cauſam aliquam* imitatione Græcorum dictum, εἰσπράττειν τινὰ τὸ ἀργύριον. *Scaliger.*

*Ibidem.* Quàm coacta ſit hæc interpretatio nemo non videt. Quis ferat *cauſam repoſcere* perinde eſſe dici, ac cauſam præbere? Senſum jam indicavimus. *Poſcere* aut *repoſcere aliquem aliquid* non eſt magis Helleniſmus, quàm *rogare aliquem aliquid*. Gorallus.

188. *Non illam parvi, aut tenuis diſcriminis*] Hoc eſt, ut mihi quidem videtur, quam non facilè diſcriminare ab aliis commentitiis queamus, quippe parvo & tenui diſcrimine ſecernendam. Sic *Plinius* Lib. VIII. cap. 33. de Chamæleone: *oculi in receſſu cavo, tenui diſcrimine, prægrandes & corpori concolores.* Idem.

189. *Mille ſub exiguo ponent*] Depravatiſſimus locus, quem ita lege:

*Mille ſub exiguo ponam tibi tempore veras*
*Res, oculíque duces certò rem credere cogent.*

Ita ſemper loquitur: *certo tibi pignore oſtendam, oculis ipſis occurrens cauſa*, & ſimilia. *Scaliger.*

*Ibidem.* Sequutus quidem eſt vir longè doctiſſimus veſtigia antiquioris Venetæ editionis, quæ habet *ponam*, non *ponent*, & *certas res*; ſed neſcio quomodo omiſit conſiderare vocem ultimam vſ. 188. *Gorallus.*

191. *Quin etiam tactu moneant*] Corrige:

*Quin etiam tactu moneant contingere tutò,*
*Scilicet; at prohibent flammæ, cuſtodiáque ignis*
*Illi operum eſt prohibens aditu*, &c.

Quin etiam ipſi oculi duces maniſeſtò moneant te tutò poſſe tangere, tutò accedere. Sed prohibent flammæ, prohibet ignis ipſe, qui veluti operum cuſtodiâ ſeptus eſt. *Claudianus:*

*Ætnæos apices ſolo cognoſcere viſu*
*Non aditu tentare licet.*

Ita oſtendit, non in ſuperficie Ætnæ eſſe cauſas motûs illorum ignium, ſed intus in infimis partibus. *Scaliger.* Viſum non eſt nobis uſque adeò ab Editionibus abire, cùm ſenſus non incommodus iis inſit. *Gorallus.*

Si liceat; prohibent flammæ, custodiáque igni
Illi operum est; arcent aditu, divináque rerum
[Ut major species Ætnæ succurrat inanis]
Cura sine arbitrio est; eadem procul omnia cernis.
Nec tamen est dubium penitus quis torqueat Ætnam,
Aut quis mirandus tantæ faber imperet arti.
Pellitur exustæ glomeratus nimbus arenæ,
Flagrantes properant moles, volvuntur ab imo
Fun-

## N O T Æ.

192. *Custodiáque igni*] Et illi igni est quasi quædam operum custodia περιβεβλημένην, quominùs sit δυσπρόσιτος. *Scaliger*. Vult hoc *Severus*: igni illi est attributa custodia operum, hoc est, eorum quæ intra Ætnam fiunt, ne introspici cominus queant. Ignis est custos operum, non opera ignis. Res liquida est, cùm ex antecedentibus, tum ex consequentibus. *Gorallus*.

193. *Arcent aditu*] Nimirum, flamma & ignis; quod non moneremus, nisi vir magnus hîc cespitasset. *Idem*.

Ibidem. *Divináque rerum*] Ut *Horatius*, *acuta belli*, *acerba curarum*; Catullus: *truculenta Pelagi*. *Scaliger*. Nihil opus est ejusmodi loquutionem hîc quærere, nam vox *divina* construenda est cum *cura* vs. 195. interpositus enim versus planè delendus est, à Librariis nescio quare hîc repetitus. Docet *Severus* divinam curam Numinis cujuspiam, sine testibus, regere omnia quæ hîc cernuntur. Sic *Apuleius*, in Lib. de Mundo, *divinum incendium* Ætnæ vocat: *Sic*, inquit, *ex Ætnæ verticibus*, *quondam effusis crateribus*, *per declivia*, *incendio divino*, *torrentis vice flammarum flumina cucurrerunt*. Unde liquet rectè emendatum fuisse à *Tanaquillo Fabro* locum *Lucretii* Lib. VI. ubi de hoc monte nostro acturus ita exorditur:

*Nunc ratio qua fit per fauces montis ut Ætnæ*
*Exspirent ignes, interdum turbine tanto,*
*Expediam; neque enim DIA de clade coacta*
*Flammæ tempestas, Siculûm dominata per agros*
*Finitimis ad se convertit gentibus ora.*

[illegible]tur vulgò *media de clade*, quod, ut ille rectè vidit, caret sen[illegible]sum adito ad Librum III. *Phædri*. Si illi occurrisset locus *Apu*[illegible]leius, aut etiam *Cornelii* nostri, conjecturam suam iis ita confir-

a præberent, si liceret; sed flammæ arcent ac-
ites, divináque rerum illarum admini-
o testes omnes respuit, nec patitur eas nisi
iginquo cerni. Nec tamen dubitare possu-
de causa quâ Ætna sic agitatur, aut de fa-
qui tam miris effectibus præsit. Sæpe veluti
us exustæ arenæ ejicitur, molésque ardentes
rè erumpunt, dum concutiuntur ima montis
fun-

m putasset, nullum ut ampliùs dubitandi locum superesse
asset; nec sanè frustra. *Idem.*

*Ut major species*, &c.] Quamvis in omnibus Editionibus sit hic
exterminandum, ut diximus, censemus. Quamobrem eum,
purium atque ex superioribus temerè huc intrusum, uncinis
us. *Idem.*

*Cura sine arbitrio est*] Fallitur *Scaliger*, hoc enim vult Poëta,
seu providentiam quæ præest ignibus Ætnæ, oculos morta-
tcere, ita ut ejus arbiter, seu testis esse nequeas. Vidit hoc
*Janus Ulitius* ad vs. 331. Cynegetici Gratiani. Idem meritò
rem versum expungendum censet. *Idem.*

*m.* Etiam sine arbitris, per te ipse judicare potes. Frequens
hoc genere. *Scaliger.* Mirum est quàm hic per omnia aber-
ir summus. Quid enim ineptius ac frigidius fingi potest,
quod hic dicentem inducit *Severum*? Sive enim habeas te-
:bitros, sive non habeas, nihil hoc facit ad judicium de Æt-
:ndum. Sed nemo non videt hoc velle Poëtam, non licere
esse eorum, quæ intra viscera Ætnæ fiunt. Nihil notius
*arbitrum*, testem ac speculatorem dici, & *arbitrari* aliquan-
speculari. Vide *Plautum* Aululariæ Act. IV. S. I. versu ulti-
*dem.*

*Nec tamen est dubium*] Flamma, nimirum, & ventus, ut
docet noster. Vide vs. 216. & 217. *Idem.*

*Pellitur exusta*, &c.] *Plinius* Lib. II. c. 103. de Ætna: *quin-
a & centena millia passuum arenas, flammarum globo, eructat.*
ius Lib. VI.

Fundamenta, fragor totâ nunc rumpitur Ætnâ;
Nunc fuscâ pallent incendia mista ruinâ.
Ipse procul magnos miratur Juppiter ignes,
Néve sepulta novi surgant in bella Gigantes,
Neu Ditem regni pudeat, neu Tartara cœlo
Vertat; in occulto tantùm premit omnia dextrâ.

Con-

NOTÆ.

200. *Fragor totâ nunc rumpitur Ætnâ*] Hoc est, auditur magno cum sonitu, quasi quidpiam summâ vi rumperetur. Sic *Hesiodus* in Clypeo Herculis: ἄγνυτ' Ὄλυμπος, *frangebatur cœlum*, pro resonabat, vs. 203. ad quem locum vide Interpretes. *Gerallus.*

201. *Nunc fusca*, &c.] Per *incendia mista fuscâ ruinâ* intelligit quam *Virgilius piceam nubem* vocat, *Strabo* λιγνὺν, cùm ait: τότε μὲν ῥύακας ἀναπέμποντος, τότε δὲ φλόγας καὶ λιγνῦς, ἄλλοτε δὲ καὶ μύδρους ἀναφυσῶντος: *nunc quidem fluctus ignitos emittit, nunc flammas & fuliginem, interdum etiam massas exsufflat.* Scaliger.

*Ibidem.* Aliud significari putarim fuscâ hacce ruinâ; id, nimirum, quod sic describit idem *Strabo* Lib. VI. pag. 186. Ed. Genevensis Casaub. ὁ δὲ ῥύαξ εἰς πῆξιν μεταβάλλων ἀπολιθοῖ τὴν ἐπιφάνειαν τῆς γῆς ἐφ' ἱκανὸν βάθος, ὥστε λατομίας εἶναι χρείαν τοῖς ἀνακαλύψαι βουλομένοις τὴν ἐξ ἀρχῆς ἐπιφάνειαν· τακείσης γὰρ ἐν τοῖς κρατῆρσι τῆς πέτρας, εἶτ' ἀναβλυσθείσης, τὸ ὑπερχυθὲν τῆς κορυφῆς ὑγρὸν, πηλός ἐστι μέλας, ῥέων κατὰ τοῦ ὀρεινῆς· εἶτα πῆξιν λαβὼν γίνεται λίθος μυλίας, τὴν αὐτὴν φυλάττων χρόαν, ἣν ῥέων εἶχε: *quod effluxit, mutatum in concretionem, in lapidem convertit superficiem terræ, ad sat magnam altitudinem; adeò ut necesse sit exscindi lapides ab iis qui volunt retegere superficiem, quæ ab initio fuit. Petrâ enim in crateribus liquefactâ, deinde egestâ, liquor qui cacumini superfunditur est lutum nigrum defluens per montem. Deinde concretus fit lapis molaris, eumdem servans colorem quem fluidus habebat.* Hunc lapidem potiùs *fuscam ruinam* vocaris, quàm meram caliginem. *Gerallus.*

203. *Néve sepulta novi*, &c.] Hîc *Severus* oblitus eorum, quæ supercilio philosophico, initio Poëmatis, dixit contra fabulas, & præsertim contra commentum de Encelado Ætnæ subjecto, Poëtam agit; hoc est, fallacibus coloribus magnitudinem incendii Ætnæ describit. De licentia Poëtarum vide quæ diximus ad Pedonis Eleg. I, 460. Sed cum hæc Severi, à se ipso dissentientis, re-[redacted]tia conferre studiosi possint invocationem Veneris, quam [redacted] initiò poëmatis, ubi Veneri multa tribuit, quæ in ipso

fundamenta, ingénsque fragor per ejus juga au-
ır. Interdum etiam flammæ obscurantur nigrâ,
e simul emittitur, materiâ. Tum verò ipse Jupi-
, è cœlo despiciens, miratur tantos ignes, & ne
vi Gigantes è terra bellum ei denuo inferant, aut ne
tonem, sui regni pœniteat, cupidóque incessat Infe-
Cœlo 205 mutandi, metuens clam telluris molem
coër-

Poëmate divinæ naturæ detrahit. Sciebant quidem viri inge-
i hæc esse contraria, sed tanti esse non putabant semper sibi con-
, ut auribus vulgi nugis adsuetis dare nihil umquam vellent.
*llus.*

›4. *Neu ditem regni pudeat*] Id *Claudianus* planè descripsit, in
)itis querela Lib. I. de raptu Proserpinæ. *Scaliger.*

›5. *Vertat inocculto*] Ita legendum unâ voce, non, ut in vulga-
duabus, *in occulto.* Cùm Tartara sint occulta, ne pro illis cœ-
, quod inocculcum est eligat. *Scaliger.*

*idem.* Pravâ distinctione deceptus vir summus hæc minimè ad-
ıutus est. *Severus* vult Jovem, cùm tantum incendium videt,
itque ne Pluto illac erumpere in lucem velit, clam omnia, hoc
Ætnam, totiúsque superficiei terræ molem premere, ne disji-
tur à Plutone. Nihil est planius ac simplicius, nec mutatio-
ı ullam hoc postulat; cujus ope, *Scaliger* quem vult sensum inve-
*Gorallus.*

›id. *Tantùm premit*] Lege:

*——— tantùm premit omnia tetra*
*Congeries operis saxorum & putris arena.*

ἀπρεπόνημα. *Premit* autem καλύπτει; ut, *caniciem galeâ premimus.*
o:

*Capitis corona fasciis tiligneis*
*Faciem labore flatili viridis premit.*

c sequentia ita distingue,

*Quæ nec sponte suâ faciunt, nec corpori ulli*
*Sustentata eadem robustis viribus omnis*
*Exigitur; vertit vasa intera vortice savo.*

tamen, inquit, non fiunt αὐτομάτως, nec eadem operis con-
:s & putris arena foràs exigitur ullius corporis viribus sustentata,
:st, suis ipsa nitens viribus; nec suo impetu vertit vasa interna
vortice, sed spiritûs vi, omnia impellentis, hoc facit; ait
ı:

*——— nullus*
*Impetus est illi, quà spiritus imperat, audit.*

iger.

206. Con-

Congeries operis ſaxorum, & putris arenæ
(Quæ nec ſponte ſuâ faciunt, nec corporis ullis
Suſtentata cadunt robuſtis viribus) omnis
Exigitur, vertit vaſa omnia vortice lævo.
In denſum congeſta rotant, volvúntque profundo.
Hac causâ, exſpectata ruunt incendia montis;

Spi-

N O T Æ.

206. *Congeries operis*, &c.] Hîc novæ ſententiæ initium, præfixâ diſtinctione, fecimus; multò commodiùs, quàm *Scaliger*. *Congeries operis* à Poëta dicitur materia in viſceribus Ætnæ congeſta, in qua id fit quod auditur ac cernitur, nam *opus* vocat paſſim quod in eo monte fit. Congeries autem illa eſt aut ſaxorum ambuſtorum ac liquefactorum, aut *arena putris*; ſic enim legimus non *arenæ*, in nominativo. *Gerallus.*

Ibid. *Putris arena*] Hoc eſt, arenæ, quæ ſi fortè, admiſto humore, in moles grandiores concreverit, facilè tamen friatur. *Virgilius* Georg. I. 44.

——— *Zephyro putris ſe gleba reſolvit.*

Ubi *Servius*: putres *autem* glebas *ſolubiles quas tepor efficit & aratrum.* Hinc eidem Poëtæ *putris campus* Æneid. VIII. 596.

*Quadrupedante putrem ſonitu quatit ungula campum*

Sic *Statius* Silvarum Lib. IV. in deſcriptione Viæ Domitianæ:

——— *novóque*
*Injectu ſolidat putres arenas.*

Sic eſt in antiquis Editionibus, non *graves*, & quidem multò meliùs. *Gloſſa: Putre*, ψαφαρὸν, εὐδιάλυτον, ψαθυρὸν. *Gorallus.*

207. *Qua nec*, &c.] Hæc Parentheſi clauſimus, ut neceſſe erat, quod ex ipſa lectione intelligere eſt. *Idem.*

Ibidem. *Corporis ulli*] Α'ρχαϊσμὸς, *ulli* pro *ullius*, ut Grammatici *neutri generis*. Scaliger. Neſcio an ſit Archaïſmus, frequens enim eſt ea flexio etiam apud aurei ſæculi Scriptores non tantùm Poëtas, ſed & qui ſoluta oratione ſcripſerunt. Vide *Voſſium* de Analogia Lib. I. cap. 2. Sed maluimus ſequi Aldinam Editionem, quæ habet *ullis*. Senſum in interpretatione ſatis expreſſimus. *Gerallus.*

208. *Cadunt*] Sine dubio illud *cadunt* pro *eadem* poſitum eſt. *Scaliger*. Quod certum *Scaligero* fuit, mihi valde dubium eſſe fateor, ut multa alia quæ Dictatores illi Reipublicæ Litterariæ, pro imperio, ſanxerunt. *Gorallus.*

206. *Ver-*

coërcet, ac premit. Congesta lapidum & arenæ copia (non quidem sponte suâ, sed quia nullius corporis viribus sustentata necesse habet ruere) simul tota egeritur, & secum internos cunctos meatus evertit. 210 Omnia convoluta in densam massam circumaguntur, & volvuntur in imis cavernis. Hæc causa est, cur incendia tanta in Ætna accendantur, ma-

209. *Vertit vasa vitrea*] Ita habet melior pars antiquitus excusorum. Alii *vasa omnia*. Ego puto ex *vasa vitrea* faciendum *vasa intera*. Vasa, ut Medici, ἀγγεῖα, in corpore humano. *Intera* dictum, ut *Infera*. Cato: *infer*, *supérque vicinus*; hoc est, infernas, supernas. De *vasibus* etiam infrà:

*Quod si fortè cavis cunctatus vasibus hæsit.*

Scaliger. Vellem à viro doctissimo nominibus laudatas veteres illas editiones, quas inspexerat. Hîc in Aldina est: *Exigitur vertitur saxa vertice*. Gorallus.

210. *In densum congesta rotant*, &c.] Lacuna Editionis Aldinæ, & sensus faciunt, ut deesse putem versum, ubi fuit nominativus ad quem referuntur *rotant* & *volvunt*. Alioqui cum *Scaligero* in singulari legendum erit *rotat* & *volvit*. Idem.

*Ibidem*. Lege singulariter, *i. d. c. rotat*, *volvitque*; est enim semper congeries operum. *Scaliger*.

211. *Hæc causa*] Non expungam lectionem, quam habent veteres Editiones: *nec causa*, *exspectata ruunt incendia montis*. Quæ constructio est, ut, *nec mora*; sensus verò, ut, causæ non est quin, &c. *Exspectata incendia*, stata καὶ περίοπτα. Contrà superiùs dixit:

*Atque inopinatos referunt procul edita cursus.*

Ait exspectari tempestatem Ætnæ, hoc est præsentiri ab incolis; cùm post longum fremitum montis tandem subsequi necesse sit eruptionem ignis, ut post longos ventos terræ motum. Quod & mari solet accidere. Priùs enim auditur incertum murmur, quod Græci vocant κολόκυμα, hoc est, surdum fluctum; postea omnia ventis, omnia turbinibus sunt anxia. Præsentiri tempestatem Ætnæ ab incolis *Strabo*, *Aristoteles*, & plerique alii testantur. Hodie verò nihil tale, ut pote cùm major pars montis refrixerit. Non est recentius incendium memoriâ nostrâ illo memorando, quod accidit anno M D XXXVII. horrendo & miserabili spectaculo, non sine magno tonitruum fragore. Maxima Calabriæ pars nigro cinere & adusto operta. Duo pagi in ipso mente combusti, Mompiler & Licolosi. Hodie Ætna à Siculis ipsis vulgò vocatur *Mongibello*, corrupto nomine à *Mulciber*; ut & una ex Æolidibus vocatur hodiéque *Vulcanus*, ab incendio quod procedit ex ea. *Scaliger*.

Ibi-

Spiritus inflatis momen, languentibus aër.
Nam prope naturâ par est violentia semper,
Ingenium velox igni, motúsque perennis.
Verùm opus auxilio est, ut pellat corpora, nullus
Impetus est ipsi; quà spiritus imperat, audit.
Nunc princeps magnúsque, sub hoc duce, militat ignis.
Nunc quoniam in promtu est operis natura, solique
Unà ipsi & venti, quæ res incendia pascit;

Cùm

## NOTÆ.

*Ibidem.* Possent adjici nonnulla non inutilia, aut etiam emendari quædam Scaligeranæ conjecturæ, nisi ab omnibus digressionibus, quantùm potest, abstinere decrevissemus. Nescio quas antiquas editionis viderit *Scaliger*, sed Veneta quidem anni M CCCC LXXXIV habet *hac causa*, Aldina verò anni M D XVII. *hac*. Loquutio quam profert, ea sine exemplo admitti nequit; exemplis enim & legibus utimur, in Republica Critica, non despotico imperio paremus. Sensus est: *hac causâ ruunt incendia montis*, quæ alioqui non exspectarentur. *Gorallus.*

212. *Spiritus inflati*] Scribimus:

*Spiritus inflat enim, momen languentibus aër.*

Scriptum enim auguror fuisse: *Spiritus inflat n.* quòd ita ferè semper in membranis enim scribatur; *momen* etiam legitur apud *Lucretium* & *Manilium*. Scaliger.

*Ibidem.* Habet Veneta *inflati*, Aldina *inflatis*, quæ recta est lectio, hoc sensu: *Spiritus inflatis* exhalationibus momentum addit. Non potest autem hic versus meliùs explicari, quàm loco *Senecæ*, allato ad vs. 110. ubi *spiritus dicitur onerari, infundente se à tergo aëre*. Optimè autem vir summus *momen* hìc emendavit, sic enim vocatur propriè quod motum rei alioqui quieturæ creat, nam momen est à movendo. *Lucretius* Lib. III. ubi de animo & anima, quæ atomis constare credebat:

*Cetera pars animæ per totum dissita corpus*
*Paret & ad numen mentis, momenque movetur.*

Vide Indicem Lucretianum *Ob. Gifanii*, qui docet in variis libris scriptum fuisse *nomen*. *Gorallus.*

214. *Ingenium velox igni*] Sic legimus, non *illi*, ita necessariò postulante sententiâ, nam *illi* quò referatur non habet, nec dubium

est

materiâ alioqui quieturâ; ſpiritus, ſcilicet, ad tumentes jam venas accedens, & aër languenti igni non exiguum momentum addens. Alioquin ignibus illis ſubterraneis, naturâ ſuâ, par quidem ſemper ineſt vehementia, velocitáſque, & perpetua mobilitas, [215] ſed indigent auxilio, ut eructent corpora ex internis ſpecubus; nullóque impetu feruntur ſoli, ſed ventis impellentibus parent. Igitur ſub auſpiciis, ut ita loquar, ventorum, militantes ignes bellum cum viſceribus montis gerunt. Poſtquàm expoſui rationem incendiorum, ſimúlque naturam Siculi ſoli aperui, & venti id ſubeuntis,

eſt quin de *igne* ſermo ſit, qui etiam nominatim appellatur vſ. 217. *Ingenium* pro natura poni, etiam ubi ſermo eſt de rebus minimè intelligentibus omnes norunt. Hic autem ignis natura rectè, etiam ad accuratiorum Phyſicorum palatum, explicatur. *Idem.*

215. *Ut pellat corpore*] Lege, *corpora*; verùm ad corpora pellenda, externo indiget auxilio. Quod verò ait: *quà ſpiritus imperat, audit*; perſiſtit in metaphora militari, qua infra uſus eſt:

*Nunc princeps magnúſque ſub hoc duce militat ignis.*

Scaliger.

*Ibidem.* Rectè, nam *audire* paſſim eſt parere, obſequi; antecedente poſito, pro conſequente. Hinc & ad res intelligentia deſtitutas transfertur, ut apud *Virgilium* Georg. Lib. I. vſ. ultimo.

*Fertur equis auriga, neque audit currus habenas*;

Hoc eſt, equi non parent habenis. *Gorallus.*

217. *Nunc princeps*] Reſpicit *Severus* ad militiam non ſui ævi, ſed antiquiorem, in qua *Principes* dicebantur, non quòd primi in prælium progrederentur, ſed quòd primi ac præcipui eſſent, corporis viribus ab ætate virili firmatis; cùm *Haſtati* juniores eſſent, *Triarii* ſeniores, ipſi autem inter utroſque medii, robore atque ætate firmatâ *Principes.* Vide *Claud. Salmaſii* commentarium de Militia Romana, cap. IV. *Idem.*

218. *Huic quoniam*] Quoniam huic operi præſto favet natura & ſoli & venti; ſoli, quod, cùm ſit *σηραγγῶδες*, facilè ventum admittit, aut potiùs concipit; venti, quòd ignem moveat. *Scaliger.* Dormitabat vir ſummus cùm hæc ſcriberet, qui *huic* pro *nunc*, contra antiquiſſimarum Editionum fidem, legebat, & ſententiam comminiſcebatur de ſuo, cujus nullum apud *Severum* vel minimum veſtigium. *Gorallus.*

219. *Unà ipſi venti*] Lege: *unà ipſi & venti*, ipſius ſoli & venti. Nam hîc quoque *ipſi* pro *ipſius.* Scaliger.

Cùm ſubitò cohibetur, ineſt quæ cauſa ſilenti,
Subſequar. Immenſus labor eſt, ſed fertilis idem;
Digna laborantis reſpondent præmia curis.
Non oculis ſolùm pecudum miranda videre
More; nec, effuſis in humum, grave paſcere corpus;
Noſſe fidem rebus, dubiáſque expoſcere cauſas,
Sacra perurgentem, caput atque attollere cœlo;

Scire

## N O T Æ.

221. *Subſequar*] Carminibus porrò perſequar. Latinam eſſe loquutionem ſatis liquet ex analogia verborum *exſequi*, & *perſequi*, quamvis exemplum quo illuſtretur ad manum non ſit. *Gerallus*.

222. *Digna laborantis*] *Laboratis*. Scaliger.

223. *Miranda fuere*] Lego *fovere*. *Fovere oculis rem*, eleganter, niſi fallor, ἐνατενίζεσθαι σὺν θαύματι. In illarum rerum contemplatione, nimis indulgere oculis. Tamen in membrana quadam, ubi erant excerpta quædam ex Poëtis, legi: *oculis miranda videre*. Sed importunè hæc in hunc locum obrepſiſſe infra docebimus ex eadem membrana. *Scaliger*. Non pluris facio, ne quid diſſimulem, membranam illam, quàm coactam conjecturam, quæ pulcherrimæ ſententiæ verba ſenſu carentia ſubſtituit. Quod eo magis mirum videtur, quòd ad vſ. 206. rectiùs hunc locum interpretetur. Docet Poëta eſſe potiùs pecudum, quàm hominum, mirari dumtaxat naturam rerum, nec earum cauſas exquirere. *Gorallus*.

229. *Effuſis in humum*] Hoc eſt, oculis. Vult dicere conversâ in res ad vitam pertinentes totâ mente, de nulla alia re cogitare pecudum etiam eſſe. Nam Deus

*Os homini ſublime dedit, cœlúmque tueri*
*Juſſit, & erectos ad ſidera tollere vultus,*

ut habet *Ovidius* Metam. I, 85. Sic & *Perſius* Sat. II, 61.

*O curvæ in terras animæ & cœleſtium inanes!*

Idem.

225. *Noſſe fidem rebus*] Si hæc ſana ſint, quæ in Veneta & Aldina etiam leguntur, videtur eſſe loquutio elliptica; hoc eſt, noſſe fidem rebus habendam. Fortaſſe etiam non malè legas *Poſſe fidem rebus*; nimirum, expoſcere fidem ſibi fieri rebus ipſis, non verbis. *Idem*.

226. *Sacra perurgentem*] *Sacra* τὰ ἄδυτα. *Perſius*:

Ad

euntis, & materiæ quâ pascitur incendium; nunc ostendam cur subitò interdum desinat, & sonitum ingentem sequatur silentium. Magnum quidem intelligo me suscepisse laborem, sed inutilis non est, cùm operam digna merces sequatur. Nec sanè hæc naturæ miracula stupenda ab hominibus dumtaxat videri debuerunt, quemadmodum à pecudibus, quæ pronæ in terram de alimentis tantùm sunt anxiæ, nec causam cujusquam rei quærunt. Non facilè credere, nisi rebus ipsis dicta comprobentur, occultas rerum caussas inquirere, iisque quæ sacra habentur instare, adeò ut ve-

*Ad sacra vatum carmen adfero nostrum*

Propertius:

——— *& Coï sacra Phileta.*

*Perurgere* est perrumpere turbam, ὠςίζεσθαι, pro quo *Horatius* dixit, *facienda injuria tardis.* In Epistola *Epicuri* non absimile, τριχυλισὸς εἰμι ἀπωθεῖσθαι. *Plautus* meliùs: *cubitis depulsa de via.* Scaliger.

*Ibidem.* Recta hæc essent, si quæreremus quid sit *perurgere* seorsim; nunc verò quærimus quid sit *perurgere sacra*, ad quod loquendi genus nihil quidquam faciunt quæ habet vir summus. Igitur existimarim *urgere sacra* perinde esse ac res sacras, atque hominum ingenia fugientes, veluti insectari, ut eas cognoscas. Sic *urget hostis* imminens victis & fugientibus. *Nonius Marcellus*: URGERE, *insistere.* *Lucillius* Lib. XXVIII. *Cade hostium, Gnatho, urge, restant, perimus.* *Quadrigarius Annal. Lib. IV. sed circiter duas horas gravi prælio urserunt, deinde in fugam sunt conjecti.* In Editione Aldina malè hîc est, *per ingentem.* Gorallus.

Ibid. *Capitique attollere cœlum*] Simile esset, *caput inter nubila condit.* Sed potiùs legendum puto, *caput atque attollere cœlo.* Contrarium illi quod dixerat, *nec effusis in humum, grave pascere corpus.* καὶ ὐ ταπεινὰ φρονοῦντας. *Virgilius: quâ te quoque possis tollere humo.* Sed, nisi fallor, alius argutior sensus ex hac depravata lectione eruendus est:

*Sacra perurgentem captivi tollere cœli;*

ut dicat quod *Lucretius* de Epicuro, qui primus ausus est cœlo contrà attollere oculos, & religionem animis hominum demere. Nam tantùm admirari pecudum ait esse, sed diligenti perquisitione cœlestium rerum causas scrutari, hoc planè esse cœlum ipsum sibi captivum facere, & illa sacra, hoc est, inanem reverentiam, quâ stupemus ad rerum cœlestium spectaculum, tollere & eximere ex animis

Scire quot & quæ sint, cur magno talia mundo
Principia occasus metuunt, an sæcula pergent,
Et firma æterno religata est machina vinclo;
Solis scire modum & quanto minor orbita Lunæ est,
Hæc brevior cur bissenos cita pervolet axes,
Annuus ille meet; quæ certo sidera currant
Or-

NOTÆ.

mis hominum. Hæc, nisi fallor, egregia conjectura est. *Scaliger.*

*Ibidem.* Rectè emendatum *Scaligero: Sacrà perurgentem captivi tollere cæli*, & firmandæ conjecturæ fecerint ista *Manilii* Lib. II.

> *Quis neget esse nefas invitum prendere mundum.*
> *Et velut in semet captum deducere in orbem?*

Item Lib. IV.

> ——— *pervidimus omnem,*
> *Et capto potimur mundo.*

Hæc monuit amicissimus *Janus Douza filius.* Lindenbruchius. Acquiescimus tamen in priore conjectura Scaligeri, *caput atque attollere cælo*, quæ minùs abest à Veterum Editionum scriptura, & confirmatur loco *Lucretii*, ad quem respexit Scaliger, Lib. I.

> *Primùm Grajus homo mortales tollere contrà*
> *Est oculos ausus.*

Gorallus.

227. *Cur magno talia mundo*] In excerptis Poëtarum, quæ in membranis inveni, & de quibus paullò ante memini, longè aliter concepta est lectio. Nam & aliter & alio ordine:

> *Scire quot & quæ sint magno natalia mundo*
> *Principia, & rerum dubias exquirere causas.*

Nam illud, *nosse fidem rebus*, ὑπονοθεύεται adeò, ut semper mihi non leviter suspectum fuerit. Quare totus locus ita legendus:

> *Scire quot & quæ sint magno natalia mundo*
> *Principia, & rerum dubias exquirere causas,*
> *Sacra perurgentem captivi tollere cæli.*
> *Cur non occasus metuunt ac sæcula pergunt,*
> *Et firma æterno religata est machina mundo.*

Cur, inquit, sæcula æterna sint, nec intereant. *Scaliger.*

*Ibidem.* Malim minùs recedere ab utraque Editione Veneta, cùm præsertim idem fermè ex earum lectione, nonnihil emendata, exoria-

veluti caput cœlo inſeras; ſcire quot ſint & qualia mundi elementa, utrúmne ad finem properent, an verò animalia ſemper erunt in terris, atque æterna futura eſt mundi machina; noſſe rationem motûs Solis, quantò minor ſit Lunæ orbita, cûrve dum Sol ſemel circa terram circumagitur Luna duodecies idem curriculum abſolvat; quænam ſidera conſtanti motu

riatur ſenſus, nec ulla ratio ſit cur hæc uſque adeò luxata ſint. Vitioſè eſt in illis Editionibus *in magno*, pro *cur magno*; & *ad ſæcula*, pro *an ſæcula*. Gorallus.

228. *Principia*] Hoc eſt, elementa, quorum laxato nexu omnia in priſtinum Chaos redibunt. Vide vſ. 172. *Idem.*

*An ſæcula pergent*] Vulgò *ad ſæcula pergunt*, ſine ſenſu. Vult Poëta: an mundus æternus futurus ſit, ut putabat Ariſtoteles; nam ſi ſæcula, hoc eſt, animalium ordine aliorum alia ſequentium ætates pergant eſſe, æternus erit mundus. *Idem.*

*Machina vinclo*] Sic Aldina, aliæ *mundo*. *Idem.*

232. *Annus ille monet*] Legendum fortaſſe, *annuus in limum, & quæ certo*, &c. *Limum* enim, hoc eſt, obliquum ut Veteres loquebantur, eſſe ſigniferum omnes ſciunt, qui litteras humaniores colunt. Propterea & *obſtitus* vocatur Lunæ curſus ab *Apuleio*, de Dæmonio Socratis: *aliena lucis indiga, denſo corpore, ſeu lævi, cum quodam ſpeculo radios ſolis obſtiti & adverſi uſurpat*; & infra: *pro ſitu & flexu & obſtito circulorum.* Sed hodie duo ii loci, in vulgatis Apuleii codicibus, corruptè leguntur. Atque hæc quidem conjectura noſtra; quæ, cùm ſit juris arbitrarii, legitimo & ordinario juri, hoc eſt, Scriptorum Codicum auctoritati præferenda non eſt. Habet igitur membrana excerptorum:

*Solis ſcire modum, & quantò minor orbita Lunæ eſt*
*Hac brevior cur biſſenos cito pervolet axes,*
*Annuus ille meet.*

Cujus lectionis rationem qui non capiat, ego illum quid ſit ratio neſcire putabo. Orbita Lunæ eſt linea ἐκλειπτικὴ. Ea Tarentinâ voce à Veteribus Latinis dicebatur *circulus manacus*. Vitruvius Lib. IX. *Circinatio circuli menſtrui agatur, qui Manacus dicitur.* Nam ut βαρδιαῖοι Illyrienſes à Latinis dicti *Bardiaci*: ſic μηνιαῖος *maniacus* & *manacus*. Unde *Almanac* dixerunt Arabes Calendarium, addito, ſcilicet, articulo ſuo. Non enim, quod quibuſdam perſuaſum audio; mera vox Arabica eſt, ſed tantùm in Arabicarum vocum familiam recepta. Meritò ergo ſententia doctiſſimi viri explodenda eſt, qui in *Vitruvio* non *Manacus*, ſed μηνιαῖος legendum cenſet. *Scaliger.*

Ordine, quæve suo careant incondita cursu;
Scire vices etiam signorum & tradita jura;
Nubila cur cœlo terræ denunciet imbres,
Quo rubeat Phœbe, quo frater palleat igne;
Tempora cur variant anni, primáque juventâ
Ver æstate perit, cur æstas ipsa senescit,
Autumnóque obrepit hyems & in orbe recurrit;
Axem scire Helices & tristem nosse Cometen,

Lu-

## NOTÆ.

Ibidem. *Quæ certo sidera currant*] Intelligit stellas, quas fixas vocamus, & quas putabant Veteres circa terram constanti motu circumagi; exceptis pauculis, quibus suboluerat terram potiùs ipsam moveri. *Gorallus.*

233. *Suo careant incondita cursu*] *Suum cursum* vocat proprium & semper eumdem. Intelligit Planetas, qui rerum cœlestium imperitis temerè & incerto cursu errare videntur. *Idem.*

234. *Scire vices signorum*] Tempus ortûs & occasûs signorum Zodiaci. *Idem.*

Ibid. *Tradita jura*] Leges, hoc est, ordinem & vim quâ certa quædam præsagiunt iis, qui iis orientibus nascuntur. Qua de re, *M. Manilius* Lib. II. & sequentibus Astronomici. Idem Lib. I. pag. 25. Ed. Scaliger.

*Signorúmque canam fatalia carmine jura.*

Idem.

235. *Nubila cur cœlo*, &c.] Figmenta hæc erant Physicorum, illius ævi; cùm Lunæ, in se spectatæ, facies sit eadem semper, nec varia videatur nisi ob interpositos vapores, qui nihil ad Lunam. Sic quoque *Virgilius* Georg. I. 427.

*Luna revertentes cùm primùm colligit ignes,*
*Si nigrum obscuro comprenderit aëra cornu,*
*Maximus agricolis pelagóque parabitur imber.*
*At si virgineum suffuderit ore ruborem,*
*Ventus erit, vento semper rubet aurea Phœbe.*

Quod & ipsum sæpe falsum est. *Idem.*

236. *Quo frater palleat igne*] Hoc est, unde fiat ut Phœbea lampas aliquando pallidior videatur. Vide sequentia, apud *Virgilium.* Idem Poëta docet eum, ante bella civilia Triumvirorum, obscurâ ferrugine nitidum caput texisse. *Fiant*, inquit Plinius Lib. II. c. 30.

*pro-*

motu agantur, quæ per cœlum errent; ſcire quo ordine ſigna Zodiaci à Sole & Luna percurrantur, & quæ ſint illis leges poſitæ; non ignorare cur Luna pallens pluviam prænunciet, & quare interdum illa quidem rubeat, Sol verò pallidior videatur; compertum habere cur annus quatuor tempeſtatibus diſtinguatur, cur ver, poſt exiguum tempus, æſtate ſuccedente, prætereat, æſtas paullò pòſt deſinat, autumno veniente, quem hyems ſequitur, & ita ſemper in orbem redeant tempeſtates; noſſe ſtellas polares, na-

*prodigioſi & longiores ſolis defectus; qualis, occiſo Dictatore Cæſare & Antoniano bello, totius penè anni pallore continuo.* Nullum fuiſſe defectum ſolis ſatis oſtenderunt *Joſ. Scaliger* & *Dionyſ. Petavius*, ſed didicimus à ſummo XVII ſæculi Aſtronomo *Galilæo Galilæi* ſolem aliquando pallidiorem cerni, non ob nubes nobis vicinas, ſed ob maculas ſuperficiei ejus proximè incumbentes, quod omnia antea ſæcula fugerat. *Idem.*

237. *Tempora*] Hoc eſt, tempeſtates anni, ut ſæpe *tempeſtas* ſumitur pro *tempore*. Idem.

238. *Ver præt æſtatem*] Bene ſanè, ſed non deteriùs membrana: *ver æſtate perit.* Scaliger.

*Ibidem.* Imitatus videtur *Horatium* Carm. Lib. IV. Od. 7.

*Frigora miteſcunt Zephyris, ver proterit æſtas*
*Interitura, ſimul*
*Pomifer autumnus fruges effuderit, & mox*
*Bruma recurrit iners.*

Nemo jam neſcit viciſſitudines tempeſtatum oriri ex obliquo terræ circa ſolem motu. *Gorallus.*

240. *Axem ſcire Helices*] *Helicen* dici à Græcis urſam majorem docebit, inter alios, *Hyginus* Fab. CLXXVII. & in Aſtron. Poëtic. De voce *Axis* ita *Feſtus*: *Axis, quem Græci ἄξονα dicunt, plures habet ſignificationes. Nam & pars cœli ſeptemtrionalis, & ſtipes circa quem rota vertitur, & tabula ſectilis axis appellatur.* Sic ſanè *Cicero* loquitur Tuſcul. I. 28. ubi memorat globum terræ, duabus oris diſtantibus habitabilem & cultum; *quarum*, inquit, *altera, quam nos incolimus, ſub axe poſita, ad ſtellas ſeptem unde*

*Horrifer Aquilonis ſtridor gelidas molitur nives.*

Igitur *axis Helices*, eſt polus Arcticus. *Idem.*

240. *Triſtem noſſe Cometen*] Scire ejus naturam, & intelligere quid prænunciet; notum enim eſt olim, ut & nunc, à credula plebe Cometas creditos neſcio quid mali præſagire. *Idem.*

Lucifer unde micet, quáve Hesperus, unde Boot
Saturni cur stella tenax, cur Martia pugnax;
Quo rapiant nautæ, quo sidere lintea tendant,
Scire vias maris & cœli prædicere cursus;
Quò volet Orion, quò Sirius incubet index;
Et quæcumque jacent toto miracula mundo,
Non digesta pati, nec acervo condita rerum,

## NOTÆ.

241. *Lucifer, &c.*] Hic noster plebeio more Luciferum ab H ro distinguere videtur. Vide dicta à nobis ad *Pedonis Albin* El. II. 131. *Idem.*

242. *Saturni cur stella tenax*] Tenax est impediens, remo &, ut Augures loquebantur, stella *enebra.* Tibullus:

*Saturni sacram me tenuisse diem,*

Scaliger.

*Ibidem.* Cùm hìc de auguriis sermo non sit, nam Augures non spectabant, malim *tenacem* stellam Saturni dici, quòd esse crederentur qui horoscopante, ut loquuntur, Saturno nati quod figmentum eo nitebatur quòd Saturnus instar senis descri tur, senes autem ad rem soleant esse attentiores. Similia de stella dixeris. Verùm hac in re varii Planetarum adspectus, que eorum conjunctiones expendi, si vanis Astrologis credi debent; quibus de rebus, multis egit *Manethon* in Apotelesma non ita pridem editis. *Idem.*

243. *Quo rapiant nautæ*] Inventores hujus artis primi Phœ fuere. *Plinius* Lib. VII. c. 56. Sed Tiphyn fabulantur Poëtæ. *lerius Flaccus* Lib. I.

*Pervigil Arcadio Tiphys pendebat ab astro*
*Hagniades, felix stellis qui segnibus usum,*
*Et dedit æquoreos, cælo duce, tendere cursus.*

Quod ille ex *Apollonii* Lib. I. sumsit:

Τῖφυς Ἁγνιάδης Σιφαέα κάλλιπε δῆμον
Θεσπιέων, ἐσθλὸς μὲν ὀρινόμενον προδαῆναι
Κῦμ' ἁλὸς εὐρείης, ἐσθλὸς δ' ἀνέμοιο θυέλλας
Καὶ πλόον ἠελίῳ τε καὶ ἀστέρι τεκμήρασθαι.

Lindenbruchius.

245. *Quò volet Orion*] Non existimarim simpliciter spectari sum Orionis, qui nihil habet singulare, quàm significationem,

A

naturam cometarum tristia præsagientium, quis sit motus Veneris, ac Bootæ; cur nati oriente Saturno sunt tenaces, Marte verò bellicosi; quodnam sit tempus navigationi aptum, quodnam navibus subducendis; tenere artem navigandi & cœlestes motus prædicendi; non ignorare quid præsagiant nascentibus orientes Orion, Canicula, ceteræque stellæ; denique quæcumque mirabilia sunt, per rerum universitatem, non sinere temerè sparsa esse, aut veluti acervo aliarum

rum

Astrologi ei tribuebant, & de qua ita *Manilius* Lib. V. pag. 111. Ed. Scalig. an. 1599.

*Sollertes animos, velocia corpora finget*
*Atque agilem officio mentem, curásque per omnes*
*Indelassato properantia corda vigore,*

& quæ sequuntur. *Gorallus.*

Ibidem. *Quo Sirius incubet*] Suspecta lectio, cùm aliter habeant veteres editiones, quæ habent: *quò sævius incubet index.* Fortasse pro *secius incubet*, nam *secius* deterius. Notissimum enim ejus sideris ortu maximas tempestates cieri. Membrana habebat, *quò Lucifer incubet.* Scaliger.

*Ibidem.* Veneta antiquior habet *sævus*, Aldina *Sirius*, quod bonum esse puto; nam Sirio etiam sunt suæ significationes, si quis illo oriente nascatur. *Manilius* de hoc asterismo Lib. V. p. 115.

*Hac ubi se ponto per pronas extulit oras,*
*Nascentem si quem Pelagi perstrinxerit unda,*
*Effrenos animos, violentaque pectora finget,*
*Irarumque dabit fluctus, odiúmque metúmque*
*Totius vulgi*, &c.

246. *Tanto miracula mundo*] *Douza* filius legit *toto.* Lindebruchius. Eum sequuti simus.

247. *Non digesta pati*] Hîc *non* negatio repetenda est. Quod & aliàs quoque fieri solet; ut *non solùm feci* sæpiùs dicebant pro, *non solùm non feci.* Non pati, inquit, indigesta, nec incondita acervo rerum, sed disponere & digerere certâ sede & notâ. *Scaliger.* Verum est quod dicit de *non solùm*, pro *non solùm non*, quod confirmatum invenies à *Fr. Fabricio* ad Orationem pro Ligario cap. 2. sed hanc observationem posse transferri ad quævis loca, ubi videtur omissa esse negatio, nescio an satis tutò affirmare quisquam posset. Itaque suspicabar legendum *disjecta*, hoc sensu: non pati temerè disjecta, nec confusa aliis rebus, sed ea ad certam classem referre, & à ceteris discriminare. *Gorallus.*

Sed manifesta notis certâ disponere sede
Singula, divina est animi ac jucunda voluptas.
Sed prior hæc hominis cura est dignoscere terram,
Et quæ hujus miranda tulit natura notare;
Hæc nobis magis affinis cœlestibus astris.
Nam quæ mortales spes est, quæ amentia major

## NOTÆ.

Ibidem. *Nec acervo condita rerum*] Malo *incondita*, hoc est, gesta, *καὶ εἰκῆ νενασμένα*, ut loquitur Aristophanes. *Scaliger*. opus est hîc quidquam mutari, nam *condita* sunt occultata rerum vo. *Acervum* hîc vocat Poëta totam rerum universitatem, sed fusè & indistinctè notam. *Ovidius* sic appellat ipsum Chaos tam. I. 24.

*Quæ postquàm evolvit, cæcóque exemit acervo,*
*Dissociata locis concordi pace ligavit.*

Gorallus.

248. *Sed manifesta notis*] Hoc est, *εὐθημοσύνη* illa, de qua *pocrates*, disponere. *Scaliger*. Hoc vult Severus Physicum quic ubique est ac fit in certas classes descriptum, atque ad certa redactum habere: quemadmodum in Syntagmatibus Physicis solet. Nam *nota* hîc, ut Græcè *χαρακτῆρες*, sunt differenti rum, ex quibus genera & species à Philosophis confici solen *sedes* loca quæ in opere Physico, aut certè in animo obtinent. autem omnia & superiora scire ait esse divinam & jucundam a voluptatem. *Gorallus*.

249. *Divin' est animi*] Huc referuntur omnes infinitivi, qu cipiunt post *digna laboratis*. Nosse cursum Lunæ, discere astro cursus & similia, divini animi est. Quod qui statim non depre derunt, versiculum, *Non oculis solum*, &c. & sequentem, *nec effusis*, &c. importuno loco inseruerunt post *Digna laboratis* cùm post istum, *Divini est animi*, &c. statim sequerentur. Ita ex auctoritate illius membranæ, itémque sententiâ sic postul legendi sunt hi Versus:

*Non digesta pati nec acervo incondita rerum,*
*Sed manifesta notis certâ disponere sede*
*Singula, divini est animi, ac jucunda voluptas;*
*Non oculis solùm pecudum miranda videre*
*More; nec, effusis in humum, grave pascere corpus.*

rum rerum occultata, sed differentiis suis distincta & in certas classes redacta singula habere; ea demum jucundissima est, imò & divina animi voluptas. Verùm antiquior hominibus esse debet cura terræ cognoscendæ & animadvertendi si quid in ea est admiratione dignum. Hæc nobis propinquior est astris; nam quæ potest esse mortalibus spes cognoscendi Cœli? Quæ

Divini animi est, inquit, hæc & contemplari & certâ sede disponere; non autem more pecudum tantùm ad ea stupere, nec oculis effusis in humum terrestria tantùm sapere. Hanc veram lectionem esse, itémque hanc legitimam horum versuum sedem, nemo est paullò doctior modò & æquior, qui facilè mihi non concesserit. *Scaliger.*

*Ibidem.* Ego verò facilè concedo viro summo egregiam esse sententiam, quam ex versibus ita dispositis colligit. Sed propter *membranam quamdam, in qua erant excerpta quædam ex Poëtis*, ut de ea loquitur *Scaliger* ad vs. 224. nolim sine causa repudiare omnium Editionum lectionem, quæ etiam suis nitebatur membranis; cùm præsertim idem ex ea sensus oriatur. Trajectiones, nisi prorsus necessarias, nullas admitto; quid enim facilius est, quàm, trajectis versibus, centonem conficere non malè cohærentem? Qua in re, nimius erat *Scaliger*, ut ex multis ejus operum locis liquet, & præsertim quidem ex præfatione ad *Manilium*. Gorallus.

250. *Sed prior hæc hominum.*] Ex istis colligitur superiora, per concessionem, imò per confessionem dici. Fateor, inquit, rerum cœlestium rationes scire, divini esse animi. Sed cœlum cognoscere, terram verò ignorare extremæ dementiæ esse judico. Hinc ergo nos ad miraculum hoc Ætnæ considerandum latenter inducit. *Scaliger.*

253. *Nam quæ mortales spes est*] Et hìc non leviter grassata est correctorum licentia, cùm mentem Poëtæ non adsequerentur. In veteribus excusis rectè legitur:

*Nam, quæ mortalis species, quæ amentia major*, &c.

Illud, *quæ mortalis species*, dictum quomodo illud: *nam, quæ tua humanitas, illi parces.* Dictum verò εἰς εὐτελισμόν. Nam, inquit, si humanam speciem contemplemur, quæ nihil cœleste habet; quæ major insania, quàm in cœlestibus illis remotis immorari, hæc verò propiora terrestria negligere? *Species*, τὸ σχῆμα. Significat verò tantùm id quod extra apparet. Ergo, ut dixi, εἰς ἐκφαυλισμὸν dictum est. *Scaliger.*

*Ibidem.* Quos correctores, quásve antiquas editiones intelligat vir doctissimus nescio. Sic habet, ut legimus, utraque editio Veneta,

In Jovis errantes regno perquirere? velle
Tantum opus ante pedes transire & perdere segnes?
Torquemur miseri in parvis, premimúrque, labores
Ut se se pretio redimant, verúmque professæ,
(Tur-

NOTÆ.

neta, nisi quòd est *majus* pro *major*. Si in Codicibus suis invenerunt Correctores primarum Editionum *mortalis species*, feliciter sanè correxerunt *mortali*, aut *mortales spes est*; nam loquutio illa Scaligerana dura, coacta & inaudita est. Sed vehementer dubito de lectionibus Scaligeranis, qui ne verbo dignatus est indicare quæ fuerint editiones, quibus usus est, & quales membranæ. *Gorallus.*

*Ibidem.* Legi posset, *nam qua, mortales, res est?* ut sæpissimè apud Comicos. *Lindenbruchius.*

Ibidem. *Qua amentia major*] Si ita legissent Correctores, in suis membranis, hoc sanè quod facillimum ac optimum sensum parit, constructioníque est consentaneum, numquam mutavissent, in *majus*, quod in utraque editione Veneta legitur & sensu planè caret. *Gorallus.*

254. *Perquirere? velle*] Hoc est, perquirere quid in eo agatur. Post *perquirere* notam interrogationis apponendam puto. *Idem.*

255. *Tantum opus ante pedes*] Auctor vetus, apud *Donatum* in Adelphos: *quod ante pedes est non videt, cæli scrutatur plagas.* Quod joculariter dictum fuit in Thaletem; qui, cùm siderum cursum contemplaretur, in puteum decidit. *Diogenes Laërtius*: Σὺ γὰρ, ὦ Θαλῆ, τὰ ἐν ποσὶν ὐ δυνάμενος ἰδεῖν, τὰ ἐπὶ τῷ ὐρανῷ οἴει γνώσεσθαι; *Tu enim, ô Thales, qui non potes videre quæ sunt ante pedes, quæ in cælo sunt putas te cogniturum?* Nec longè ab his abit illud Minutii Felicis, in Octavio: *Desinite cœli plagas & mundi fata & secreta rimari, satis est pro pedibus adspicere.* Lindenbruchius. Vide & *Ægidium Menagium* ad Diog. Laërt. I. 34.

156. *Premimúrque labantes*] Malo, quod illa membrana habebat, *premimurque labore*; quamquam ut ex illa lectione leviusculè depravata veritas indaganda sit, statim ex sequentibus patebit. *Scaliger.*

257. *Dum se se pretio redimant*] Non minimæ laudis fuerit, ex eadem membrana obscurum & intricatum hujus loci sensum expedire. Ex ea igitur ita legimus:

*Torquemur miseri in parvis, premimúrque, labores*
*Ut se se pretio redimant, verúmque professa*
*(Turpe!) silent artes viles, inopésque relicta.*

Hoc

Quæ major amentia, quàm si animo palantes, per Jovis regnum, inquiramus in ea quæ illic fiunt, & contra prætereamus & negligamus socordiâ nostrâ, hîc in terris, quod fit in monte Ætna? Propter res nihili magnos labores suscipimus, quibus propemodum opprimimur, ut ex iis lucrum aliquod ad nos redeat; dum

Hoc unum, inquit, satagimus, ut cùm ex laboribus nostris tantùm proventûs & fructûs refecerimus, quantùm sumtûs fecimus, postea ipsi labores & artes à nobis negligantur. Putà, agricolæ qui agros colendos conducunt, seu redimunt, tantisper torquent se, dum tantum percipiant ex agro, quanti locatus fuit eis à domino; &, hoc solum considerant, possitne fructus pro impensa ac labore redire. Quod si modò adsequuntur, omnia reliqua perfunctoriè agunt. Cùm ergo ex proventu culturæ labores reficiunt, hoc est, ut loquitur *Cicero*, quando non certatur cum impensis fructibus vinearum; id, nimirum, est, quod ille vocat labores se se redimere pretio. Illud verò *turpe*, quod vix poteramus legere in illa membrana, dicendum *διὰ μέσου*. *Propertius* Lib. IV. El. VI. 45.

*Et nimiùm remis audent (proh turpe!) Latinis*
*Principe te, fluctus regia vela pati.*

Scaliger.

*Ibidem.* Hîc per omnia sequuti sumus felicissimam emendationem viri summi. Habet Aldina editio:

*Dum se se pretio redimunt, verúmque professa est.*
*Tum demum viles taceant, inopéque relicta.*

Aliæ editiones habent, *professa.* Quæ lectiones, cùm sensu careant, ostendunt Correctores non nimis audacter hîc se gessisse; alioquin enim, mutatis verbis, sensum nobis aliquem non ægrè confecissent. *Labores se pretio redimunt*, cùm ex iis redit ad nos is fructus, qui non tantùm æquat impensas, sed & suppeditat præterea sumtus in quotidianam vitam faciendos. Quia qui *redimunt* quidpiam pretium ejus, seu pecuniâ, seu aliâ re traditâ æquant; ideò *redimere* est interdum quidpiam facere, quod compenset laborem aut jacturam. Sic *redimere culpam* dicitur non tantùm qui mulctam solvit, sed & qui egregio facinore compensat detrimentum suâ culpâ creatum. *Plancus* apud Ciceronem Epist. Lib. X. Ep. 8. *Non enim præteritam culpam videri volo redemisse, sed optima mentis cogitata jam pridem, maturo tempore, enunciare.* Gorallus.

Ibidem. *Verúmque professa*] *Verum professas* artes vocat, quæ pro sumtu & impensa pecuniam reficiunt domino. Sic elegantissimè *Pindarus* in solatium sumtuum & impensarum Olympionicis reddi *καλλίνικον λυτήριον δαπανᾶν*, cùm gloria illos ex victoria sequitur.

(Turpe!) silent artes, viles, inopésque relictæ.
· Noctes atque dies festinant arva coloni,
Callent rure manus, glebásque usu experiuntur;
Fertilis hæc segetíque feracior, altera viti,

Hæc

NOTÆ.

tur. Nam τιθελιπποτροφία non sine maximis sumtibus erat, ut sciunt omnes, qui Græcos auctores, præsertim Aristophanem, legerunt. Sic ergo τὸ λυσιτελὲς ab ea ratione dixerunt Græci; nimirum, quod sumtum æquat, proventu fructûs. Id enim ita Stoïci veteres, ἐτυμολογοῦσι, nempe, ὅτι λύει τὰ τελέσματα εἰς αὐτὸ, ὥστε τὴν ἀντικατάλλαξιν τὴν ἐκ τῆς πραγματείας ὑπεραίρειν τῇ ὠφελείᾳ. Et Bias rectè dixit, ἐκ λυσιτελῶν εὐτελῶν, hoc est, ut ego adludens interpretor, *ex utilibus vilibus*; non, ut Plinius, ex *bonis malis*. Sed puto, hæc mens Poëtæ: torquemur in agro exercendo, lucri cupiditate; artes verò, quæ verum profitentur, id est, Philosophia, jacent & negliguntur. Hæc est vera interpretatio. *Scaliger.*

*Ibidem.* Tam liquidum est solam veram esse ultimam interpretationem, ut mirer superiora omnia, quasi futilia, à viro magno non fuisse transverso stylo inducta. *Verum professa artes* sunt quæ se verum homines edocturas profitentur. *Gorallus.*

258. (*Turpe!*) *silent artes*] Rectè *turpe* veluti parenthesi includendum vidit vir doctissimus. Sic Horatius Epod. IX. 16.

*Intérque signa (turpe!) militaria*
*Sol adspicit Conopeum.*

Ubi vide veterem Interpretem. *Silent* autem *artes*, quas nemo docet, de quibus nemo loquitur. Ideò *Virgilius* vocavit Botanicas artes, *mutas*, quòd in magno pretio non fuissent, Æneid. XII. 397.

*Scire potestates herbarum, usúmque medendi*
*Maluit & mutas agitare inglorius artes.*

Idem.

159. *Noctes atque dies*, &c.] Ante hunc versum interjiciendi tres isti versiculi, qui infra alieno loco positi erant.

*Torquentur flammâ terra, ferróque domantur*
*Scrutamur terras, evertimus omne profundum,*
*Semen ut argenti quaratur, ut aurea vena.*

[illegible]ibus cognoscis non solùm loco suo motos, sed etiam inter [illegible]positos fuisse hos versiculos. Quantum autem tenebrarum

offu-

Philosophia (ô rem turpem!) quæ doctrinam
itis profitetur se nobis suppeditaturam, ad silen-
adigitur ac contemnitur. Continente labore agri-
terram colunt, 260 & opere ipso indurescunt.
irum genera, ut sciant cui rei apta sint, experiun-
ù, donec intelligant hanc fore aptam segetibus,
aliam

rint ei loco, in quem irrepserant, mox ex sequentibus appa-
*Scaliger.*
*em.* Imò incommodiore multò loco hìc essent hi versiculi,
ubi sunt in antiquis Editionibus Venetis. Non admodum
ix vir magnus, in serie orationis evolvenda; qui magis ex-
it memoriam quàm judicium, eo præsertim tempore, quo
gilii Catalecta scripsit. *Gorallus.*
em. *Festinant arva coloni*] Supra, *festinantis opus.* Horatius:
*rare coronas.* Scaliger.
*em.* Prior locus, hoc est, vs. 32. *Cornelii Severi* malè profer-
iam illic opus non regitur à verbo *festino.* Asserendus erat locus
tamorph. Lib. XI. 575.

——— *& jam quas induat ille*
*Festinat vestes,* ———

similia, quæ non desunt. *Gorallus.*
. *Callent rure manus*] *Theocritus:*

——— μαχίλῃ τετυλωμένος ἔνδοθι χεῖρας.

er.
*em.* Hîc *rus* pro opere rustico sumitur; quod qui faciunt,
s manus brevi habent. *Gorallus.*
em. *Glebarum usu experiuntur*] Inepta lectio καὶ ὑποσόλοικος.
ribus excusis nescio quid κίβδηλον legitur.

——— *glebarum experimur usu.*

quid monstri sit nescio. In membrana illa: *glebarum ex-*
*ur usu*, quod quàm proximè accedit ad excusorum veterum
nem; hoc est, nimia agricolatione, nimióque opere rustico
cimus, ut à quovis expellamur & explodamur. *Scaliger.*
*em.* Membranæ *Scaligeri* adsentiuntur Venetæ Editiones. Sed
ubio meliùs habent libri, ex quibus editum est,

——— *glebarum usu experiuntur;*

on dubito ex libris MSS. esse lectionem, quæ alioqui sensu ca-
Correctores enim enim siquid mutant sensûs causâ mutant. At-
pro *glebarum* legendum *glebásque*, nam coloni usu experiun-
bas, hoc est, agros, unde intelligunt quibus plantis apti sint.
*us.*

262. Fe-

Hæc platanis humus, hæc herbis dignissima tellus
Hæc dura & melior pecori, silvisque fidelis,
Aridiora tenent oleæ, succosior ulmis
Grata. Leves cruciant animos & corpora causæ
Horrea uti saturent, tumeant & dolia musto,

Pl

N O T Æ.

262. *Fertilis hac*, &c.] Alii legunt hîc, *segetis* & *vitis*; se est antiquissimarum editionum lectio. Sunt autem veluti verb colarum dicentium quid usu compererint. *Idem.*

262. *Hac platanis humus*] Intelligit arbores quæ, umbræ taxat causâ, conserebantur, inter quas longè eminebat plat nam hanc nominat, exempli dumtaxat causâ: ut supra inte netas Venerem, Saturnum & Martem, inter inerrantes stellas ten, Orionem & Sirium, &c. non quòd alias stellas exclu culo suo vellet. Audiamus *Plinium*, ut quanto in pretio esse poribus *Severi* intelligamus. Sic ergo ille Lib. XII. Cap. I. *Qu jure miretur, arborem umbra gratiâ tantùm ex alieno petitam Platanus hac est, mare Jonium, in Diomedis Insulam, ejusdem t gratiâ, primùm invecta; inde in Siciliam transgressa, atque inter donata Italia, & jam ad Morinos usque pervecta, ac tributarium detinens solum, ut gentes vectigal & pro umbra pendant. Dionysiu Siciliæ tyrannus, Rhegium in urbem transtulit eas, domûs suæ n dum, ubi postea factum gymnasium*, &c. *Hoc actum circa capta ætatem, tantúmque postea honoris increvit, ut mero infuso enutr Compertum id maximè prodesse radicibus*, &c. Vide, si opus e sequentia, quæ docebunt cur Platani, potiùsquàm alius arb meminerit noster Poëta. *Idem.*

Ibidem. *Hac herbis dignissima tellus*] Nescio quid ἀφελὴς lectione apparet. Nam quid herbæ ad platanos? Sed verè ganter in membrana exaratum fuit, *hac ederis dignissima tellus* gitat superfluum studium arborum, quæ magis ad volupt quàm ob fructum instituebantur. In quorum numero, ut sciunt, platani ad deambulationes, ederæ ad sedilia, & u cula diligenter serebantur. *Scaliger.*

*Ibidem.* In utraque Veneta, est *herbis*, quod servavimus; ne est id, quod eodem versu cum platanis conjungitur, esse potiùs num, quàm olus. *Virgilius* Georg. I, 55.

*Arborei fœtus alibi, atque injussa virescunt*
*Gramina.*

...callus.

26

iam vitibus, aliam arboribus umbriferis, aliam ceribus, aliam denique pecori & silvis, quippe duorem. Experientiâ norunt oleas quidem esse in ccioribus locis serendas, in humidioribus verò ulos. 265 Animus & corpus curis cruciantur, horrea segetibus, dolia musto impleantur, utque fœni-

263. *Hac diti melior pecori*] Jam cœpi meis suspicionibus aliquam em habere, cùm hæc mihi suspecta lectio antea fuerit, & ex vei membrana falsi convicta. Ea habet:

*Hac dura & melior pecori silvisque fidelis.*

elligit ergo quæ pastonibus melior erat; ea enim est, quæ dur & sterilior. Calles, saltus, silvas, vocabant Veteres. Vide *Varem* de Re Rustica. *Scaliger.*

Ibidem. *Varronem* consule Lib. I. de R. R. c. 6. & seqq. cui adde *Columellam* Lib. II. c. 2. *Gorallus.*

Ibidem. *Silvisque fidelis*] Hoc est, in qua silvæ feliciter proveint. *Cicero* Ep. ad Famil. Lib. XVI. Ep. XVII. *Et doctrina & domus, ars & ager etiam fidelis dici potest; ut sit, quomodo Theophrasto pla, verecunda tralatio.* Nimirum, ut amicus, ut servus fidelis dir, qui quod ei mandatur ita curat, ut amico aut hero utilem eram præstet: sic ager *fidelis* dici potest, qui fruges aut plantas isvis sibi mandatas alit atque auget, ita ut dominus spe suâ non straetur. Sic *Horatius* Carm. Lib. III. Ode XVI. 30.

*Purus rivus aquæ, silváque iugerum*
*Paucorum & segetis certa fides mea*
*Fulgentem imperio fertilis Africæ*
*Fallit sorte beatior.*

Scholia antiqua: *ubertas glebæ fertilis, non decipiens spem domini.* ntra eidem Poëtæ eodem Libro Od. I. 30. *fundus mendax* dici, qui quod ab eo sperabatur non præstat.

*Fundúsque mendax, arbore nunc aquas*
*Culpante, nunc torrentia agros*
*Sidera, nunc hyemes iniquas.*'

iter Epist. Lib. I. Ep. VII. 87. *Spem mentita seges*, est quæ spem llit. *Gorallus.*

66. *Horrea uti saturent*] Hoc est, repleant, ut *satura* animalia antur quæ sat cibi sumserunt, ac referta eo sunt. Sed *satiare saturare* majorem vim habet quàm *explere*, si credimus *Nonio rcello*: Expleri, *inquit*, & satiari, *hanc habent differentiam. Exi est tantummodo plenum esse, satiari supra modum & abundantiam.* od probat locis *Lucretii* & *Ciceronis*. Gorallus.

Plenáque defecto surgant fœnilia campo.
Sic avidi semper, quà visum est carius istis,
Scrutamur rimas & vertimus omne profundum,
Quæritur argenti semen, nunc aurea vena,
Torquentur flammâ terræ, ferróque domantur.
Implendus sibi quisque bonis est artibus; illæ
Sunt animi fruges; hæc rerum maxima merces,
Scire quid occulto naturæ terra coërcet,
Nullum fallere opus, non mutos cernere sacros

Æt-

## N O T Æ.

268. *Quà visum est carius istis*] Hoc est, inclinamur in eam artem quærendi lucri, quæ nobis magis arridet, lucrúmque majus affert. *Idem.*

269. *Scrutamur rimas*] Hunc versum & duos sequentes loco suo motos fuisse, quando sunt subjecti versui 277. nemo dubitare queat. Hoc unum quærendum erat, ubi essent reponendi. Nobis nullus æquè commodus, atque hic, videbatur, videbitúrque pariter, nisi vehementer fallimur, cuivis attentè legenti. *Idem.*

269. *Et vertimus omne profundum*] Sic Aldina, pro *evertimus*. Si quis nesciat quomodo profundum vertatur solum, ad quærenda metalla, adeat oportet *Plinium* Lib. XXXIII. cap. 4. & seqq. *Idem.*

270. *Quæritur argenti semen*] Non solùm hic alieno loco positum hunc versum, sed & ipsum corruptum esse, antè admonuimus. Ita autem in veteri membrana exaratus fuit:

*Semen ut argenti quæratur, ut aurea vena*

Elegantiùs sanè, quàm quomodo formis excusi legunt. *Argenti semen*, ut Lycophron, ἀργύρου γνύθος. *Scaliger.*

*Ibidem.* Nobis sat commoda vulgata lectio visa est. *Argenti semen* videtur vocare Poëta tenues venas, ex quibus colligere licet argentum in loco quodam gigni, aut fortè etiam Galenam, vel Molibdænam quæ est communis auri & argenti vena, ut docet *Plinius* Lib. XXXIII. cap. 6. & Lib. XXXIV, cap. 17. Ubicumque *enim*, [illegible] tradit, *una inventa vena est, non procul invenitur alia.* Go-

[illegible]

[illegible] *[To]rquentur flammâ terra*, &c.] Hoc interpretatur *Plinius* Li[b.] [illegible]III. ubi multis ostendit quis usus ferri & ignis in metallis [illegible]dis. *Idem.*

273. *Sunt*

fœnilia ſint fœno referta. Sic aviditati noſtræ modum nullum ponimus, & dum quærimus pretioſiora memoratis, ſcrutamur rimas montium, & viſcera eorum evertimus, ut argenti & auri venæ inveniantur. Terra, cui admiſtum eſt metallum, coquitur, & ferro comminuitur. Verùm, inanibus illis laboribus omiſſis, unumquemque oportet honeſtis artibus mentem inſtruere. Hæ demum ſunt veræ animi meſſes, & longè maxima ſunt præmia laboribus noſtris, ſi ſciamus quid in viſceribus terra occultet, nec quidquam eorum quæ in ea fiunt nos fu-

273. *Sunt animi fruges*] Hoc eſt, quibus alitur animus, ac veluti fructus quos è laboribus ſuis refert. *Idem.*

275. *Nullum fallere opus*] Οὐδὲν λαθεῖν ἡμᾶς. Ita & alibi loquutus eſt: *nec tentat fallere peſtem.* Scaliger.

*Ibidem.* Subaudiendum *nos*; ut magna merces laborum noſtrorum dicatur, *ſi nullum opus nos fallat*, hoc eſt, ſi nullus naturæ effectus ſit nobis ignotus, omniúmque cauſas reddere poſſimus. Frequens eſt hoc ſenſu verbum *fallere*, cùm apud quoſvis bonos auctores, tum præſertim apud *Tacitum*, ut vel Index Freinshemianus docebit. Vide & locum *Horatii* allatum ad vſ. 263. *Gorallus.*

Ibidem. *Non multos cernere ſacros*] Hoc ſanè ne Sibylla quidem intelligat. Vetus Editio habet: *non multis cernere ſacros*, &c. Vide an legi poſſit: *non limis cernere ſacros Ætnæi mortis fremitus*, &c. Limis cernit, qui ſtupet novitate rei, neque audet recto vultu ἀντοφθαλμεῖν, ut loquuntur Græci. An legendum, *non mutos?* Contemplari fremitus non mutos Ætnæ, & eorum cauſas reddere. Puto hanc interpretationem meliorem eſſe. *Sacros fremitus*, & alibi *ſacros ignes*; magis ex admirantium perſona, quàm ex ſua; ut ſupra: *Sacra perurgentem captivi tollere cœli.* Vult ergo nos novitate rei non percelli, quod Græci eleganter dicunt ξενίζεσθαι. Quod bene expreſſit vetus Poëta:

*Dum ſtupet, ac novus eſt & adhuc non novit amorem.*

Hoc eſt, dum ξενίζεται τῷ ἔρωτι, ἐπὶ τῷ ἔρωτι· Hoc autem πάθος in ſapientem cadere negabant Stoïci: τὸν σοφὸν οὐδὲν θαυμάζειν τῶν δοκούντων παραδόξων, οἷον χαρώνεια, καὶ ἀμπώτεις, καὶ πηγὰς θερμῶν ὑδάτων, καὶ πυρὸς ἀναφυσήματα: *ſapientem quidquam admirari eorum, quæ inuſitata videntur, qualia Charonea, æſtus maris, fontes calidarum aquarum, & ignis emiſſiones.* Et illam Stoïcorum ſententiam habebat in animo ille, cùm ita ſcribebat

*Nil admirari prope res eſt una Numici*, &c.

Ætnæi montis tremitus, animúmque furentis,
Non subito pallere sono, nec credere subter
Cœlestes migrasse minas ad Tartara mundi;
Nosse quid impediat ventos, quid nutriat ignes,
Unde repente quies & multo fœdere pax sit;
Cur crescant animi penitus, seu fortè cavernæ
Introïtúsque ipsi fervent, seu terra minutis
Rara foraminibus in venas abstrahit auras.
  Planius hoc etiam, rigido quâ vertice surgit,

Il

## NOTÆ.

Item *Seneca* loquens de eadem re, de qua hic noster *Corn.Sev* *Nihil horum sine timore miramur; & cùm timendi causa sit, ne non est tanti, scire ne timeas?* Scaliger.

*Ibidem.* Non erat dubitandum quin legendum esset, quàm pr mè ad vulgatam lectionem, *mutos*; nam metu & admiratione mutescimus; si quid contingat terrificum, aut cujus rationem dere nequeamus. Apud *Lucretium*, Iphigenia mactanda. Lib. I.

*Muta metu terram genibus submissa petebat.*

Ad quem locum, plura exempla congessit *Dionys. Lambinus.* rallus.

277. *Non subito pallere sono*] Ne hunc quidem versum intelli qui eum tamquam planum & facilem prætererierunt. Sed faci errorem, seu mendum agnoscere ex illa membrana. Nam t sequentibus versiculis in suam sedem restitutis, & hinc exe videbis ita conjungendum esse versiculum hunc cum alio, qui p mus, post illos tres versus, succedit:

*Non subito pallere sono, non credere subter*
*Cœlestes migrasse minas ad tartara mundi.*

Jam nihil planius istâ lectione. Sed membrana jam nos defec utpote quæ tantùm habet usque ad *Plenáque de ccto*, &c. *Cœleste nas*, θεῶν μλῶν. Qui enim audiunt illos Ætnæ fremitus, s concipiunt in animis suis, aliquid humano majus ibi esse, &c. *liger.*

*Ibidem.* Nihil certius est, ut jam diximus, quàm quod hab vir summus. *Gerallus.*

278. *Ad Tartara mundi*] Hoc est, ad loca depressa & remo

I

fugiat; adeò ut rationem reddere possimus fremituum montis Ætnæ, nec si eum furentem audiamus subito sonitu terreamur, nec credamus non ampliùs è cœlo, sed sub terra è profundissimis locis, audiri Deorum cœlestium minas. Juvat etiam nosse quid coërceat ventos, quid ignes Ætnæos alat, 280 unde fiat ut ingenti eorum motui succedat subita quies, atque summa tranquillitas, deinde cur in imis partibus novi reparentur tumultus; sive in patentibus cavernis ipsóque earum introïtu denuò fervor creetur; sive terra, per tenues meatus novas auras in se se trahat. Pleniùs hoc in summo monte, quâ rupes adsurgunt, cer-

rarum. Sic *Hesiodus*, quem imitatur noster, habet τάρταρα γαίης. Vide *Joannem Clericum* ad *Theog. Hesiodi* vers. 119. *Gorallus.*

280. *Unde repente quies*, &c.] Totus hic locus ita legendus est:

*Unde repente quies, & multo fœdere pax sit;*
*Concrescant animi penitus; seu forte caverna,*
*Introïtusve ipsi servent: neu terra minutis*
*Rara foraminibus venosis abstrahat auras.*

Illud *concrescant animi*, *animos* etiam *ignis* infri dicet. Posset & utcumque legi, *cur crescant anima.* Sed & prior lectio defendi potest. *Scaliger.*

Ibid. *Multo fœdere pax sit*] Tametsi hìc nihil mutari volo, attamen libentiùs legerem, *& inito fœdere.* Verùm *multum fœdus* dici propriè potest multiplex fœdus, hoc est, multis legibus & pactionibus, promissisque constans; hìc verò tralaticio significatu magna tranquillitas. *Gorallus.*

281. *Cur crescant animi*] Ferri non potest *concrescant animi*, & sensus est apertus: *nosse cur animi crescant*, &c. hoc est, cur incendium, veluti exstinctum, iterum renovetur collecto denuo animo. Vide vs. 276. *Idem.*

282. *Fervent*] Sic lego pro *servent*, quod sensu caret. Ceterùm multò minùs abii à scriptura antiquarum Editionum, quàm *Scaliger*, qui multa mutavit, ut sensum conficeret huic loco minimè convenientem; nam pro *seu* bis legit *neu* & pro *ne venis*, habet *venosis.* Idem.

283. *In venas*] Sic lego pro *ne venis*, minimâ mutatione. Sensus ex interpretatione liquet. Vide vs. 98. *Idem.*

Illinc infestus, atque hinc obnoxius, intus
Undique diversas admittere cogitat auras;
At conjuratis addit concordia vires;
Sive introrsus agunt nubes & nubilus Auster;
Seu forsan flexere caput, tergóque feruntur.
Præcipiti delata sono premit unda, fugátque
Tor-

NOTÆ.

285. *Rigido quà vertice surgit*] Nimirum, mons; qui cùm undique ventis etiam contrariis perfletur, paratus est quasvis auras excipere, ex quocumque cardine cœli spirent. *Idem.*

286. *Illinc infestus*] *Infestus* & *obnoxius* opposita. Nam illud pugnax, hoc verò cedens. *Scaliger.* Nimirum, hinc admittens auram, illinc emittens, pro multitudine foraminum, resistit aut cedit vento. *Gorallus.*

287. *At conjuratis*] Sic lego pro *Et*, nam hunc versum superiori contraria habere satis liquet, cùm *diversa aura* & *conjurata*, hoc est, conjunctæ opponantur. *Conjuratos ventos* pariter dixit *Claudianus* in Panegyr. de III. Honorii Consulatu:

*O nimiùm dilecte Deo! cui fundit ab antris*
*Æolus armatas hyemes, cui militat æther,*
*Et conjurati veniunt ad classica venti!*

Idem.

288. *Nubilus Auster*] Vide ad vs. 169.

289. *Flexere caput*] Id est, seu retrò eunt. *Scaliger.*

Ibidem. *Tergóque feruntur*] Hoc est, terga vertunt, aut retrorsum recedunt, quà venerant. *Gorallus.*

290. *Præcipiti delata sono*] Veteres excusi, *delecta*, unde *dejecta*. Totus autem locus ita legendus est:

*Præcipiti dejecta sono premit unda, fugátque*
*Torrentes auras.*

Nam, ut ex sequentibus patet, nunc apparat disputationem, quâ vult probare ventum illum, qui ignem animat, excitari maris agitatione, quod egit secretos calles sub terra, id quod & *Aristoteles quoque* testatur, idque vocat διαυλωνίζειν· Δοκεῖ, inquit, διαυλωνίζειν ὑπὸ τὴν γῆν ἡ θάλασσα. Cùm igitur, ut est in Epitome *Trogi*, necesse sit ut Sicilia per fistulosos meatus multam vim subjecti æquoris excipiat, aquarum ille concursus raptum secum spiritum in imum fundum trahit, atque ibi suffocatum tamdiu tenet, donec per spiramenta terræ diffusus nutrimenta ignis incendat. *Claudianus:*

Sen

rnere licet; hinc enim mons rejicit ventos, inc verò admittit; interioráque sunt ita dispositut possint contrarias auras excipere, quarum onjunctarum majores sunt postea vires; sive eas ıbilus aër, austérque introrsum pellant; seu re-, aliqua de ratione, ipsæ ferantur. Aqua viıi maris per præcipites meatus delata eas fugat, &

*Seu mare sulfurei ductum per viscere montis*
*Oppressis ignescit aquis, & pondera librat*, &c.

m & Lucretius:

*Præterea magna ex parti, mare montis ad ejus*
*Radices frangit fluctus æstúmque resorbet,*
*Ex hoc usque mari spelunca montis ad altas*
*Perveniunt subter fauces. Hac ire fatendum est*
*Et penetrare mare, & penitus se cogier arcto,*
*Atque afflare foràs, ideóque extollere flammas*
*Saxáque subjectare & arena tollere nimbos.*

dit similitudinem ex organis hydraulicis, ut enim in illis agiio aquæ tubulos animabat: ita etiam hîc in Ætna motus aquæ subraneæ excitat spiritum, spiritus incendium. Hoc sanè qui in :eolano agro fuerunt sciunt verum esse. Nam in eo tumultus : & fremitus montis ardentis non alia ex causa fit, quàm ex aquæ :essum rimantis agitatione. *Seneca: ignem spiritus concitat; aqua, ventum detrahas, inertes sunt.* Scaliger.

*'bidem.* Omnia hæc optima, nisi quòd *delata* maluimus, cùm sit utraque Editione Veneta. In iis malè *una* legitur pro *unda*, sed sequente versu *Aldina* rectè habet *auras* pro *curas*, quod est in s. *Gorallus.*

*bidem.* In V.C. *delecta* legitur, quod illustrissimus *Jos. Scaliger lejecta* mutat. Mihi tamen illud *delecta* etiam probum videtur. .igere enim antiquitus pro dejicere usurpatum apud *Terentium* itur. *Plautus* quoque Asinariâ ea voce usus, Scenâ, *cur meretas:*

*Huic quod dem nusquam quidquam est,*
*Hinc me clam.ore ex ædibus delegit hujus mater.*

enim malo ex V.C. Florentino legere, quam, ut alii, *hinc me antem ejecit. Clamor* hîc convicium, ut & apud *Pacuvium: ubi ilme miserum qutanam clamore eliminat.* Sic etiam dicebant *eligere* ejicere. Lycon apud Rutilium Lupum: *Interea alium contume- extra januam electum vacillantem puer sustentat.* Nec puto men- um locum esse. *Lindenbruchius.* Ego verò ejusmodi archaïsmon, sine necessitate, amantem non fuisse politissimum vatem *Cornerum* puto. *Gorallus.*

 291. Ter-

Torrentes auras, pulsatáque corpora densat.
Nam veluti, resonante diu Tritone canoro,
Pellit opes collectus aquæ, victúsque movetur
Spiritus, & longas emugit buccina voces,
Carminéque irriguo magni cortina theatri
Im-

N O T Æ.

291. *Torrentes auras*] Aut calidas, aut rapidè motas; utrumque enim verbo *torrere* significatur. Utriusque exemplum suppeditabit *Virgilius*. *Torrentes* vocat ardentes Æneid. IX. 105.

*Per pice torrentes, atráque voragine ripas,*
*Annuit*, &c.

*Torrentia* verò rapida Eleg. VII, 52.

*Hìc tantum Borea curamus frigora, quantum*
*Aut numerum lupus, aut torrentia flumina ripas.*

Gorallus.

292. *Nam veluti sonant ore diu*] In antiquitus excusis, *sonitura diu*. Ego lego: *sonit aura*. *Sonere aures* dixit *Lucretius*. Non probo aliorum correctionem, *resonante diu Tritone*. Non dubium autem quin Tritonem ponat, inter Hydraulica, qui aquarum adsultu conceptâ aurâ voces ederet, ut buccina imò per buccinam, quam ori admotam gestabat, vocem ederet; & sanè similia habemus in Heronis Pneumaticis. In Theatris autem fuisse & in illis, quæ ἠχεῖα vocabant, poni solitum fuisse verisimile est. Ex hujus exemplo vult probare Ætnæ spiritus illos ex aqua intus agitata excitari. Quare fallitur multarum litterarum vir, qui simpliciter hìc tamquam de Tritone marino dictum accepit, non tamquam de organo hydraulico. Non enim advertit similitudinem, quâ hìc utitur Poëta. *Nam veluti sonit aura diu*. Subintelligo τὸ cùm, ut postea dicitur. Perinde ac si dixisset: *Nam veluti cum sonit aura*. Scaliger.

*Ibidem*. in antiquiore Editione Veneta, reverâ est *sonitura*, sed in Aldina *sonat ore*. Emendationem, quam repudiat *Scaliger*, optimam tamen esse puto; nec concoquo inutilem archaïsmum, quo admisso, ne constructio quidem satis constat, nisi suppleto *cùm*. Ceterùm acutè vidit agi de instrumento Hydraulico, cujus ope ex buccina Tritonis marmore aut metallo constantis sonitus erumpebat; nec hunc locum attentè legerat *Adrianus Turnebus*, quem hìc castigat *Scaliger*, cùm aliter censuit Adversar. Lib. II. cap. 21. *Govallus*.

293. *Pellit opes collectus aquæ*] Hoc est, vim aquæ, nam hæc est propria significatio vocis *opes*, quæ deinde divitias significavit. *Idem*.

Victúf-

& corpora in quæ incidit coarctat. Nam quemadmodum in Tritone, buccinam ore tenente, & diu resonante, aquam pellit, ac deinde ejus motu ac pondere victus recedit ventus, & per buccinam elapsus longas voces edit; 295 quibus cortinæ theatri fornix

*Victúsque movetur*] Sic profert hunc locum *Turnebus*, nam Editiones malè habent *movere*. Nimirum, aquam pellit spiritus, & aqua vicissim spiritum, qui tandem victus erumpit per foramina aperta, quale fuit os Tritonis buccinæ. Ad ejusmodi instrumenta respexit *Seneca* Quæst. Natur. Lib. II. Cap. VI. *Quu*, inquit, *sine intensione spiritûs cantus est? Cornua & tubæ, & ea quæ aquarum pressurâ* (sic enim legendum) *majorem sonitum reddunt, quàm qui ore reddi potest, nonne aëris intentione partes suas explicant?* Ubi vide *Joannem Opsopæum*, quem nequaquam laudatum exscribit more suo *Lib. Fromondus*. Gorallus.

295. *Carminéque irriguo*] Præter primam, hanc quoque addidit παραβολὴν, ex organis hydraulicis, quæ à pneusticis sic differunt, quòd pneustica nostra follibus ventum concipiunt, illa verò aquarum agitatione. Eleganter ea ita describit *Claudianus*, in eruditissimo carmine ad Manlium:

*Et qui magna levi detrudens murmura tactu*
*Innumeras voces segetis moderatur ahenæ,*
*Intonat erranti digito, penitúsque trabali*
*Vecte, laborantes in carmina concitat undas.*

Meminit & Servius ad illud: *Neptunus ventis implevit vela secundis. Physicè*, inquit, *loquutus est; motu enim aquæ ventus creatur, ut videmus in bombis organorum. Organarius* vocabatur qui Hydraulica tractabat. Sic enim in veteri Glossario: *Organarius*, ὑδραύλης. Sed obscura sunt ea, quæ de illis tradit *Vitruvius* Lib. X. &, ut ipse ait, non est facilis ratio, neque omnibus expedita ad intelligendum, præter eos, qui in his generibus habent exercitationem. Sed & pneustica organa nostra non ignota fuisse Veteribus, argumento erit doctum Epigramma *Juliani* Apostatæ, quod & dignissimum duximus, ut hîc non ibi tantùm legeretur.

Ἀλλοίην δονάκων ὁρόω φύσιν· ἦ που ἀπ' ἄλλης
Χαλκείης τάχα μᾶλλον ἀνεβλάστησαν ἀρούρης
Ἄγριοι; οὐδ' ἀνέμοισιν ὑφ' ἡμετέροις δονέονται,
Ἀλλ' ὑπὸ ταυρείης προθορὼν σπήλυγγος ἀήτης
Νέρθεν εὐτρήτων καλάμων ὑπὸ ῥίζαν ὁδεύει.
Καί τις ἀνὴρ ἀγέρωχος ἔχων θοὰ δάκτυλα χειρὸς
Ἵσταται ἀμφαφόων κανόνας συμφράδμονας αὐλῶν
Οἱ δ' ἁπαλὸν σκιρτῶντες ἀποθλίβουσιν ἀοιδήν.

Imparibus numerosa modis canit arte regentis,
Quæ tenuem impellens animam subremigat undam:
Haud aliter submota furens torrentibus aura
Pugnat

NOTÆ.

*Variam arundinum video naturam, an ex alio aere fortè magis germinarunt agro silvestres? neque spiritibus nostris agitantur, sed è bubulo erumpens folle ventus subter, sub radicem bene foratorum calamorum intrat. Quidam vero vir ferox, habens digitos manûs celeres, stat tangens canonas concordes tibiarum, hæ verò molliter cantantes exprimunt cantilenam.* Non absimile faciebant & cadi, quibus impactæ tibiæ erant. Quæ cùm ex quadam parte hominis spiritu animarentur, cantum edebant distinctum foraminum varietate; id quod in pneusticis fiebat, regularum motu, quas vulgò *marcas* dicimus. Ab eo *Pithaula* dicebantur eorum τεχνῖται. *Varro* ὄνος λύρας:

*Inflet priusquàm tibias in orchestra,*
*Domi sua Pithaula ramices rumpit.*

Item *Propertius* Lib. IV.

*Tibia Mygdoniis cantat eburna cadis.*

Qui locus *Propertii*, ita antiquitus excusus, postea ab audaci quodam interpolatus est. Et verisimile est nihil aliud voluisse *Senecam*, cùm hæc ex Metrodoro verteret: *quomodo in dolio cantantis vox per totum cum quadam discussione percurrit ac resonat, & tam leviter mota tamen circuit non sine tactu ejus, tumultúque quo inclusa est,* &c. Ascaules verò, quem utricularium Latinè dicimus, penè idem facit. Hoc tantùm differunt; iste instigans ventum conceptum exanimat utrem, ac veluti exprimit cubito, ut in Copa:

*Ad cubitum raucos excutiens calamos.*

Cujus generis sunt præstantissimi technitæ in agro Pictaviensi. Pithaula verò, cùm inspiratam in cado ligneo aut eburneo concepisset animam, per fistulam vocalem, foraminibus in ea dispositis, ita modulationes, &, ut *Gellius* loquitur, *frequentamenta* distinguebat. *Scaliger.*

*Ibidem*. Hæc omnia doctè, quamvis alieniora à *Cornelio* nostro. Cur *irriguum* carmen hoc vocet satis liquet, cùm nonnisi ope aquæ sonitus ille ederetur. Similem etiam loquutionem invenit *Scaliger*, apud *Manilium* Lib. III. vs. 4.

——— *Vestros extendere fines*
*Conor, & irriguos in carmina ducere cantus.*

Antea legebatur *ad indignos*, sed locum emendavit ex Gemblacensi codice, vúltque metaphoram esse ductam à fontibus & rivis, quos specu & incili per arva ducunt, tum locum hunc *Severi* profert. Crediderim sanè hac in re alterum alterius imitatorem fuisse, nam
&

nix undique resonat, arte ejus qui hydraulicum organum pulsat, & qui tenui impulso vento aquam agitat: sic aquæ magno impetu in cavitates Ætnæ irrumpentes

pentes

& alibi habent nonnullas loquutiones planè similes. Sic supra vs. 143. cùm dixerit Cornelius:

*Tu modo subtiles, animo duce, percipe curas,*

habet *Manilius* Lib. III.

*Nunc age subtili rem summam perspice curâ.*

Confer etiam initium ejusdem libri Maniliani, & hunc nostrum à vs. 9. ad aliquot sequentes. *Gorallus.*

Ibidem. *Magni cortina theatri*] Hoc est, tholus theatri. *Ennius:*

*Quaque freto cava cæruleo cortina receptat.*

*Scaliger.* Idem vir magnus, in conjectaneis ad Lib. VI. Varronis de Lingua Latina, unde hic *Ennii* versus depromtus, ostendit cortinam propriè dici lebetem; eàque vox frequens est eo sensu, apud *Plinium* in Hist. Naturali; de qua possis & Etymologicon *Ger. Joannis Vossii* consulere. Ex forma rotunda lebetis videtur dictus fornix, aut concameratum opus formæ haud absimilis; quale erat adytum Apollinis Delphici, unde Oracula edebantur. *Varro* loco memorato. *Cava cortina dicta, quod est inter terram & cælum ad similitudinem cortinæ Apollinis.* Videtur ergo intelligi ædificium concameratum post scenam, aut ei imminens, ex quo sonitus è Tritonis ore audiebatur. Ejusmodi erat Ω'δεῖον Athenis, quod sic describitur à *Plutarcho*, in Pericle p. 160. Τῇ μὲν ἐντὸς διαθέσει πολύεδρον καὶ πολύστυλον, τῇ δ' ἐρέψει περικλινὲς, καὶ κάταντες ἐκ μιᾶς κορυφῆς πεποιημένον, εἰκόνα λέγουσι γενέσθαι καὶ μίμημα τῆς βασιλέως σκηνῆς: *in interiore dispositione multa habet sedilia & multas columnas, tecto verò circumquaque convexum & acclive ex uno fastigio factum, imaginem ajunt fuisse & imitamentum regii tentorii.* Gorallus.

296. *Canit arte regentis*] Hoc est, resonat cantu, sonitúmque adauget, prout organum à Musico pulsatur. *Idem.*

297. *Subremigat*] Hoc est, occultè quasi remis quibusdam movet. *Virgilius* Æneid. X, 225.

*Quarum quæ fandi doctissima Cymodocea*
*Pone sequens dextrâ puppim tenet, ipsáque dorso*
*Eminet, ac lævâ tacitis subremigat undis.*

Idem.

298. *Submota furens torrentibus aura*] Lege *torrentibus auris*; *submota* subauditur *unda.* Alioqui satis obscurum locum puto fuisse iis, qui recentioribus editionibus præfecti fuerunt. *Scaliger.* Obscurus sanè esset, si, ut vult vir doctissimus, mutaretur; sed nihil habet obscuri, si relinquatur intactus, etenim aura torrentibus aquis in Ætnæ visceribus impulsa, & in angustum coacta furit, ut sibi viam aperiat. *Gorallus.*

302. Ut

Pugnat in angusto & magnùm commurmurat Ætna.
Credendum est etiam ventorum exsistere causas
Sub terris similes harum, quas cernimus extra;
Ut cùm densa cremant inter se corpora, turbâ
Elisa in vacuum fugiant, & proxima secum
Momina tota trahant, tutáque in sede resistant.
Quòd si fortè mihi quædam discordia tecum est,
Principiísque aliis credas consurgere ventos,
Non dubium rupes aliquas, penitúsque cavernas
Proruere ingenti sonitu; casúque propinquas
Diffu-

N O T Æ.

302. *Ut cum densa cremant inter se corpora*] *Cremant*, cremantur, ut *movet mare*, & *Catullus: tantùm abhorret ac mutat*. Eamdem similitudinem videtur æmulatus *Seneca*, ut & alia, cùm de eadem re tractaret. *Alii*, inquit, *in igne causam quidem esse, non ob hoc judicant, sed quia pluribus locis ardeat & proxima quaque consumat. Quæ si quando exesa ceciderint, tunc sequi motum earum partium, quæ subjectis adminiculis destituta labant, donec corruère, nullo occurrente, quod onus exciperet. Tunc chasmata, tunc hiatus vasti aperiuntur; aut cùm diu nutavere super ea se, quæ supersunt stántque, componunt. Hoc, apud nos quoque, videmus accidere, quoties incendio pars civitatis laborat, cùm exusta trabes sunt, aut corrupta, quæ superioribus firmamentum dabant; tunc diu agitata concidunt; & tamdiu differuntur, & incerta sunt, donec in solido resederunt.* Hæc *Seneca*, in quibus expressam penè iisdem verbis eamdem sententiam vides. Ad hanc rem facit, quòd quomodo Veteres partem corruptam in ædificio vitium facere dicebant: ita etiam cùm partes plures in ruinam proclives essent, convitium vocabant. Sic legitur, in quodam monumento nostræ Veronæ: CONVITIUM REFECERUNT VALVAS LIMEN DE SUA PECUNIA LARIBUS DANT. *Scaliger*.

*Ibidem*. Hæc postrema *Scaligeri* ad *Severum* nihil faciunt, & locus ille *Senecæ* pertinet ad causam motuum terræ, non ad causam venti, de qua loquitur noster, quamvis loquutiones nonnullæ sint utrobique similes. Vult *Severus* cùm varia corpora simul comburuntur, copiâ materiæ combustæ fieri ut multæ ejus partes divulsæ per vacua spatia ferantur rapiántque secum vicinas rupes, quarum motu subito
magnus

pentes impellunt aërem, qui in angustum spatium coactus repugnat, & magnos mugitus intra Ætnam excitat. 300 Credibile etiam est exoriri ventos in subterraneis specubus, eodem modo ac extra terram; ita ut cùm multa simul corpora uruntur, aliorum multitudine elisa nonnulla in vacuas speluncarum partes ferantur & proximas secum ruïnas agant, ferántque, donec locum in quo requiescere queant invenerint; quomodo ventus excitatur. 305 Quòd si fortè à me dissentis hac in re, ac putas aliunde oriri ventos; non potes tamen negare rupes & cavernarum fornices interdum magno sonitu corruere, eóque lapsu

magnus excitetur ventus. Sic *Plinius* de monte auri quærendi gratiâ subfosso & corruente Lib. XXXIII. cap. 4. *Mons fractus cadit ab se se longè, fragore qui concipi humanâ mente non possit, & flatu incredibili.* Idem fieri vult *Severus* intra Ætnam. *Gorallus.*

304. *Nomina tota*] Lege *momina.* Ita vocat proclives in ruinam partes & nutantia in se pondera. *Momen* propriè est ῥοπὴ in libra, seu bilance. *Scaliger.* Vide ad vs. 212.

306. *Principiisque aliis*] Pessimo facinore hunc locum interpolarunt correctores. At veteres Editiones rectè:

*Principiis quod ab his credas consurgere ventos*
*Non dubium rupes*, &c.

Est autem eadem loquutio supra, ut adnotavimus, & apud *Terentium*:

*Quod tibi nunc vir videatur esse, magnus nebulo est.*

Dixit à ventis ruinam excitari. At nunc occurrit objectioni, si quis fortè putat ex ruina ventos cieri. *Scaliger.*

*Ibidem.* Utraque tamen Veneta habet *aliis*, quod etiam postulat sensus, quem vir magnus non est adsequutus. *Gorallus.*

308. *Proruere ingenti sonitu*] Repone ex antiquitus excusis *provehere.* Provehi cavernas vi & impetu ventorum. Deinde:

——— *casúque propinquas*
*Diffugere impellique minas*;

Non *impellique animas. Minas* vocat quæ jam *momina*, hoc est, nutantes ruinas. *Scaliger.*

*Ibidem.* Cave ne ei credas, cùm pro egregio sensu, quem lectio vulgata parit, nobis hîc propinet ineptam ratiocinationem. Verum est antiquiorem Venetam Editionem habere hîc *provehere*, sed est ma-

Diffugere, impellique animas. Hinc cernere ventos
Haud humore etiam nebulas effundere largo,
Ut campis, agrisque solent, quos obruit amnis.
Vallibus exoriens caligat nubilus aër,
Flumina parva ferunt auras, vis proxima venti est;
Eminus adspirat fortis & verberat humor.

At-

## NOTÆ.

manifestum mendum. Si *Scaliger* id fortè invenisset in recentioribus editionibus, jussisset illico mutari in *prorumpere*, ne nihil dicendum haberet. At quævis lectio vetustiorum Editionum, aut etiam Codicum non satis est gravis ratio ut recentiora mutentur; cùm & Codices & Editiones illæ scateant mendis, quæ passim bene sunt à posterioribus editoribus correcta. Maneant ergo immota hîc, quæ bene posita erant. *Gorallus.*

309. *Hinc cernere ventos.*] Hinc licet cernere ventos esse causam ruinæ, non contrà. Hoc volebat probare, sed lacuna facta est. Quare statim post hæc asteriscus ponendus; quo inter hæc & sequentia verba labes facta esse notetur. *Scaliger.*

*Ibidem.* Nihil hîc deesse, nec sensum eum esse, quem putabat vir summus, interpretatio nostra, nisi fallimur ostendet. *Gorallus.*

310. *Haud humore etiam*, &c.] Legebatur *aut*, sed res ostendit legendum *haud*; vult enim Poëta ex nebulis non admodum densis sæpe ventos oriri. Non est quidem ventus, dum sunt nebulæ, sed reverà nebulæ aëris decursu abreptæ venti vehementiam augent. Sequitur hîc noster sententiam *Metrodori*, qui ventum esse censebat *ὑδατώδες ἀναθυμιάσεως ἔκκαυσιν*, *aquosi anhelitus æstum*; de qua vide *Petrum Gassendum* Physicæ Sect. III. Membri prioris Lib. 2. Cap. I. *Gorallus.*

311. *Ut campis agrisque solent*] Hoc tamen pernegat *Seneca* Quæst. Nat. Lib. V. c. 3. *Adjice nunc quod circa flumina & lacus frequens nebula est, arctatis conjunctisque corporibus, nec tamen ventus est.* Imò verò rarissimè talem nebulam brevi non sequitur ventus, vapores enim nimis densi quà magis cedit aër defluunt; & circa flumina ferè semper est tenuis ventus. *Seneca* aptior erat ad declamitandum de rebus Ethicis, quàm de Physicis. *Gorallus.*

*Ibid. Solent*] Scribe *solet*. Scaliger. Nihil opus est, nam verbum hoc refertur ad *nebulas*. Gorallus.

Ibid.

lapsu vicinum aërem impellere, ut quaquaversùm fugere necesse habeat. Eadem ratione videmus in aperto aëre ventos excitari ope nebularum, non usque adeò crassarum; quod fit in campis, quos fluvius innundavit. Etenim ex iis locis primùm caliginosa nebula exoritur, ex qua ventus deinceps nascitur. Quin & parva flumina secum semper auram aliquam deferunt. Nimirum, vapores è longinquo delati aërem verberant

Ibid. *Quos obruit amnis vallibus exoriens*] Intelligit χαράδραν. *Scaliger.* Fallitur, nam *vallibus exoriens*, non potest referri ad fluvium, qui non exoritur in vallibus, sed in editioribus locis, unde in valles defluit; verùm ad *humidum aërem*, hoc est, ad vapores. *Gorallus.*

312. *Caligat nubilus aër*] Hoc est, caliginem creat. Videtur imitatus *Virgilium*, qui ita habet Æneïd. II, 606.

*—— námque omnem, quæ nunc obducta tuenti*
*Mortales hebetat visus tibi, & humida circum*
*Caligat, nubem eripiam,*

Idem.

313. *Flumina parva ferunt auras*] Nam omnia flumina aquarum decursu vicinos etiam vapores & aërem rapiunt; aut vapores emittunt, qui pro ratione riparum huc aut illuc feruntur. Excipitur tamen Nilus, qui αὔρας ἀποπνεούσας μοῦνος πάντων ποταμῶν οὐ παρέχεται, ut habet *Herodotus* Lib. V. c. 19. hoc est, interprete *Plinio* H. N. Lib. V. c. 9. *unus omnium nullas exspirat auras.* Ad quem locum vide *Jac. Dalecampium* & *Joan. Harduinum* ejus Scriptoris Interpretes. Non quæremus verúmne sit necne quod de Nilo dicitur; sed ex eo liquet nihil præter communem sententiam hîc allatum à *Severo.* Gorallus.

Ibidem. *Vis proxima vento est.*] Lego *venti*, ubi enim flumina, ibi aura quædam proxima. Certum enim est ex fluminibus auras excitari. Cujus rei vel fidem fecerit ille, apud *Plutarchum*, in vitis, qui noctu ex recentis ventuli agitatione, suspicatus est non procul flumen abesse. *Scaliger.*

*Ibidem.* Respicit vir summus ad vitam M. Antonii, ubi Mardus, qui dux erat itineris Romano exercitui, ἐθάῤῥυνε τὸν Ἀντώνιον, ὡς ἐγγὺς ὄντος τοῦ ποταμοῦ, καὶ γὰρ αὔρα τις ἀποῤῥέουσα νοτερὰ καὶ ψυχρότερος ἀὴρ ἀπαντῶν ἡδίω τὴν ἀναπνοὴν ἐποίει: *animum addidit Antonio, vicino quippe flumine; etenim aura quadam effluens humida, & frigidior aër accurrens, suaviorem reddebat respirationem.* Vide & *Homerum* Odyss. E, 469.

Atque hæc in vacuo si tanta potentia eorum est,
Hoc plura efficiant intra, clausique necesse est.
His igitur causis extra, penitúsque coacti
Exagitant venti, pugnántque in faucibus, arctè
Pugnantes & suffocat intus, ut unda profundo
Terq; quatérq; exhausta graves ubi perbibit Euros;
Ingeminant fluctus & primos ultimus urget.
Haud secus adstrictus certamine tangitur ictu
Spiritus, involvénsque suo sibi pondere vires
Densa per ardentes exercet corpora venas,
Et quacumq; iter est properat, transitq; morantem,

Donec

## NOTÆ.

315. *Eorum est*] Hoc substitui, pro *rerum est*, quod caret sensu; cum sit manifestum sermonem hic esse de ventis. *Idem.*

316. *Efficiant infra*] Ita legendum est:

> *Efficiunt intra, clausique necesse est.*

Scaliger.

317. *His agitur causis extra penitúsque coactis*] Lege:

> *His igitur causis extra, penitúsque coacti*
> *Exagitant venti.*

Sic paullò pòst idem error: *ingeminat fluctus*, legendum, *ingeminant*. *Exhausta unda*, ἀναβροχθεῖσα, ἀναῤῥοιβδεῖ. Homerus de Scylla & Charybdi. *Idem.*

Ibid. *Extra, penitúsque*] Hoc est, cùm in externis, tum in penitioribus partibus; nam *penitus*, & *extra* opponuntur. *Manilius* Lib. IV. de cœlo penitiùs considerando:

> — *penitúsque Deus, non fronte notandus.*

Gorallus.

318. *Exagitant venti*] Sic antiquior Editio Veneta. Rectè, hoc est, *exagitant se*. Idem.

319. *Pugnantes suffocant*] Neque hoc intelligo, neque concinnus versus est. Ego puto legendum: *pugnantes sipho catit intus*. *Sifo*, seu *Sipho* est τύφων absorbens fluctus. Quod ex comparatione sequenti explicatur:

ınt atque impellunt. Quòd si in patente aëre tanta t vis ventorum, majorem habeant oportet, pluráue efficiant cavernis clausi. His igitur de causis cùm xtra terram, tum etiam intra commoventur ven- :, & in arctioribus faucibus pugnant & pugnantes ccedente aquâ suffocantur: quemadmodum in alto ıari, ubi undæ ventis aliquoties exagitatæ tuıent, fluctus summopere augentur, pelluntúrque riores sequentibus. Non absimiliter aër conrictus pulsúsque & pondere suo vires nactus xagitat densiora corpora, dum defluit per arentes Ætnæ meatus, & rapidè fertur quaumque via patet, ac morantes obices perfringit; donec

——— *ut unda profundo*
*Térque quatérque exhausta, graves ubi perbibit Euros.*

ùm dicit siphone quati ventos, significat ex absorptu illo stiıtionem ventorum fieri, ex qua motum illum καὶ σφυγμὸν ı partibus proclivibus, & ruinosis nasci. *Catit* pro *quatit*. Scager.

*Ibidem.* Multas doctas ac felices conjecturas maximi viri laudaviıus, & ambabus ulnis amplexi sumus; sed hæc audacior est, & ienior à loci sententia, quàm ut ferri queat. Minimâ mutatione :gimus: *pugnantes & suffocat intus*, cùm in Aldina sit *pugnantes suffcat & intus*. Transposuimus conjunctionem, ut staret versus, qui men paullò durior est, quòd cæsura careat. Sed non desunt ta- s, etiam in bonis Poëtis; nec major mutatio fieri potuit, sine odicum auctoritate. *Gerallus.*

*Ut unda*] Hoc est, unda suffocat ut Euros quos perbibit. *lem.*

322. *Adstrictus certamine*] Hoc est, certans cum aqua in loco ar- :o, ex quo elabi vix potest. *Idem.*

323. *Involvénsque suo sibi pondere vires*] Hoc est, colligens vires ıas in arctum & toto pondere suo urgens. *Idem.*

324. *Corpora venas*] Exoletæ editiones habent *nervos*. Quod di- :um, ut Græcorum ἶνες. Itaque lectionem illam mutare mihi :ligio est. *Scaliger.* Sic habet sanè antiquior Veneta, ut Aldina *ve- u*; quam sequuti sumus, quia sic solet vocare *Severus* meatus sub- :rraneos, per quos venti feruntur; non *nervos*, quæ appellatio ıinùs esset commoda. *Gerallus.*

325. *Transitque morantem*] Nimirum, materiam. *Idem.*

 326. Con-

Donec confluvio resolutis æstibus, omnis
Exsilit, atque furens totâ vomit igneus Ætnâ.
Quòd si fortè putas iisdem decurrere ventos
Faucibus, atque iisdem pulsos remeare, notandas
Res oculis locus ipse dabit, cogétque negare.
Quamvis cæruleo siccus Jove frigeat æther,
Purpureóque rubens surgat jubar aureus ostro,

Il-

## N O T Æ.

326. *Confluvio revolutis æstibus*] Veteres editiones *revolvens*, sed mendosè, pro *devolvens*. Lege totum locum, *confluviis devolvens æstibus*, ut dicat *æstus confluvios*. Devolvens ἀρχαϊκῶς dictum, ut *volventibus annis*, *volventia plostra*. Est autem hîc τὸ *devolvens* κατωφερὴς, vel, ut Poëtæ dicunt, προαλής. Quod Latinis Poëtis est *prapes*; ut *Ennius* dixit *prapete portu*, ad Græcorum exemplum, quibus est προσαλὲς πεδίον, & Poëta vetus ἀνώνυμος.

——— *magnus cui prapete mento*
*Perfluit Oceanus.*

*Prapes mentum*, unde nimis facilè labant aquæ. Et Ennius:

*Prapetibus hilares se se polchreisque loceis dant.*

*Prapetia loca* dixit, ad quæ facilis adlapsus esset. Est autem vox omnino Græca προπετὴς, facilè pronum ad labendum. *Scaliger.* Hæc omnia præter rem; quasi quòd Poëtam suum explicare non posset, id eruditâ digressione pensare deberet. Cùm utraque Editio Veneta habeat *revolutis*, legimus *resolutis*. *Confluvio resolvi æstus* Poëta dicit, ad significandum æstuantem materiam totam resolvi in liquorem postquàm confluxit in unum locum, aucto, nimirum, communi motu. *Gorallus.*

327. *Exsilit*, &c.] Hunc amnem descripsimus ex *Strabone* ad vs. 201.

328. *Quod si fortè putas*, &c.] Dixerat jam dudum causas incendii non in superficie montis esse, sed in fundo. Cui consequens & ἀκόλουθον nunc addit Ætnam non agitari ab externo vento, sed suo ex aquarum intestinis colluctationibus excitato. Idque probat ex caligine, quæ semper ultra Ætnæum apicem cernitur. Nam cùm residet æstus, tunc nubes agitatur ad perpendiculum. Nam si ita esset, necesse erat librari ab æstu montis. Atqui illa quà ventus cumque impellit fertur, cùm tamen Ætna non æstuat. Idem & *Seneca* attigit loco, quem supra attigimus. *Scaliger.*

*Ibidem.* Locus *Senecæ* exstat Quæst. Nat. Lib. V. c. 9. Sed in eo

de

c æstu liquefacta & conjuncta montis materia, instar erumpat, & per montem torrentes fluevomat. Quod si fortasse crederes ventos Ætcavernas subire per easdem fauces, per quas punt; videre poteris 330 ex re ipsa ea, quibus ntrariam sententiam adducêris. Quamvis sumit aëris serenitas, & sol summo splendore fulgeat.

nube nihil mihi occurrit. Itaque vir magnus, more illius iasi supercilio Critico indignum fuisset designare librum & caiegligenter testem *Senecam* citavit. In ceteris nexum oratioeri non feliciùs evolvit. *Gorallus.*

. *Atque iisdem pulsis*] Repono *pulsos*, quod & confirmatur ribus Editionibus. Pudet me in tam minutis immorari. Sed cias, ubi in recentioribus editionibus nihilo correctior lectio atur? *Scaliger.*

. *Caruleo siccus Jove*] Alii, putà antiquitus excusi, habent *sic. caruleum* pro sudo & sereno, ita & alibi loquitur.

— *cum sicco frigida monti Desidia est* —

*Cesennius Getulicus:*

*Non illic aries verno ferit aëra cornu,*
*Cnossia nec Geminos pracedunt cornua Tauri,*
*Sicca Lycaonius resupinat plostra Bootes.*

uam intelligat Britanniam sudo & sereno aëre esse, propter nam glaciem. Quod tamen secus se habere experientia doos. Eos versus *Getulici*, apud *Servium*, corruptos emenda. *Scaliger.*

'*em.* Aldina habet *Jove*, quod sine dubio melius est, quàm iod caret sensu, nec ferri ullo modo potest. Versus nostri, profert *Scaliger* est 376. sed aliter eum ipse legit. Non opus endere *Jovem* dici *aërem*, nemo enim hoc nescit. Quis enim git in Od. I. Lib. I. Horatii

——— *manet sub Jove frigido*
*Venator*;

iumera talia apud Poëtas? *Gorallus.*

:. *Jubar aureus*] *Priscianus* Lib. V. col. 658. Ed. Putschianæ: *quoque tam masculinum, quàm neutrum proferebant. Ennius in 'ibus:*

Interea fugit albu' jubar Hyperioni' cursum

*in Epithalamio:*

Hesperium ante jubar quatiens ———

*n masculinum, vel femininum*, jubarem *dixisset quatiens.* Go-

Illinc obſcurâ ſemper caligine nubes
Pigraque defuſo circumſtupet humida vultu.
Proſpectat ſublimis opus, vaſtóſque receſſus,
Non illam fugat Ætna, nec ullo intercipit æſtu;
Obſequitur quacumque jubet levis aura, reditque.
Placantéſque etiam cœleſtia Numina thure
Summo cerne jugo, vel quâ liberrimus Ætna
Improſpectus hiat; tantarum ſemina rerum

## N O T Æ.

333. *Illinc obſcura*] De hac ita *Ariſtoteles* loquens de mon ardentibus; Τὸ δ' αὐτὸ αἴτιον καὶ τοῦ εἰωθότος ἐνίοτε γίνεσθαι σημείου περὶ τοὺς σεισμούς. ἢ γὰρ μεθ' ἡμέραν, ἢ μικρὸν μετὰ δυσ αἰθρίας οὔσης, νεφέλιον λεπτὸν φαίνεται διατεῖνον. καὶ μακρὸν γραμμῆς μήκει εὐθύτητι ἀπηκριβωμένον, τοῦ πνεύματος ἀπ ραινομένου διὰ τὴν μετάστασιν: *Hac eadem etiam eſt cauſa & quod conſuevit interdum fieri, ante terræ motus. Vel enim interdiu paullo poſt occaſum, cœlo ſereno, tenuis nubecula apparet, exten longa, quaſi linea recta longitudine; nimirum, langueſcente ſp propter migrationem.* Meteorolog. Lib. II. cap. 8. Scripſit & quoſdam auſos adſcendere ſummum cacumen, ac retuliſſe, alia, quæ reperiſſent, fuiſſe μέσον βουνὸν τεφρώδη τὴν χρόαν, τὸ τοῦ βουνοῦ νέφος ὄρθιον διανεστηκὸς εἰς ὕψος ὅσον διακοσίων ἠρεμοῦν, εἰκάζειν δὲ καπνῷ: *medium collem cinereum colorem — pra verò collem nubem erectam ſtetiſſe, in altum ad* CC *pedes ſe eſ tem quieviſſe, & ſimilem eſſe fumo.* Lib. VI. pag. 189. Ed. Ger go in ſequentibus legendum *circumſtrepit*, non *circumſtrepat.* cur in *circumſtupet* mutarit Antuerpienſis editio, cauſam non cio. *Scaliger.*

*Ibidem.* Atqui oſtendit vir doctiſſimus cur *circumſtupet* lege ſit, verbis *Strabonis*; nam *circumſtupet* perinde eſt ac ἠρεμεῖ eſt, *quieſcit.* Præterea quis audivit aëre tranquillo *circumſtrepe* bem? Nam & *Strabo* poſt vocem ἠρεμοῦν, addit, cùm eju nubes cernitur εἶναι νηνεμίαν, quod omiſit *Scaliger.* Vide vi Mirum eſt eum ex præmiſſis planè contraria *Strabonis* menti giſſe. *Gerallus.*

336. *Nam illam fugat Ætna*] Sic edidimus cùm abſurdè l tur *non illam videt*, quod eſt naturæ rei & teſtimonio ipſiu tæ contrarium. Nam ſi nubes illa *ſublimis proſpectat opus*,

, fupra Ætnam femper eft obfcura nubes, illic humida atque immota manet. Ex al- eluti defpicit quid fiat in montis cavernis. ı nullo calore eam fugat, aut abforbet; fed ıurâ huc illuc vecta, poftea eò femper redit. etiam potes videre thure Numinibus facra ıtes, in fummo Ætnæ jugo, etiam in eo lo- quo crateres aperti, nec temerè profpi- i hiant; fi modò caufam tantarum rerum flam-

.tna viciffim videt; & *Cornelius* nofter eam femper eò redire cùm ventus cecidit. Fortè ex FUGAT factum eft VU- , mifcente fimiles fonos Librario, unde natum VI- Vide *Prifcianum* Lib. I. ubi agit de numero litterarum.

*Placantes etiam*] Cùm refedit tempeftas Ætnæ, incolas ad ım montis culmen adfcendiffe proditum à *Strabone*, quem citavi, loco. Etiam rem divinam facere folitos addit hic *veterus*. Nam fi nihil inteftinum, inquit, irritet flammas, nt femina tantarum rerum & ftupeat profundum; fæpe in jugo videas incolas rem divinam facere, vel ufque ad ipfos s, καὶ τὸ λεγόμενον ῥύακα. *Scaliger.*

*In profpectus hiat*] Hoc denotat altitudinem, ad quam pro- hominum pervenire non poteft. *Idem.*

*m.* Falfum eft profpectum hominum ad fummum cacumen ire non poffe, præfertim fi eò adfcenderint, ut docet Poëta & m *Scaliger*. Nec tam altus eft Ætna, ut fumma ejus juga pro- : fubjectis campis nequeant. Itaque intelligenda hæc verba is craterum qui funt in fummo monte, nec è fuperiore loco i funt. Liquet hoc ex verbo *hiat*, fed rem confirmabit *Stra-* o antea laudato Οἱ δὲ οὖν νεωστὶ ἀναβάντες διηγοῦντο ἡμῖν καταλάβοιεν ἄνω πεδίον ὁμαλὸν ὅσον εἴκοσι σταδίων τὴν περί- , κλειόμενον ὀφρύϊ τεφρώδει, τειχίου τὸ ὕψος ἐχούσῃ, ὥστε ἐξάλλεσθαι δέον εἰς τὸ πεδίον προσελθεῖν βουλομένους: *Qui nu- nam confcenderunt narravere nobis in fummo fe inveniffe campum em, ambitu circiter* XX *ftadiorum, inclufum fupercilio cinerofo uri haberet altitudinem; ita ut defiliendum effet, progredi in cam- lentibus.* Tum fubjicit quæ laudavit *Scaliger*, deinde hæc tur: Δύο δὲ τολμήσαντας προελθεῖν, εἰς τὸ πεδίον, ἐπεὶ δὲ ίρας ἐπέβαινον τῆς ψάμμου καὶ βαθυτέρας ἀναστρέψαι μηδὲν περιττότερον φράζειν τῶν φαινομένων τοῖς πόρρωθεν ἀφορῶ- *duos ex illis aufos in campum progredi, cùm in calidiore ac pro- arena veftigia pofuiffent, revertiffe; neque quidquam amplius*

Si nihil irritet flammas, stupeátque profundum
Hinc igitur quæris torrens vi spiritus ille,
Qui rupes, terrámque vorat, qui fulminat ignes,
Cur egit vires & præceps flexit habenas;
Præsertim ipsa suo declivia pondere numquam
Corpora deripiat, validóque absolverit arcu.
Quòd nisi fallor, adest species: tantúsque ruïnis
In

## NOTÆ.

*iis, quæ eminus conspiciebantur, habuisse quod narrarent.* Hæc pars montis, quà *imprespectus hiat*, quoniam eorum hiatuum, sive c terum interiores partes ne prospicere quidem licet, nedum ut ac ri possint. *Gorallus.*

340. *Tantarum semina rerum*] Hoc est, causas tantarum rerum Significatum vocis & rationem significatûs aperit *Cicero* Philip. cap. 22. hisce verbis: *Ut in seminibus est causa arborum & stirpium sic hujus luctuosissimi belli semen tu fuisti.* M. Antonium alloquitu Ad quem locum vide Interpretes, qui ostendunt simili metaph ra priorem usum *Demosthenem*. Sic quoque loquutus *Ælianus* V Hist. Lib. II. cap. 13. de Nebulis, quibus Socrati creatum est e tium. Καὶ ταῦτα ἦν τῆς κωμῳδίας ἦν αὐτῷ τὰ αἰνίγματα: *Et i fuerunt illi causa Comœdia.* Idem.

341. *Stupeátque profundum*] Ἐὰν ἠρεμεῖ τὰ κάτω. Quia non v externo vento agitari. Quod & divinus vir non ignoravit, ci cecinit: *fundóque exæstuat imo.* Scaliger. Quid hæc ad rem? Sat erat notare videri hanc propriam esse significationem verbi *stup* quod deducendum censuerim à στύφω, *adstringo*, *condenso*, q densa & adstricta quiescunt facilius, quàm liquidiora. Nam aqua *stupere* dicitur, quæ non movetur. *Martialis* Lib. IX. Ep CII.

*Multùm, crede mihi, refert à fonte bibatur*
*Qui fluit, an pigro, qua stupet unda, lacu.*

Deinde id verbum ad affectiones animi & corporis translatum, qu bus animus segnis, corpus verò fit immotum. *Gorallus.*

342. *Huic igitur credis torrens ut spiritus.*] Valde corruptus loc quem ita legendum esse nullo modo dubito:

*Hinc igitur quæris torrens vi spiritus ille,*
*Qui rupes, terrásque vorat, qui fulminat ignes,*
*Cur exit vires & præceps flexit habenas:*

Te

nas nihil accendat, quiescántque montis vi- Quæres cur ventus ille tantâ vi ardens, npes & terram absorbet, & fulmina è monte t, viribus veluti coërcitis, fornicès, pon- suo in declivia sponte tendentes, numquam ofundiores cavernas deripiat, eorúmque ar- dissolvat. Sed verisimilis ejus rei ratio hæc potest; nimirum, tantâ celeritate flamma ruit,

vi correximus. Sic loquitur *Virgilius* sæpenumero: *volat lus axis*. Porrò adstruit argumentum à levitate. *Scaliger*.

*Cur egit vires*] Repono lectionem veterum Editionum: *cur s*. Sæpe Veteres ita loquuntur, ut apud Statium: *exire vi- guine*; apud Solinum: *exire hominem*; apud Lucretium:

*Profluvium porrò, qui tetri sanguinis acre*
*Exierat.*

v. Verum est ita habere, ut dicit *Scaliger*, editionem Ve- antiquiorem. Sed præfero *egit* Aldinæ & aliarum, hoc sen- *retro egit vires*; quem sensum esse hujus loci ostendunt ver- entia, & tota series orationis. Is autem sensus non inve- n loquutione *exire vires*, quæ est perinde ac supergredi vi- m sermo sit de viribus coërcitis, non auctis. *Gorallus*.

m. *Et præceps flexit habenas*] Eleganter, ut supra:

*Seu forsan flexere caput tergóque feruntur.*

a vulgò loquimur hodiéque in Gallia. Metaphora à re eque- περύμναν κρούσασθαι, à re navali. *Scaliger*.

*Præsertim ipsa suo*] Repetendum *cur* è superioribus. *Go-*

*Declivia pondere*] Hoc est, quæ solo suo pondere versùs de- pelluntur; nimirum, fornices cavernarum. *Idem*.

*Corpora diripiant*] Lege:

*Corpora diripiat, validóque absolverit arcu.*

vernosa non diruat & pessumdet & dissolvat à suo arcu, fornice. Nam suspensum quasi fornicibus solum, sæpe xit, id est, cavernosum. *Scaliger*. Edidimus *deripiat* propter n allatam ad vs. 124.

*Quòd nisi fallor, adest species*] Videtur hoc velle, se specio- u verisimilem ejus rei rationem proferre posse. Sed sanús- ic locus, dubito. *Gorallus*.

Gramina, nam tenuis plantis honor exit iisden

## NOTÆ.

348. *Attentos oculorum transfugit ictus*] *Oculorum ictus* i dixit ὀφθαλμῶν βολὰς, vel, ut D. Paulus, τὰς ῥιπάς. *S*

349. *Nec levitas tantos igitur*] Corruptus locus, legend

*Hæc levitas. tanta est. igitur ferit aura movétque.*

Ut sit Epiphonema, cum conclusione, vel Epilogo. *Scal*

350. *Sparsa liquore manus*] Jamdudum occurrebat inte quare ille ignis, & spiritus, cùm adeò rapidus sit, non tur suspensos fornices & saxa declivia. Id ille ait quomini caussa esse miram rapiditatem & torrentem impetum. I ille spiritus incidit in rectos canales, & nihil obvium hal ut *Seneca* loquitur, sufflaminetur, ac interpelletur; tu liberrimum cursum tanto impetu fertur, ut ipsam etiam attentam aciem fallat. Addit comparationem à face lustr Sacerdos in lustrationibus facem quatit, tantus inde excita ut ex eo repercutiantur ora & corpora nostra. Tamen n runtur sata, quæ proximè admota fax lambit, dum agitatu cinis ex altari rapitur. Genus lustrationis, quod intelligit, describit *Claudianus* VI. Consulatu Honorii:

*Lustralem sic triste facem, cui lumen odorum*

ruit, ut motum ejus vix possemus animadvertere, si intima montis introspicere liceret; tanta ejus est levitas! Similiter sine noxa aurâ ignis afflamur & movemur, cùm Sacerdotis nos lustrantis abluta priùs aquâ lustrali manus sacris tædis nos attingit. Os tamen nostrum sæpe flamma verberat, membráque nostra incursat; quæ tenera licèt sint, vim flammæ ferunt. Quin & in aris vicinum cinerem, stipulásque & arida gramina sæpe non absumit flamma, nec proximarum ar-

Ab illa autem agitatione, quæ fiebat in orbem, manavit verbum *circumferre*:

*—— ter socios purâ circumtulit undâ.*

Nam priùs abluebant *rore pio*, hoc est, expiatorio; quod Græci vocant χερνίπτεσθαι. *Aristophanes* εἰρήνῃ: αὐτός τε χερνίπτου παραδοὺς ταύτην ἐμοὶ, ταύτην, hoc est, τὴν δᾶδα, *facem*. Scaliger.

*Ibidem*. Hæc omnia, prout decebat *Scaligerum*, hoc est, doctissimè & acutissimè congesta sunt. Vide *Aristophanis* Pacem pag. 696. Ed. majoris Genevensis, ubi lege quæ habet *Q. Sept. Florens Christianus*. Adde & quæ collegit *Joan. Lomeierus* de lustrationibus per ignem Capp. XIX. & XX. Operis de Lustrationibus. *Gorallus*.

Ibid. *Sacros uti ventilat ignes*] Sic edidi, cùm esset *ubi*; nam hîc est comparatio, quæ alioqui vix constaret. *Idem*.

351. *Verberat ore*] Lege *ora*. Repercutit ora nostra, & cogit incursare corpora eorum, ad quos accidit facis agitatæ aura. Hoc sanè quotidiè experimur verum esse, in pueris à pedibus, qui noctu faces allucent heris suis. Cùm enim languens lumen rotatione facis recreant, tantùm auræ excitant ut circumstantium corpora trepidare faciant, nihil autem proximum urant, id enim non sinit celer & rapida agitatio. Quare & *Seneca*, cùm multa alia ex hoc Poëmate desumsisset, non abstinuit hac comparatione: *Fax*, inquit, *exagitata ignes restituit, immota torpescit*. Scaliger.

Ibid. *Pulsatáque corpora nostra*] Hoc est, ut flammâ lustrali pulsata corpora non uruntur, quia celeriter trajicitur flamma. Hinc monitum *Ovidii* lustraturum corpus igne alloquentis Fast. IV. vs. 781.

*Móxque per ardentes stipulæ crepitantis acervos*
*Trajicias celeri strenua membra pede.*

Gorallus.

354. *Plantis humor*] Lege, *honor*; τὰ γήρεια καὶ ἐπανθέματα, florem intelligit, aut folia. Tale illud: *silvis decussit honorem*. Scaliger.

Surgit odoratis sublimis fumus ab aris;
Tanta quies illi est, & fax innoxia rapti.
Sive peregrinis igitur, propriisve potentes
Conjurant animæ causis; ille impetus ignis.
Et montis partes atrâ subvertit arenâ,
Vastáque concursu trepidantia saxa fragoris,
Ardentésque simul flammas & fulmina rumpit.
Haud aliter quàm cùm prono jacuere sub Austro,

Aut

NOTÆ.

355. *Surgit adoratis*] Meliùs, *odoratis*, propter thuris incensum. Altera probatio. Ignis ararum, tametsi liberrimè sursum effertur, tamen innoxius est, neque proximas arborum frondes adurit. *Idem.*

356. *Et pax innoxia parti*] Scribe, ut & nonnulli codices habent, *rapti*; tanta est illi pax, innocens rapinæ. Magis placet *fax*, ut & nonnulli habent. *Idem.*

357. *Sive peregrinis agitur, propriisque*] Scribe:

*Sive peregrinis igitur, propriisve potentes*
*Conjurant animæ causis* ——

Est concessio συγχώρησις. ἀλλ' εἶεν. Ut ut habet ille spiritus, sive ab ipso fundo Ætnæ, sive à peregrinis causis aliunde excitetur; certum est ex violentia ac impetu spiritûs inter se collidi saxa, & postea ignes excudere: ut in silvis, inquit, evenire solet. Nam arboribus inter se ventorum vi colluctantibus, ex gravissimo illo flictu sæpe ignes exprimuntur. Id quod postea exemplis confirmabit. *Idem.*

358. *Conjurant animæ causis*] Sic supra 289. *Et conjuratis addit concordia vires.* Gorallus.

Ibid. *Ille impetus ignis.*] Interpunge post *ignis*. Illa, inquit, est vis ignis, unde, unde erumpit. *Scaliger.* Hoc est, ex anima seu vento oritur tantus ignis impetus. *Gorallus.*

359. *Et montis partes atras*] Scribe *atra*. *Atrâ arenâ.* Infra:

—— *atque atra sonant examina arena.*

Scaliger.

360. *Concursu fragoris*] Hoc est, ignis hinc atque hinc, non sine [illegible]enti fragore, concurrentis. *Gorallus.*

[illegible]. *Fulmina rumpant*] Edidimus *rumpit*, nam hoc refertur ad [illegible]petum ignis. Sic *Virgilius* de Ætna Lib. Æneid. III, 572.

In-

arborum folia adurit. Rectà tantùm adſcendit thuris fumus unà cum flamma, quæ uſque adeò quieſcit, ut vicini nihil corripiat. Igitur ſive externæ auræ, ſive internæ conſpirent in monte Ætna; ex iis totus impetus ignis oritur. Vento actus atram arenam ex imis ſpecubus eructat, & ingentia ſaxa concurſu flammarum magno ſonitu abrepta, quæ fulminis inſtar per crateres erumpunt. Sic idem ventus cùm agitat vehementiùs ſilvas, earum ramos ita

*Interdúmque atram prorumpit ad æthera nubem.*

Ubi *Servius: Id eſt, evomit & fundit, & eſt nova loquutio; nec enim poſſumus dicere prorumpo illam rem: Potuit enim rectè nubes prorumpit.* Sed verbum *rumpo* ejúſque compoſita ſæpe in ea conſtructione ac poteſtate legi oſtendit *Ger. Joan. Voſſius* Ariſtarchi Lib. V. cap. 4. *Gorallus.*

562. *Haud aliter*, &c.] Hoc *Lucretius* antè dixerat, ut Lib. I.

*At ſæpe in magnis fit montibus, inquit, ut altis*
*Arboribus vicina cacumina ſumma ferantur,*
*Inter ſe validis facere id cogentibus Auſtris,*
*Donec fulſerunt flammæ fulgore coorto.*

Item Lib. V.

*Et ramoſa tamen, cùm ventis pulſa vacillans*
*Æſtuat in ramos incumbens arboris arbos.*
*Exprimitur validis extritus viribus ignis.*
*Et micat interdum flammaï fervidus ardor,*
*Mutua dum inter ſe rami ſtirpéſque teruntur.*

Thucydides: Ἤδη γὰρ ἐν ὄρεσιν ὕλη τριφθεῖσα ὑπ' ἀνέμων πρὸς αὑτὴν ἀπὸ ταυτομάτου πῦρ, καὶ φλόγα ἀπ' αὐτοῦ ἀνῆκε: *jam enim in montibus ſilva à ventis in ſe contrita ſponte ſuâ ex ſe ignem & flammam ſurſum extulit.* Lib. II. Ejuſdem notæ quod ait *Plinius: Teritur lignum ligno, ignemque concipit attritu, excipiente materiâ aridi fomitis.* Hiſt. Nat. Lib. XVI. cap. 40. Ejus rei inventum Mercurio attribuitur, in hymno ad eum:

Σὺν δ' ἐχόρει ξύλα πολλὰ, πυρὸς δ' ἐπεμαίετο τέχναν.
Δάφνης ἀγλαὸν ὄζον ἑλὼν ἐπέλεψε σιδήρῳ
Ἄρμενον ἐν παλάμῃ, ἀνὰ δ' ἄμπνυτο θερμὸς ἀΰτμην.
Ἑρμῆς τοὶ πράτιστα πυρήια, πῦρ τ' ἀνέδωκε.

*Conferebat in unum multa ligna, igniſque inquirebat artem. Lauri ſplendentem ramum cùm ſumſiſſet, decorticavit ferro, aptum factum manui, circum autem ſpirabat calidus vapor. Mercurius ſanè primùm Pyreia & ignem protulit.* Eodem modo Veſtales Virgines Sacrum ignem exſtin-

Aut Aquilone fremunt silvæ, dant brachia nodo
Implicitæ, hac serpunt junctis incendia ramis.
Nec te decipiant stolidi mendacia vulgi,
Exhaustos cessare sinus; dare tempora rursus
Ut reparent vires, repetántque in prælia victi.
Pelle nefas animo, mendacémque exue famam,
Non est divinis tam sordida rebus egestas.
Nec parvas mendicat opes, nec corrogat auras.
Præ'to sunt operi ventorum examina semper.
Causa latet, quæ rumpat iter, cogátque morari.

Sæ-

NOTÆ.

stinctum reparabant. Festus: *Ignis Vestæ si quando interstinctus esset, Virgines verberibus afficiebantur à Pontifice. Quibus mos erat tabulam felicis materiæ tamdiu terebrare, quoúsque conceptum ignem cribro aneo virgo in ædem ferret.* Quamquam corrigendum locum illum puto: *quibus mos erat clabulam felicis materiæ tam diu terere*, &c. Nam atteritur lignum ligno, quî inde excudatur ignis. Quid sit *clabula*, vel *clavola*, non ignorant qui auctores Rei Rusticæ legerunt. Est autem Græcis σκύταλον, ἀπὸ κορύνης à *clava*. Cato *mateolam* vocat. Poterat & legi *taleam*. Sed prior emendatio mutanda non est. *Scaliger.*

364. *Hac serpunt*] Lege, *& serpunt.* Tamen, ut verum fatear, non puto eam esse lectionem legitimam, sed conflatam fuisse ex hac vitiosa scribendi consuetudine *ecsculpunt*, hoc est, ἐκθλίβουσι, *excudunt, extundunt.*

*Ut varias usus meditando extunderet artes. Scaliger.*

365. *Stolidi mendacia vulgi*] Hîc jam Poëtam noster, non Philosophum, agit. Vulgus enim stolidum, versuum elegantiâ deceptum, potuit credere materiam incendiorum, post maximas emissas flammas, non esse imminutam; non Philosophi, qui omnia hîc esse mechanica, nihil divinâ curâ fieri putant. Audi *Senecam* Epist. LXXIX. *In honorem meum Ætnam conscendas, quam consumi & sensim subsidere ex hoc colligunt quod aliquantò longiùs navigantibus solebat ostendi. Potest hoc accidere, non quia montis altitudo desedit, sed quia ignis evanuit & minùs vehemens ac largus effertur, ob eamdem causam fumo quoque per diem segniore. Neutrum autem incredibile*

*est*,

ita implicat, ut veluti innodati se se invicem teneant, serpátque illac in junctas frondes incendium. Cave autem ne vulgi opinionibus fallaris, quibus existimantur subinde exhaustæ cavernæ nullos ignes emittere; & tempore interposito iterum reparari materiam, & pugnam ventorum, igniúmque cum monte instaurari. Animo abjice falsas ejusmodi ac nefarias conjecturas, neque enim divinitus excitato incendio materia umquam deest. Ætna minimè hinc illinc exiguas vires, aut auras colligit; semper enim præsto illi sunt venti, parati mirabiles illos effectus edere. Sed nota satis non est causa, quæ vias intercludit, moratúrque co-

*est; nec montem, qui devoretur quotidie, minui, nec ignem non manere eumdem; qui non ipse ex se est, sed in aliqua inferna valle conceptus exæstuat, & alibi pascitur, in ipso monte non alimentum habet, sed viam.* Gorallus.

367. *Ut rapiant vires*] Malo, *ut reparent*. Scaliger.

368. *Pelle nefas*] *Nefas τὸ ἀδύνατον.* Horatius: *Quidquid corrigere est nefas.* Græcis ἀθέμιτον sæpe est, ἀδύνατον, ut *Euripidi*, οὐ θέμις, & *Plutarchus* in Paulo: θεμιτὸν οὐκ ἔστι μὴ βάλλοντα κατευστοχεῖν. Idem.

*Ibidem.* Malim *nefas* solito significatu hîc accipere, ita ut velit Poëta nefarias cogitationes de rebus divinis animo pellendas. Sequens versus rem ita capiendam ostendit. *Gorallus.*

370. *Nec parvas mendicat opes*] Meliùs antiquæ editiones, *nec parvo mendicat*. Lego totum versum ita:

*Nec parvo emendicat opes, neque conrogat auras.*

Scaliger.

371. *Præsto sunt operi*] Lege etiam ex antiquitus excusis:

*Præsto sunt operæ, ventorum examina, semper.*

Eleganter ventorum examina vocat *operas*, tamquam fabriles operas, aut rusticas. *Idem.*

372. *Causa latet, quærunt pariter*] Locus pessimè acceptus, qui sine dubio ita legendus est:

*Causa latet, quæ rumpat iter, cogátque morari.*

*Rumpere iter* etiam *Horatio*: *rumpat aut serpens iter institutum.* Dixit causam certam latere; nam, ut dubius, multas ejus rei causas reddit. Quamquam nonnullæ editiones habent, *causa patet*. Idem:

375. Sub

Sæpe premit fauces magnis exſtructa ruinis
Congeries, clauditque vias, luctamine ab imo,
Et ſciſſo veluti tecto, ſub pondere reſtat.
Haud ſecus ac tenero, tum ſecum frigida monti
Deſidia eſt, tutóque licet adſcendere montem.
Pòſt, ubi continuere moram, velociùs urgent,
Pellunt oppoſitas moles ac vincula rumpunt,
Quidquid in obliquum eſt frangunt iter; acrior ictu
Impetus exoritur, magnis operata rapinis
Flamma micat, latóſque ruens exundat in agros;
Si ceſſant à jure, ferunt ſpectacula venti.

Nunc

NOTÆ.

375. *Sub pondere præſto eſt*] Legendum fortaſſe, *ſub pondere pars ſtat*; vel, *ſub pondere reſtat*. Nam proclivia ruentis tecti pondera tamdiu devolvuntur in ruinam, donec in ſtabili conſtitere. *Idem.*

376. *Haud ſecus ac teneros*] Ita legitur in antiquitus excuſis:

*Haud ſecus ac teneros, cùm ſicco frigida monti*
*Deſudat.*

Ego lego:

*Haud ſecus ac cernens, cùm ſicco frigida monti*
*Deſudat.*

Haud aliter, inquit, ac cùm deſudat & liquata percolatur de monte congeries illa, ſcilicet, *cernens*, hoc eſt, minutatim cribrata; ut infra, *fluctus ſuccernens*, eodem modo. Metaphora à fuſoriis. Nam dum accenditur ignis, coquitur metallum; ubi fundendum eſt & liquandum, removentur fomenta ignis. Ergo frigidam congeriem vocat, cùm elanguit ignis, & deſudat, hoc eſt, colatur materia. Hîc ſanè verus eſt hujus loci ſenſus. *Scaliger.*

*Ibidem.* Cùm Editiones Venetas nihil hîc mutare videam, malui eas ſequi, niſi quòd pro *teneros* legi *tenero*, ita poſtulante constructione, & ſententiâ apertâ, nec paullò, ut quidem mihi videtur, meliore quàm eſt Scaligerana. Dixit Poëta cùm congeries ſub pondere ſuo reſtat, tum monti, *quaſi tenero*, deſidiam eſſe; hoc eſt, tum quaſi feſſum quieſcere, ut teneri homines ſolent, etiam poſt exi-

eorum decursum. Sæpe fauces meatuum opplentur ruinarum congerie, quæ vias omnes luctantibus in imo monte ventis obturat, & veluti ruptis fornicibus pondere suo illic detinetur. Tum verò monti, quasi labore defatigato, quies videtur placere; quo tempore licet in summa juga adscendere. Sed postquàm aliquamdiu morati sunt venti, vehementiùs objectas moles excutiunt, & vincula quibus coërcebantur effringunt. Si quid torrentibus obliquum occurrat, id perrumpunt, majórque fit oppositione eorum impetus; & flamma, quam aluit multa montis materia, emicat ac per vicinum crateribus campum exundat. Quod si ferientur venti, nihil

exiguum laborem. *Teneros* dici homines molles & desidiosos nemo nescit. Vide *Albinovani* Eleg. II, 44. *Gorallus.*

377. *Tutóque licet discedere montes*] *Discedere montes* esset ut *discedere terram* Senecæ, & *discedere cœlum* Ciceronis. Esset itaque hæc mens Poëtæ: cùm tutò partes montis erosi ruunt, subducentibus sensim se partibus, quæ ruentes exciperent. Sed non ita est. Nam de ventis agit, non de montis vitiosi partibus. Quare lego:

*tutóque licet discedere orantes*;

hoc est, cùm liberum aditum habent venti. Nam sequitur:

*Post ubi continuere moram* ———

Scaliger.

*Ibidem.* Vir summus sensum hìc fingit à re ipsa, atque à Poëtæ verbis, nisi fallor, alienum. Liquidum est Poëtam hoc velle, cùm mons quiescit, tum *licere tutò* .... quid tandem? *adscendere montem*; quod tutò fieri nequit, eo flammas vomente. Igitur sic emendavimus. *Gorallus.*

378. *Continuere moram*] Hoc est, se morantes aliquamdiu continuerunt. *Idem.*

381. *Magnis operata rapinis*] Postquàm operam dedit magnis rapinis, sive postquàm multam materiam incendit, secúmque rapuit. *Idem.*

383. *Si cessant à rure*] Nihil magis rusticum hoc *rure.* Nam quid habebant in animo qui hoc mutarunt? Quid aliud erant, quàm, ut *Catullus* ait, pleni ruris & infacetiarum? Veteres formis excusi rectè habent, *si cessant à jure.* Tralatitiè dixit ventos remittere de jure suo, cùm cessant: quomodo & *Cicero* sæpe loquitur. Quin & eodem modo *Seneca*, de spiritu loquens: *Solvit enim quodcumque vin-*

Nunc ſuperent quæcumque regunt incendia ſilvæ,
Quæ flammas alimenta vocent, quod nutriat Ætnam;
Incendi poterunt; illis vernacula caulis
Materia, appoſitúmque igni genus utile torrent.
Uritur aſſiduè calidus nunc ſulfuris humor,
Nunc ſpiſſus crebro præbetur flumine ſuccus,

Pin-

## N O T Æ.

*oculum & omne onus fert ſecum, infuſúſque per minima laxamenta ſuperat, indomitâ naturæ potentiâ liber; at utique cum concitatior jus ſuum ſibi vindicat.* Cùm igitur, inquit, ceſſant venti, auferunt ſimul ſpectacula; hoc eſt, cogunt ceſſare ignes illos, quos mirabundi ſpectamus. *Ferunt*, ut *Virgilius: Omnia fert ætas.* Scaliger.

*Ibidem.* Veneta Aldi habet *á jure.* Non minùs commodè interpreteris *ceſſare à jure*, otiari, feriari; metaphorâ ex foro deductâ, ut quando Prætor à jure dicendo ceſſat, ac feriatur. Cùm venti otiantur, nec jus dicunt monti, tum ſecum omnia auferunt ſpectacula. *Gorallus.*

384. *Nunc ſuperant*] Legendum ita:

*Nunc ſuperent quæcumque regunt incendia ſilvæ,*
*Quæ flammas alimenta vocent, quod nutriat Ætnam,*
*Incendi poterunt.*

Si ſuperet, inquit, materia igni & id genus alimenti, quo incendium nutriri poteſt; tunc flammæ vivunt, quamdiu materia ſuppetit. In veteribus excuſis legitur: *Quæ flammis alimenta vocent.* Non malè legeretur: *quæ flammis alimenta vacent.* Scaliger. Sed flammæ concipiendæ apta, ut ſulfur & bitumen, eleganter dicuntur *vocare*, hoc eſt, invitare flammas ad ſe ſe depaſcenda. *Gorallus.*

386. *Illis vernacula caulis*] Hoc eſt, quæ nativa eſt, ac propria illis cavernis, non aliunde accenſita. Liquidum hìc eſt debuiſſe reſtitui *caulis* pro *cauſis*, quod ſenſu caret. Vide ad vſ. 151. Quia *vernæ* erant ſervi domi nati, ideo vernaculum dicebatur quidquid adventitium non erat. *Varro* de R. R. Lib. III. cap. 5. *Volucres partim advenæ ſunt, ut hirundines & grues: partim vernaculæ, ut gallinæ & columbæ.* Plura vide apud *Rob. Stephanum.* Idem.

387. *Oppoſitum igni*] Lege: *appoſitúmque igni genus utile torrent.* Appoſitum igni τὸ ἐνδεχόμενον καὶ πυρικὸς καίεσθαι. *Scaliger.* Aldina habet *appoſitum.*

Ter-

nihil est quod in Ætna spectes. Ceteroqui semper superest materia, quæ incendium pascat, ardentémque Ætnam nutriat. Accedant modò venti, incenditur materia in illis cavernis genita, & quidquid est alendo igni aptum. Quin & perpetuò ardet sulfur, aut undique erumpens crassus succus bitu-

*Torrent*] Hoc est, torrentur, nam neutro significatu hic sumitur, ut in participio *torrens*, quod passim perinde est ac *torridus*; ut Æneid. IX. *ripa torrentes pice, atráque voragine.* Gorallus.

389. *Flumina succus*] In Aldina editione est *prabet munimine succus*, quod sensu caret; sed hinc liquet æstuasse hic Criticos, aut Librarios. Sequuti sumus *Janum Vlitium* sic emendantem, ut edidimus, ad vs.430. *Gratii.* Coacta sunt quæ habet *Scaliger*, qui tamen audiendus. *Gorallus.*

Ibid. *Prabetur vimine*] Eleganter, percolatur, ἀνηθεῖται. Et dixit, *prabetur*, ut ostendat perpetuò suppeditari materiam. Vimen verò tralatitiè ἠθμὸς, ὑλιστὴς. Pro quovis enim textu, & eo quod Græci πλέγμα dicunt, sumebant Veteres. *Manilius:*

*Incautósque trahant macularum vimine thunnos.*

Nam non nassas, sed retia ipsa intelligit. Quin & *Virgilius* id, quod cratis formam habet, ita vocat:

*Arbuteis texunt virgis & vimine querno.*

Item in Ithyphallico:

*Tectam vimine junceo, caricisque maniplis.*

Crebrum est πολύοπον. *Plautus: cribro crebrius.* *Spissus succus* est lentor, ἡ γλισχρότης, vel potiùs λιπαρότης, ut magis aptum ad torrendum ostendat. Sic paullò pòst:

—— *in pingui fervent incendia succo.*

Scaliger.

*Ibidem.* Vitium magnum confutabit vir, in rebus Grammaticis, nemini postponendus *Joan. Frid. Gronovius* Lib. II. cap. 6. Observationum, ubi sequentia habet: *Crebrum* idem quod densum, ut *crebra vestis* opponitur *ralla.* Quod cùm non nesciret *Scaliger*, miror eum in carmine de Ætna *crebrum* interpretari συχνῶδες & πολύοπον. *Crebrum vimen* propriè densum est, densè textum, ut effundi nihil possit, sed lentè transmeet succus. Hinc ille:

*Nunc spissus crebro prabetur vimine succus.*

Alii aliò respicientes *rara* dixerunt *vimina.* *Ovidius* Lib. IV. Fastorum:

*Dántque viam liquido vimina rara sero*

Lib. XII. Metamorph.

Pingue bitumen adest, & quidquid cominus acres
Irritat flammas; illius corporis Ætna est.
Atque hanc materiam penitus discurrere fontes,
Infectæ evincunt & aquæ, radice sub ipsa.
Pars oculis manifesta jacet, quæ corpore duro est,
Ac lapis; in pingui fervent incendia succo.
Quin etiam variè quædam sine nomine saxa

Toto

N O T Æ.

*—— veluti concretum vimine querno*
*Lac solet, utve liquor rari sub pondere cribri*
*Manat & exprimitur sub densa foramina spissus.*

Idem igitur *crebrum*, quia densè textum, nec laxis foraminibus transmittit, & *rarum* multis parvis perlucet. Crebrum & densum significat. & frequens. *Crebro introrsus spatio vacuata corymbos* (nisi scribendum *Corymbas*, nam *Hesychius*: Κορυμβάσι, περιδρόμῳ, δι' ὧν συσπᾶται γίγγαλος καὶ κεκρύφαλος ἢ δεσμοὶ) est frequenti vacuo patens, multis hiatibus perlucens. Spatium illud non potest dici σηραγγῶδες, cùm sit ipsum σήραγμα in corpore σηραγγώδει, corymbo, videlicet. Et imponit sibi magnus ille vir, cùm advocat ex *Plauto* crebrum *cribrum* & *cribro crebrius*. Non enim ita *Plautus*. Fuerunt ei in mente verba ex Rudente:

*Villam integundam intelligo totam mihi*
*Nam nunc perlucet ea, quàm cribrum, crebrius;*

Hoc est, pluribus locis plures fenestras habet, quàm cribrum foramina. Hactenus *Gronovius*, cujus felicem interpretationem res ipsa confirmat; nam *Severus* docet intra Ætnam crebros esse viscidorum liquorum decursus, qui sat copiosam igni materiam præbent; non eos liquores, veluti per vimen crebrum, ægrè percolari. Quare Scaligeranæ conjecturæ Vlitianam emendationem præferendam censuimus; cùm præsertim antiquæ editiones variarent. *Gorallus*.

392. *Atque hanc materiam*] Lego:

*Atque hanc materiam penitus discurrere fontes*
*Infectos. Rumpunt & aqua radice sub ipsa.*

*Aqua*, infectæ, scilicet. *Scaliger*. Vide ad sequentem versum.

393. *Infecta evincunt & aqua*] Sic fuit necessariò edendum ex ...ndatione *Jani Vlitii* ad vers. 430. *Gratii*. Alioqui non consta... constructio. Quò enim referas infinitivum antecedentis versûs?

bituminis, & quod admotum igni flammam auget. Ejusmodi enim materiâ, constat Ætna. In imis ejus visceribus discurrere liquefactum sulfur & bitumen fontes ipsi, eorum sapore & odore infecti, ac erumpentes è montis radicibus, ostendunt. Sed & licet cernere partem montis lapidosam, cujus pingui succo aluntur incendia. Sunt quoque saxa quædam, quibus nomen nullum impositum est,

sûs? Ad fontem videtur respicere *Severus*, de quo fonte ita *Gratius* in Cynegetico vs. 430.

*Est in Trinacria specus ingens rupe, cavique*
*Introrsum reditus, circum atræ mœnia silvæ*
*Alta premunt, ruptique ambustis faucibus amnes,*
*Vulcano condicta domus, quam subter eunti*
*Stagna sedent venis, oleóque madentia vivo.*

Ad quem locum vide doctissimum Interpretem. *Gerallus.*

394. *Quæ corpore dura est*] Non audeo priscarum Editionum fidem elevare, quæ habent:

——— *rubet ipsáque dura est.*

A colore & à densitate probat. *Scaliger.* Altera lectio visa multò melior, nisi quòd *dura* in *duro* mutavimus. *Gerallus.*

396. *Quin etiam variè quadam*] Veteres Editiones:

*Quin etiam varia quadam sunt vimine saxa.*

Lego, *sub vimine saxa.* Hîc quoque, ut supra, *vimen* vocavit, per quod percolantur liquefacta saxa. Ex quibus, ut obriguerunt, fiunt molares lapides; quos & *Theophrastus* quoque putat ἐκ διηθήσεως καὶ ἐκκρίσεως fieri. Sed & *Strabonem* audi de hoc ita scribentem: ὁ δὲ ῥύαξ, inquit, εἰς τὴν πῆξιν μεταβάλλων ἀπολιθοῖ τὴν ἐπιφάνειαν τῆς γῆς ἐφ' ἱκανὸν βάθος, ὥστε λατομίας εἶναι χρείαν τοῖς ἀποκαλύψαι βουλομένοις τὴν ἐξ ἀρχῆς ἐπιφάνειαν. Τακείσης γὰρ ἐν τοῖς κρατῆρσι τῆς πέτρας, εἶτα ἀναβληθείσης, τὸ ὑπερχυθὲν τῆς κορυφῆς ὑγρὸν πηλός ἐστι μέλας ῥέων κατὰ τῆς ὀρεινῆς. εἶτα πῆξιν λαβὼν γίνεται λίθος μυλίας. (*Versus Latinè est hic locus ad vs. 201.*) *Posidonius* quoque, apud eumdem, cùm de illo insigni incendio Liparæ insulæ loqueretur, quod accidisse testatur temporibus suis, cùm Flaminius Prætor Siciliam regeret, postea de molari lapide hæc addit: πολλαῖς δὲ ἡμέραις ὕστερον ὀφθῆναι πηλὸν ἐπανθοῦντα τῇ θαλάσσῃ, πολλαχοῦ δὲ καὶ φλόγας ἐκπιπτούσας καὶ καπνοὺς καὶ λιγνύας, ὕστερον δὲ παγῆναι καὶ γενέσθαι τοῖς μυλίαις λίθοις ἐοικότα τὸν πάγον: *diebus multis postea conspectum fuisse lutum, quod mari innataret; multis quoque locis flammas erupisse, & fumos & fuligines; limum eum tandem*

Toto monte liquant; illis custodia flammæ
Vera tenáxque data est; sed maxima causa molaris
Illius incendî lapis, is sibi vindicat Ætnam.
Quem si fortè manu teneas & robora cernas,
Nec servare putes ignem, nec spargere posse.
Sed simul ac ferro quæres, respondet, & ictu
Scintillat calor; hunc multis circumdato flammis,
Et potes extorquere animos; atque exue robur,
Fundetur ferro citiùs; nam mobilis illi
Et metuens natura mali est, ubi cogitur igni.
Sed simul atque hausit flammas, non tutior haustis

Ulla

## NOTÆ.

*dem concrevisse & molaribus lapidibus similem fuisse concretionem.* Lib. VI. p. 191. Idcirco divinus Poëta cecinit de Ætna liquefacta saxa sub auras glomerare. Nam, ut diximus, ex illis fit silex, aut molaris lapis. *Scaliger.*

*Ibidem.* Sanè hîc Veneta antiquior habet, *sub vimine saxa*; sed Aldina, *sine nomine*, quod melius videtur; nec quisquam Latinè dixerit in Ætna, *sub vimine fluere saxa*, quòd magni fluctus liquefacti saxi ex eo erumpant. Nomina & dotes lapidum vide apud *Theophrastum* Lib. de lapidibus & *Plinium* Lib. XXXVI. *Gorallus.*

397. *Illis custodia flammæ*] Ideò vocatus est πυρίτης. *Plinius: Molarem quidam πυρίτην vocant, quoniam sit plurimus ignis illi.* Sequentia autem ita legito:

*——— Sed maxima quippe molaris*
*Illius incendî lapidis sibi vindicat Ætnam.*

Vult enim maximâ parte Ætnam ex illo lapide constare, quod verum est. *Scaliger.*

398. *Maxima causa*] Habet Veneta antiquior *quippe* pro *causa*. Sed Aldina habet, ut aliæ, *causa*, & in sequente versu:

*Illius incendi lapidis, sic mendicat Ætnam.*

Cujus lectionis vestigia quàm proximè sequuti sumus. Ex Scalige-[redacted]endatione, nulla commoda exsurgit sententia. Vide vss. 414. [redacted] *Gorallus.*

[redacted] *simul ac ferro*] Plinius: *Pyritarum etiamnum aliqui genus* [redacted]*, plurimum habens ignis, quos vivos appellamus & ponderosissimè*

est, quæ, furente Ætnâ, eum quaquaversùm inundant. Hæc ignem servant tenacissimè. Sed molaris præsertim lapis causa est incendii, & maximam partem montis sibi vindicat. Hunc si manu contrectes, cernásque ejus rigorem; vix credas ignem posse servare, aut cum vicinis corporibus communicare. Sed simul ac ferro tundis, non carere igne animadvertis; nam, ictu excepto, continuò scintilla erumpit. Quod si in vehementem ignem conjeceris, tum verò animadvertes expugnari lapidem, atque exui vi suâ; citiùs enim quàm ferrum liquefiet, mutabili quippe naturâ, & cui noxa inferri possit, præditus, si ignis admoveatur. Verùm statim ac eo conceptus est ignis, nullo

*rosissimi sunt. Hi exploratoribus castrorum maximè necessarii, qui clavo, vel altero lapide percussi scintillas edunt; quæ exceptæ sulfuratis, aut fungis aridis, vel foliis, dicto celeriùs ignem trahunt.* H. N. Lib. XXXVI. cap. 19. *Scaliger.* Atqui non is est lapis, ad quem respicit *Cornelius*, sed molaris, de quo idem *Plinius* initio ejusdem capitis: *Molarem quidam pyriten vocant, quoniam sit plurimus ignis illi.* Gorallus.

404. *Exue robur*] *Robur lapidis, robur ferri* dixit, ut *Lucretius*, *ferri potestas*. Etiam Græcis, δύναμις σιδήρου, & Poëtæ, μένος χαλκοῦ. Exuere proprium verbum ei rei. Sic alibi:

*Sic veluti in fornace lapis torretur & omnis*
*Exuitur penitus venis* ———

Alibi:

*Lentitiem plumbi non exuit.* Scaliger.

Ibidem. *Robur lapidis* est ejus durities, ex qua fingit Poëta, κατ' ἀνθρωποποιΐαν, ei nasci *animos*. Idem postea *opes* & *vires* vocat quod lapis complectitur. *Gorallus.*

405. *Fundetur ferro citiùs*] Vult probare τηκτοὺς esse silices, modò non leniori, sed fortiori igne coquantur. Ita & *Symphorius* Poëta, in suis ænigmatis, silicem de se loquentem ita inducit:

*Virtus magna mihi duro mollitur ab igne,*
*Cessantique foco virtus tamen intus adhæret,*
*Semper inest in me, sed raro cernitur ignis.*

Rationem ejus rei mox ipse apponet in sequentibus. *Scaliger.*

407. *Non tutior haustu*] Lege: *non tutior haustis, ulla domus.* Etiam hujus conjecturæ vestigia retinent veteres excusi, ubi legitur *hausti.*

Ulla domus, servans aciem, duránsque tenaci
Septa fide; tanta est illi patientia victo.
Vix umquam perdit vires, atque evomit ignem;
Totus enim denso stipatus robore tarda,
Per tenues admissa vias, incendia nutrit,
Cunctantérque eadem pigréque admissa remittit.
Nec tamen hoc uno, quòd montis plurima pars est,
Vincit, & incendî causam tenet ille; profectò
Miranda est lapidum vivax, animosáque virtus.
Cetera materies, quæcumque est fertilis igni,
Ut semel accensa est, moritur; nec restat in illa
Quod repetas, tantùm cinis & sine semine terra est.
Hic semel atque iterum patiens, ac mille perhaustis

Igni-

## NOTÆ.

Simul, inquit, hausit flammas, nulla domus *tutior haustis*; nihil æquè fideliter flammas servat. Nulla domus aut custodia fidelior igni recepto, quàm ille lapis, ut pote qui minimè *σομφὸς*, neque *μανὸς* sit, sed denso stipatus robore.

*Ibidem.* Reverâ est hausti in antiquiore Editione Veneta.

408. *Servans aciem*] Vocat *aciem τὸ στόμωμα*. Sic *Plinius* Lib. XXXVI. cap. 22. de cotibus loquens: *reperta sunt & in Italia, aquâ trahentes aciem, acerrimo effectu.* Τὸ στομῶσαι *Martialis* vocat *gestari*. Alii, ut *Plinius*, *rigere*. *Ferri rigor τὸ στόμωμα Virgilio*. Idem.

Ibid. *Durâmque tenaci*] Corrige: *duránsque tenaci septa fide.* Idem.

409. *Tutum est illi*] Lege: *tanta est illi patientia victæ.* Idem.

410. *Vix umquam redit in vires*] Lege: *vix umquam perdit.* Idem.

411. *Stipatus*] Hoc est, densus. Sic *Lucretius* Lib. II. p. 157.

*Nam certè non inter se stipata cohæret*
*Materies.*

Sic & alibi. Glossæ: *stipo, πυκνόω. Gerallus.*

415. *Tenet ille*] Sic Aldina Editio meliùs. Aliæ habent: *tenet; ille*, &c. Idem.

417. Qua-

lo alio clauſtro tutiùs ſervari queat, & diutiùs haberi; vi enim ejus victus lapis omnia ab illo patitur. Vix umquam venis exceptum ardorem amittit ac evomit. Cùm ſit enim denſo ac ſtipato corpore, ſeriùs calorem, in tenues meatus exceptum, nutrit, nec niſi ægerrimè dimittit. Nec credideris hac ſola de cauſa, quòd maxima pars montis eo lapide conſtet, majorem ejus rationem haberi, & incendium ab eo creari. Miranda planè eſt ejus natura, quæ vivum ignem tamdiu conſervet. Reliquæ materiæ, quæ facilè accenduntur, poſtquàm ſemel accenſæ fuerunt abſumuntur, nec poſſunt ampliùs ignem alere; nihil in iis reliquum eſt, quo iterum utaris; ſupereſt tantùm cinis, aut terra igni alendo inepta. Hic verò lapis non ſemel

417\. *Quacumque eſt fertilis igni*] Ἀρχαϊκῶς dictum. Sic *Plautus*:

*Amor & felle & melle eſt fœcundiſſimus.*

Infra:

——— *& ſacro numquam non fertilis igne.*

Scaliger.

419\. *Sine ſemine terra eſt*] Ut terræ ſemen, ſic in Græca Tragœdia σπέρμα πυρὸς. Pumices intelligit, qui ſucco carent. Idcirco *ſine ſemine*, tamquam ἀγονάς. *Scaliger.*

*Ibid.* Optimè vir ſummus, nam & Latini *ſemen ignis* vocant particulas ſulfureas ſilicum, quæ tuſione excuſſæ ignem concipiunt. *Virgilius* Æneid. Lib. VI. cap. 5.

——— *quærit pars ſemina flammæ*

*Abſtruſa in venis laticis.*

Ubi *Servius*: σπέρματα πυρὸς. *Homerus dicit*, id eſt, *ſemen ignis*. Legendum σπέρμα, in ſingulari. Reſpicit *Servius* ad Odyſſ. E, 490. ubi qui torrem ſub cineribus occultat deſcribitur quaſi σπέρμα πυρὸς σώζων. Interpretatur *Euſtathius*, hoc modo: ἐξ οὗ ὅτι καὶ σπέρματος πολὺ χαρπύμεθα πῦρ· Αἰσχύλος δὲ Προμηθεῖ τὸ τοιοῦτον καὶ πυρὸς εἶπε πηγὴν ὡς οἷον ἀρχήν: *unde quaſi è ſemine multum colligimus ignem. Æſchylus Prometheo id etiam vocavit* ignis fontem, *quaſi principium.* Sed elegantiùs ſilicum particulæ *ignis ſemen* dicuntur, quàm torris qui jam eſt ignitus. *Gorallus.*

420\. *Hic ſemel atque iterùm patiens*, &c.] Si modò, affuſâ aquâ, extinguatur, quod liquet ex carbone illo foſſili quo uruntur fabri ferrarii. Jam notus erat *Theophraſto*, cujus hæc ſunt verba, è libro

Ignibus, instaurat vires, nec desinit antè
Quàm levis excocto defecit robore pumex.
In cinerem, putrésque jacet dilapsus arenas.
Cerne locis etiam similes arsisse cavernas,
Illic materiæ nascentis copia major.
Sed genus hoc lapidis, certissima signa coloris,
Quòd nullas adjunxit opes & languet in ignes,
Dicitur indiciis flagrans Ænaria quondam
Nunc exstincta superiexisse. Neapolin inter

Et

NOTÆ.

de lapidibus: ἔνιοι δὲ τῶν θραυστῶν ἀνθρακοῦνται τῇ θραύσει, καὶ διαμένουσι πλείω χρόνον. ὥσπερ οἱ περὶ Βίνας ἐν τῷ μετάλλῳ, οὓς ὁ ποταμὸς καταφέρει, καίονται γὰρ ὅταν ἄνθρακες ἐπιτεθῶσι, καὶ μέχρι τούτου χρείας φυσᾷ τις· εἶτ' ἀπομαραίνονται, καὶ πάλιν καίονται. *Quin & nonnulli fragilium lapidum, dum franguntur, in carbones evadunt; quales sunt ad Binas, in fodinis. Comburuntur enim cùm pruna imponuntur, & dum eo opus est, quispiam flat, Deinde exstinguuntur & iterum uruntur.* Idem.

422. *Quàm levis excocto defecit*] Aut *defectus* legendum, aut, quod magis puto, *defacis*, hoc est, ἄβυγος, *sine face*, exsuctus. Et mihi videtur elegantissimè dictum, ut *defrens* pro segete demessa. In vetere Glossario: *Defrens*, ἄρουρα θερισθεῖσα· *Frendere* est *rumpere*. *Scaliger*. Quæ longiùs nobis petita videbantur.

423. *Putrésque*] Vide ad vers. 206.

Ibid. *Delapsus*] Omnino, *dilapsus*. Horatius:

*Dilapsam in cineres facem.*

Idem.

424. *Cavernas*] Sic cum Editionibus Venetis legendum, non *catervas*, ut erat in Scaligerana. In cavernis enim est materia illa, quâ Ætna, ceterique similes montes ardent. *Gorallus.*

425. *Materia nascentis*] Eleganter τὸ γόνιμον, *nascens*, dixit. *Scaliger*. Hoc est, materiæ *renascentis*, postquàm prior absumta est. Simplex est pro composito. *Gorallus.*

426. *Sed genus hoc lapidis*, &c.] Sed certissima sunt signa & argumenta coloris in lapide hoc genus; hoc est, pumice; certissimo, inquam, argumento est color ipse, quòd nullas adjunxerit opes, hoc est, quòd nullo præsidio munitus sit ad reparandas vires suas, ut silex, qui millies liquefactus redit ad pristinum ingenium. Pumex

ergo

ſemel patiens eſt ignis, & poſtquàm ſæpiùs eum hauſit, vires recuperat, nec priùs deſinit alere quàm, toto abſumto robore, in levem pumicem ſit converſus. Tum in cinerem ac putrem pulverem dilabitur. Potes quidem, aliis in locis, videre ſimiles cavernas ignem emittentes, & in quibus etiam major copia materiæ ignibus concipiendis aptæ naſcatur. Sed color ipſe lapidum oſtendet, certiſſimo indicio, nullam vim iis ineſſe ad reparandum ignem, totóſque in eo contabeſcere. Ex ſignis quibuſdam colligimus olim inſulam Pithecuſam flagraſſe, ſed incenſam materiam, poſtquàm exſtincta eſt,

ergo Ætnæus, cùm nigerrimus ſit, oſtendit colore ſuo nihil ſe reliquum feciſſe igni; nam cùm, ut dixi, niger ſit, nihil aliud quàm uſtus eſt; ut, ſi iterum torreatur, totus in cineres dilabatur, ut carbo. At non ita molaris. Quòd autem niger ſit pumex Ætnæus teſtatur & *Theophraſtus*, de pumicibus loquens: διαφορὰς δὲ ἔχουσι πρὸς ἀλλήλας καὶ χρώματι καὶ πυκνότητι καὶ βάρει· χρώματι μὲν ὅτι μέλαινα ἡ ἐκ τοῦ ῥύακος τοῦ ἐν Σικελίᾳ, καὶ βαρεῖα αὕτη καὶ μυλώδης: *differunt autem inter ſe, colore quidem quia nigra eſt emiſſa è cratere Siculo; & gravis hæc & molaris.* Ita enim corrigimus in *Theophraſto*. Scaliger.

428. *Dicitur inſidiis*] Hæc eſt mens hujus loci, quondam Ænariam inſulam, de qua & *Feſtus* mentionem fecit, arſiſſe ut Ætnam; tandem defeciſſe in pumices. Quare τὸ *inſidiis* ſuſpectum mihi eſt. Fortaſſe legendum, *indiciis*; ut ex ſolis pumicibus nautæ probent quondam arſiſſe, & pumices dicantur *indicia* veteris incendii. *Idem*. Pro *inſidiis* habet Aldina *inſignis*, ſed vera eſt Scaligerana lectio.

Ibid. *Flagrans Ænaria*] De hac inſula multis egerunt *Claud. Salmaſius* ad Cap. III. *Solini* & *Sam. Bochartus* Chanaanis Lib. I. c. 33. Ideò quòd flagraret Ænaria, fictum de ea, ut de Ætna, gigantem eâ oppreſſum fuiſſe. *Virgilius* Æneid. Lib. IX, 715.

*——— durúmque cubile*
*Inarime Jovis imperiis impoſta Typhæo.*

Ubi vide *Servium*, qui docet eamdem eſſe ac Pithecuſam, ut & alii plerique. *Gerallus*.

429. *Nunc exſtincta ſuper, tectiſque*, &c.] Lege: *nunc exſtincta ſuperque, ſatiſque*. Scaliger.

Ibidem. *Superque ſatiſque*, adeò frigidum hîc eſſet, adeóque proſæ orationi proprium, ut admitti à nobis non poſſit. Itaque legimus:

Et Cumas locus eſt, multis jam frigidus annis,
Quamvis æternum pingueſcat ab ubere ſulfur,
In mercem legitur tantùm. Fœcundior Ætnâ
Inſula, cui nomen facies dedit ipſa rotundæ.
Sulfur enim ſolum, nec obeſa cavamine terra eſt,
Et lapis adcretus regerendis ignibus aptus;
Sed

## N O T Æ.

inus: *ſupertexiſſe*, unâ voce; nimirum, lapides, qui olim ignem conceperant, & qui nunc aggeſtâ deſuper inſulæ terrâ tecti ſunt. De antiquis *Ænariæ* incendiis ſcripſit *Strabo* Lib. V. pag. 171. Ed. Genevenſis, ubi ex *Timæo* habet quæ propemodum incredibilia de ea narrabantur, narratiſque maximis ejus motibus, tandem addit *γενέσθαι δὲ σβέσιν τοῦ ἐν αὐτῇ πυρός, exſtinctum ignem, qui in ea erat.* Gorallus.

429. *Neapolin inter*, &c.] Ita hæc lego:

*Neapolin inter*
*Et Cumas locus eſt, multis jam frigidus annis*
*Cujus ab æterno pingueſcens ubere ſulfur*
*In mercem legitur* ——

Scaliger.

*Ibidem.* Quàm minimam mutationem hîc, ut ubique, fieri oportere cenſuimus. Itaque legimus verſum 431. ut erat in Editionibus, cùm optimum ſenſum nobis exhibeat. Videtur autem indicare hîc *Severus* eos colles qui vocantur Leucogæi, & de quibus ita *Plinius*, agens de ſulfure Lib. XXXV. cap. 15. *In Italia quoque invenitur, in Neapolitano Campanoque agro, collibus, qui vocantur Leucogæi.* Vide & *Strabonem* Lib. V. in deſcriptione ejus partis Italiæ, ubi docet totum illum tractum plenum fuiſſe ſulphure & igne; quamobrem vocatus fuerat *Phlegra*, ἀπὸ τοῦ φλέγειν. *Gorallus.*

432. *In mercem legitur tantùm.*] Hîc ſequuti ſumus felicem conjecturam *Jani Vlitii*, ad vſ. *Gratii* Cyneget. 404. Antea legebatur *tanto eſt fœcundior*, ſine ſenſu. *Idem.*

Ibid. *Fœcundior Ætnâ*, &c.] Eumdem ſequuti ſumus, qui rectè [illegible] diſtinxit & vidit legendum *rotunda*. „ Strongylen enim, in- [illegible], non tantùm quia rotunda eſt, & nullo *cavamine* obeſa, ſed [illegible] quia multa in ea στρογγύλη reperitur, ut inſuper à θείου, id [illegible]ulphure, *Dian* dictam fuiſſe videtur innuere. Nam & *Pli-* [illegible]eſtatur Strongylen *Dian* vocari. *Strongyle* autem aluminis [illegible]s, cujus multa apud Medicos mentio. *Plinius* Lib. XXXV. „ cap. XV.

est, solo insulæ obrutam. Inter Neapolim & Cumas, locus est, ubi nullus est ignis, à multis annis, quamvis pingue solum perpetuò sulfur exsudet, quod ut vendatur dumtaxat colligitur. Fertilior est eâ materiâ, quàm ipse Ætna, insula, inter Æolias, quam à figura rotunda Strongylen Græci vocarunt; totum enim fermè ejus solum mero sulfure constat, nec interioribus cavernis est adesum. Est etiam

,, cap. 15. id supra alia commendat, quod rotundum naturâ, ut po-
,, te reverâ στρόγγυλον. Sed diversum jam antea ab eo nominavit
,, concreti *aluminis unum genus*, quod *schiston* appellant Græci. Cùm
,, *Severus* ipsam στρογγύλην videatur *adcretum lapidem* vocare.
*Idem.*

434. *Nec obesa cacumine* ] Lego: nec *obesa cavamine terra est.* Lapis, quam dicit relegendis ignibus aptum, hoc est, excudendis, est silex. Ex quo lapide silice partim, partim sulfure Strongylen constare. Ea enim est, *cui nomen facies dedit ipsa rotunda.* Scaliger.

*Ibidem.* Audiamus *Strabonem* de Strongyle: ἡ δὲ Στρογγύλη καλεῖται μὲν ἀπὸ τοῦ σχήματος, ἔστι δὲ καὶ αὐτὴ διάπυρος, βίᾳ μὲν φλογὸς λειπομένη, τῷ δὲ φέγγει πλεονεκτοῦσα. ἐνταῦθα δὲ τὸν Αἴολον οἰκῆσαι φασίν: *Strongyle vocatur quidem à figura, & est ipsa ignita, vi quidem flamma minor, sed splendore excellens. Hìc habitasse Æolum ferunt.* Lib. VI. pag. 191. Vide & *Plinium*, si opus est, Lib. III. cap. 9. *Gorallus.*

435. *Et lapis adcretus* ] *Adcretum lapidem*, hoc est, πυκνὸν opponit pumici, qui est spongiosus, unde nomen habet; nam spumex priùs dictus fuit. Nihil enim aliud, quàm spuma & fæx quædam lapidum liquefactorum est, ut scoria aliorum metallorum. Adcretus est ναστὸς respectu pumicis, qui est σομφὸς καὶ μανός. Semper *Plinius* τὸ ναστὸν *concretum* vocat, ut præter alios locos, in Lib. VII. *Quibus*, inquit, *naturâ sunt concreta ossa, qui sunt rari admodum, cornei vocantur.* Vult dicere, ut obiter *Plinium* interpreter, qui sunt naturâ torvi, rigidi & inflexibiles, quos paullò antè ἀπαθεῖς à Græcis dici scribit, eis aliquando ossa concreta, hoc est, sine medulla esse & *corneos* vocari. Ergo licet colligere cur *corneam fibram* dixerit *Persius*; nam τὴν ἀπάθη intelligit. Sic Lib. XXXII. idem *Plinius* ait *cornea piscatorum corpora* fieri, hoc est, omnium τῶν ἔξωθεν ἀπαθῆ, ut pote quæ sole & sale durata sunt. *Scaliger.*

Ibidem. *Concreta ossa* ea dicuntur, quæ sunt sine medulla; sed *adcreta* posse dici non puto. Itaque *adcretum lapidem* interpreter qui *adcrevit* illi insulæ. Idem *Plinius* Lib. XI. cap. 32. *Inde porrigitur vermiculus parvus & triduo eruca; quæ, adjectis diebus, adcrescit immobilis*,

Sed rarò fumat, quin vix, si accenditur, ardet,
In breve mortales flammas quod copia nutrit.
Insula durat adhuc, Vulcani nomine sacra,
Pars tamen incendî major refrixit, & alto
Jactatas recipit classes, portúque tuetur.
Quæ restat minor & dives satis ubere terra est,
Sed non, Ætnæis vires, quas conferat, illi.
Atque hæc ipsa tamen jam quondam exstincta fuisset,
Nî furtim adgeneret secretis callibus humor
Materiam, silvámque suam, pressáque canali
Huc illuc ageret ventos, & pasceret ignes.
Sed meliùs res ipsa nota est, spectatáque veris

Oc-

## NOTÆ.

*bilis, duro cortice; ad tactum tantùm movetur araneo adcreta, quem chrysallidem appellant.* Gorallus.

Ibid. *Regerendis ignibus aptus*] Hoc est, reponendis, seu referendis in materiam quamvis quæ incendi queat. *Idem.*

437. *Quod*] Id est, quoad. Vide ad *Pedonis* Eleg. I, 172. *Idem*

438. *Insula durata*] Lego: *insula durat adhuc.* Vulcaniam intelligit; etiam pars ejus ardet hodie. *Scaliger.*

*Ibid.* Optimè, nam hoc vult Poëta, aut nondum fuisse restinctum incendium, aut nondum absumtam subterraneis ignibus insulam. De hac insula ita *Plinius* Libro III. cap. 9. *Inter hanc* (Liparam) *& Siciliam altera, antea Therasia appellata, nunc Hiera, quia Sacra Vulcano est; colle in ea nocturnas evomente flammas.* Gorallus.

441. *Quæ restat minor*] Variant hîc impressi veteres. Unde suspicari licet diversè tortum hunc locum fuisse à Correctoribus. Præterea non video quare Liparen minorem dicat, quæ & princeps & maxima Æolidum insularum est. *Strabo* de Æoliis insulis: εἰσὶ δ᾽ ἑπτὰ μὲν τὸν ἀριθμὸν, μεγίστη δὲ ἡ Λιπάρα, Κνιδίων ἄποικος, ἐγγυτάτω τῆς Σικελίας κειμένη. *Sunt quidem numero septem, maxima verò Lipara, colonia Cnidiorum, proxima Siciliæ situ.* Quare lego: *quæ restat majorque, & dives & ubere terrâ est.* Divitem & ubere terrâ esse auctor est idem *Strabo*; ἔχει δὲ καὶ τὴν γῆν εὔκαρπον καὶ …ρίας μετάλλου πρόσοδον καὶ θερμὰ ὕδατα, καὶ πυρὸς ἀναπνοάς: … habet fertilem & reditum ex metallo aluminis & calidas aquas, … exspirationes. Scaliger.

bat,

etiam illic nativus lapis, servando igni aptus. Sed rarò insula sponte suâ ignem emittit, & vix etiam accensa ardet, eo quòd non insit ei materiæ, flammæ alendæ aptæ, major copia, quàm ut brevem flammam erect. Est & altera insula, inter Æolias, Vulcano sacra, cujus major pars, quæ olim ardebat, refrixit, & portum commodum habet, quo excipiat classes, servétque incolumes. Altera pars, quæ ardet, minor est & sat pingui solo; sed copia materiæ urendæ non est ei Ætnææ æquiparanda. Quin & ipsa dudum fuisset exstincta, nisi sensim, per occultos meatus, terræ succus materiam novam adgereret, & per arctas canales admisso vento, ignem aleret. Sed majora veri argumenta

*Ibidem.* Hic vir summus acumen & attentionem, quibus pollebat, non adhibuit. Nam primùm non variant Editiones, nisi quòd habeat Veneta antiquior: *quis restat minor est*, quod nihil facit ad emendationem Scaligeranam. Deinde non agit *Severus* de *Lipara* sed de *Therasia*, seu *Hiera*, ut ostendimus. Tandem non confert insulam insulæ, sed partem minorem insulæ unius majori. Pars, inquit, insulæ major refrixit, minor adhuc ardet. *Gorallus.*

444. *Ni furtim generet*] A verbo *geno*, quo sæpe utuntur *Lucretius* & *Varro*. *Ulpianus: si quis mihi filius aut filia genitur, heres esto.* Recentiores editiones hunc locum, de quo nunc agimus, corrupeunt. *Scaliger.*

*Ibidem.* Nimirum, pro *generet*, quod habet antiqua Editio Veneta, scribunt *adgeneret*; quod tamen an haberi possit corruptio nescio, nam potest *adgeno* dici æquè ac *adgenero*. Fortè etiam legendum *adgereret*, quod meliùs convenit cum sequentibus; nam humor adgerit per secretos calles materiam, potiùs quàm generat. *Gorallus.*

445. *Materiam, silvámque suam*] Ταυτολογία, nam utrumque est ὕλη. *Scaliger.*

*Ibidem.* Tales frequentes sunt, apud omnes Scriptores, quæ cùm ferantur in iis, qui soluta oratione utuntur, ignosci sanè debent Poëtis. *Quintilianus*, quamvis in alio rerum genere, Lib. X. cap. 3. *Diversum est huic eorum vitium qui primò decurrere per materiam stylo quàm velocissimo volunt, & sequentes calorem atque impetum ex tempore scribunt; hanc silvam vocant.* Gorallus.

447. *Res ipsa nota est*] Est argumentum. *Scaliger.* Optimè, nam sic habet Aldina & malè ab imperitis transposita verba, *res nota ipsa est.*

Vult

Occurrit signis, nec tentat fallere pestis,
Nam circa latera, atque imis radicibus Ætnæ
Candentes efflat lapides, disjectáque saxa
Intereunt venis, manifestò ut credere possis
Pabula & ardendi caussam lapidem esse molarem,
Cujus defectus jejunos colligit ignes.
Ille, ubi collegit flammas, jacit & simul ictu
Materiam accendit, cogitque liquescere secum.
Haud equidem mirum factu, quod cernimus extra,
Si lenitur opus reses; at magis uritur illic,
Sollicitátque magis vicina incendia saxum,
Certáque venturæ præmittit pignora flammæ.

Nam

## N O T Æ.

Vult *Severus* rem ipsam clara sui argumenta præbere. Nam *nota* est id quo agnosci quidpiam possit. *Ovidius* Metam. Lib. I, 261. sic inducit Phaëthontem alloquentem matrem:

*Ede notam tanti generis, méque adsere cœlo.*

Hoc est, argumentum. *Idem.*

448. *Nec tentat fallere pestem*] Lege, *pestis*; οὐδ' ἐπιτηδεύει οὐδὲ τεχνάζεται λανθάνειν ἡμᾶς. *Scaliger.* Rectè. Sensus est: non abdita est causa incendii, quod perniciem affert vicinis agris. *Gorallus.*

449. *Nam circa latera*] Non quòd Ætna emitteret lapides è lateribus atque radicibus; nulli enim iis in locis fuisse leguntur crateres, per quos erumpere possent lapides; sed è summis crateribus eructati [illegible] per latera, ad radices usque. Ceterùm Aldina pro *Ætnæ* habet *Ætna*, ac deinde *efflant*; non meliùs. *Gorallus.*

[illegible] *Intereunt venis*] Hoc est, *eunt inter venas*, seu iis interpositi sunt. [illegible] Veteres: *interea* [illegible]νοέχομαι. *Idem.*

[illegible]] Sic Aldina Editio, aliæ *ardenti*, non malè. *Idem.*

[illegible] *defectus*] Hoc est, cùm minori copia adest lapis mo[illegible] sunt ignes, sive tenues. *Idem.*

[illegible] *simul ictu*] Hoc est, feriens vicinam aliquam rupem, dum erumpit, excitat scintillam, unde nova flamma nascitur.

[illegible] *cogitque liquescere secum.*] *Theophrastus* libro de lapidibus:

in

menta ex ipso Ætna colliges, certioráque omnium indicia videbis; neque enim introrsum abdita est causa incendiorum, cùm Ætna circa latera, atque imos etiam radices, oppletus sit ardentibus lapidibus, &, in venis suis, terræ mistos ostentet. Itaque non est cur dubites ignis potissimum pabulum, & præcipuam causam esse lapidem illum molarem; qui si deficiat, tenuius multò est incendium. Postquàm verò iterùm concepit sat copiosum ignem, tum flammas emittit, & divulsus ac incidens in alias specûs partes, ipso ictu, materiam vicinam accendit, ac secum liquefieri cogit. Nec est mirum, quod extrinsecus interea animadvertimus, ignis vehementiam minui & remittere; dum in montis penetralibus accenditur, lapisque molaris vicina adurit, & certa indicia mox erupturæ flammæ emit-

*οἱ πυρομάχοι καὶ οἱ μυλίαι ῥέουσιν, οἷς ἐπιτιθέασι οἱ καίοντες: pyromachi & molares liquefiunt unà cum iis quæ imponunt urentes.* Eosdem lapides vocabant Græci διαπύρους, quòd eos ignis permearet; inde licet crassum mendum tollere è verbis *Theophrasti*, quæ non multò pòst in eodem libro leguntur, ubi de pumicibus: *λαμβάνουσι δὲ τὴν πίστιν διὰ τῆς αἰσθήσεως, ἔκ τε τῶν περὶ τοὺς κρατῆρας γινομένων, καὶ ἐκ τοῦ Διαβάρου λίθου τοῦ φλεγομένης, ἣ καὶ κισηροῦται: fidem accipiunt per sensum & ex iis quæ fiunt circa crateres, & ex Diabaro lapide qui ardet, & qui in pumicem convertitur.* Nemo non videt legendum διαπύρου & vertendum *ignito*. Idem.

456. *Haud equidem*, &c.] Primùm sic lectionem restituo:

*Haud equidem mirum factu, quod cernimus extra*
*Si lenitur opus resis, at magis uritur illic,*
*Sollicitándque magis*, &c.

Quando tempestas Ætnæ detumuit, tunc magis nutriri incendium. Quod verum esse colligo ex simili argumento, cùm memini me in Scotia videre fossiles illos carbones, quibus omnis ea natio utitur, in usum ligni, per se paullatim accendi minimo ignis adjumento; sufflatione verò nihil profici. *Scaliger.*

*Ibidem.* Antea legebatur: *si lenitur opus, restat magis*, quod carebat sensu. De voce *reses*, vide dicta ad vs. 162. *Gorallus.*

459. *Certáque — pignora*] Hoc est, certa argumenta, ut jam notavimus ad vs. 40.

460. Nam

Nam simul atq; movent Euri, turbámq; minantur
Diffugit, extemplóque solum tremit, actáque ri
Et grave sub terra murmur demonstrat & ignes.
Tum pavidum fugere & sacris tum cedere rebus

## NOTÆ.

460. *Nam simul atque movet curis*] Pessimè torta lectio. Eg
*Nam simul atque movet cursus, turbátque minutus,*
*Diffugit, extemplóque solum trahit.*

*Curtos ignes*, ut infra: *curtis nihil ignibus obstat.* Vocat *jejuno* ipse paullò antè loquutus est, & languentes, quales diximus c num fossilium; sunt verò ii subtiliores, quàm adulti, &, loquar, ovantes. Nam *curtus* ille ignis inter carbones sem tus pascitur tantùm, non adsurgit. Cui opponunt Græci ὀρθὴν ι γα, & Poëta ὀρθίαν πυρὸς φόδω. *Scaliger.*

*Ibidem.* Pessimè torta; ut verba sua viro summo reponamus; simè, inquam, torta correctio. Quis enim ferat *curtum ignem minutus turbat?* Quis umquam ita loquutus est? Versus pro quem profert, corruptus est, ut videbimus. Sensus etiam, in tam ineptis verbis quærit, vix in iis cerni quem. *Gorallus*

Ibid. *Turbámque minutus*] Jam monui corrigendum esse, t *que minutus.* Movet & turbat, more *Varronis* qui dixit, *ma bat, verba mutant. Scaliger.* Non dubito quidem quin possit dic Ætnæus *turbare*, æquè ac mare; sed *minutus ignis* idémque vix turbare intelligatur. Igitur ad aliam emendationem confi dum nobis fuit, & sequuti quidem sumus, ad hunc versum attinet & quinque sequentes, felicem conjecturam *Jani Vliti.* ctissimi viri, ad *Gratii* vs. 450. Eorum singulas partes explicab & primùm quidem nihil certius, cùm majores venti viscera n subeunt, tum maximas flammarum eructationes excitari. *Curis* feliciter mutatum est in *Euri*, qui hîc pro quibusvis ven muntur. Exigua sanè est mutatio, nec multò major, quæ seq vocum *turbámque minutus*, in *turbámque minantur.* Gorallus.

461. *Ictáque ramis*] Lege: *ictáque rumpit.* Simul ac, inquit minutus ignis, qui est ut aliquod ἰναυσμα & quasi ζωπύρειο sim præteriit densas saxorum ambustorum congeries, extemp lum per quod evasit victor, convellit ac dirumpit. Hoc fit, q insolescens minùs libero aëre fruitur. *Scaliger.*

*Ibid.* Hic cum *Vlitio* legimus *solum tremit*, quod est signun cium majoris incendii, ut docet *Plinius* Junior, in Ep. 16. Li rrat mortem avunculi: *crebris*, inquit, *vastisque trem tabant & quasi mota sedibus suis, nunc huc, nunc illuc ri videbantur.* Ceterùm pro *ictáque ramis*, legimus

emittuntur. 460 Statim enim ac venti flare incipiunt, & tumultum minantur, solum undique tremit, actæque hîc illic rimæ murmur emittunt & flammas. Tum verò à monte, divinitúsque excitato

*rima*, non *ictáque rima*, ut volebat *Vlitius*; quia ita res postulabat & Veneta editio habebat *jactáque*. *Rima icta* quid sit non intelligo, at notum est terram ardore nimio exsiccatam *agere rimas*. Apud *Ovidium* Metamorph. Lib. II, 210. in descriptione incendii Phaëthontei:

*Corripitur flammis, ut quæque altissima tellus,*
*Fissáque agit rimas & succis aret ademtis.*

Deinde per eas rimas auditur murmur internum & erumpunt ignes. *Gorallus.*

462. *Et grave sub terra murmur*] Priùs enim murmur ac fremitus auditur, quàm oculis usurpetur incendium, ut alibi docuimus. Idcirco paullò antè dixit: *

*Certáque venturæ præmittit pignora flammæ.*

Solinus Cap. V. *in Ætnæ vertice hiatus duo sunt crateres nominati, per quos eluctatus erumpit vapor, præmisso priùs fremitu, qui per æstuantes cavernarum latebras longo mugitu intra terræ viscera diu volvitur, nec ante flammarum globos attollit, quàm interni strepitus antecedant.* Scaliger.

463. *Sacris cum credere rebus*] Et hæc quoque vix agnoscat *Corn. Severus* ipse, adeò perturbata sunt. Ad veteres Editiones confugio. Earum aliæ habent: *sacris recedere*; aliæ: *sacris decedere*. Ego lego: *secedere*. *Secedere Deo*, secedere sacris elegantissimum est. *Sulpitia* Romana Sappho:

*Nam tibi secessi, tecum penetrale retractans*
*Consilium.*

*Sacras* res Latinè dixit τὰ θεῖα, ut *Lucretius*, *Veneris res*, τὰ ἀφροδίσια. Sed totus locus ita concinnandus:

*Tum pavidum fugere & sacris secedere rebus*
*Par erit, è tuto*, &c.

Tum confugere, inquit, ad Sacra & preces opus erit, ut pacem Deorum immortalium exposcas, quotiescumque auditur internus ille fragor. Numquam enim auditur, quin subsequatur magnum incendium. *Scaliger.*

*Ibidem.* Meliùs *Vlitius*, *sacris tum cedere rebus.* Editiones Venetæ non variant, nisi quòd utraque habeat *credere*, & Aldina omittat *tum*. Vellem *Scaliger* dixisset quibus Editionibus usus sit. Sensus est apertus, & sequente versu ita confirmatur, vix ut dubius esse ampliùs possit. *Res sacras* vocat Poëta id quod, non sine Deo, fieri intra montis viscera putabat. Vide ad vs. 193. *Gorallus.*

Par erit; è tuto ſpeculaberis omnia colli.
Nam ſubitò effervent operoſæ incendia rupis,
Accenſæ ſubeunt rupes, truncæque ruinæ,
Provolvunt, atque atra ſonant examina arenæ.
Nec recipit flammas mons hic, defeſſus anhelat,
Utque aperit ſe hoſtis, decreſcit ſpiritus illi.
Haud aliter quàm cùm læto devicta tropæo,
Prona jacet campis acies, & caſtra ſub ipſa.
Tum ſi quis lapidum ſummo pertabuit igni,

Aſpe-

N O T Æ.

464. *Et tuto*] *E tuto*, ut jam monui. E ſpecula videbis tutò omnia; nempe, terrificas Ætnæ ruinas contemplaberis. *Scaliger.* Optimè, vult enim Poëta poſtquàm ſpectator ceſſerit diæ procellæ Ætnæ, è remotiori colle omnia tutò ſpectaturum. Quod conſilium ſi ſequutus eſſet *Plinius* major, vapore ſulfureo Veſuvii ſuffocatus non fuiſſet. *Gorallus.*

465. *Onéroſa incendia raptis*] Mihi legendum videtur: *nervis incendia raptis*; ut alibi *nervos* attribuit illi monti:

*Denſa per ardentes exercet corpora nervos.*

Putavi & legendum: *cameris incendia ruptis.* Quod non diſplicet. *Scaliger.*

*Ibidem.* At multò mollior eſt emendatio *Vlitii*, qui rectè animadvertit *operoſam rupem* dici, cui paſſim opus ſuum attribuit *Severus*; vel *operoſa incendia*, ut alibi: *magnis operata ruinis flamma micat.* Gorallus.

466. *Accenſa ſubeunt rupes*, &c.] Conferantur ab iis, qui otio abundant, deſcriptiones incendii Ætnæ à *Pindaro*, *Virgilio*, *Ovidio* & aliis hujus montis cum hac noſtri. *Gorallus.*

467. *Provolvunt*] Id eſt, provolvuntur. Vide ad vſ. 198.

468. *Nec recipit flammas*] Eadem figurâ *Virgilius* de aheno bulliente: *nec jam ſe capit unda.* Scaliger. Sed *capere* & *recipere* non ſunt idem. Vult *Cornelius* noſter montem, poſtquàm evomuit tot & tantas flammas, eas non recuperare; ſed languorem quemdam iis ſuccedere. *Gorallus.*

*Mons hic defeſſus*] Etiam *Virgilius feſſum*, pro fatiſcente, accepit. *Scaliger.* Atqui *feſſus* hic non eſt *fatiſcens*, ſed viribus exhauſtus. Metaphora deſumta eſt ab hominibus labore defatigatis, nec abſimile vero eſt animo Poëtæ noſtri obverſatos fuiſſe hos Virgilianos verſus de Ætnæ ſubjecto gigante, Æneid. III, 581.

Et

tato incendio fugiendum erit, & è remotiore colle omnia prospicienda. Nam paullò pòst magnum exoritur montis incendium, rupes accensæ, & fragmenta montis provolvuntur, sonitúsque atræ arenæ, quam ejectat, exauditur. Dein emissæ flammæ, cùm in montem non redeant, mons veluti defessus respirat, & quo major copia ignis in apertum aërem erupit, eo minùs ferocire videtur. Tunc temporis quæcumque à monte eructata sunt vides circumquaque jacentia, instar copiarum, quæ sub ipso castrorum, quæ oppugnarunt, vallo cæsæ sunt. Quidquid verò lapidum adesum planè est, vi ignis, id

*Et fessum quoties motat latus, intremere omnem*
*Murmure Trinacriam, & cælum subtexere fumo.*

Eodem pertinet verbum *anhelat*, quod simul exprimit crebram respirationem hominis cursu aut alio labore fessi, & tenuiorum vaporum è monte Ætna exhalationem. *Gorallus.*

469. *Atque aperit se hostis*] *Hostis*, ignis. Malo tamen *hosti*, præsertim cùm sentiat montem fatiscere. *Scaliger.* Maluimus legere *Utque*, pro *Atque*, sensu perspicuo. *Se aperire* ignis dicitur qui ex cavernis erupit; & quo egresso, minor est monti, aut etiam igni spiritus; quia jam in patente cœlo latè spargitur & elanguescit. *Gorallus.*

470. *Lato devicta tropæo*] Tropæum hîc pro victoria sumitur, quòd consequi soleat victoriam. Sic *Horatius* Carm. Lib. II. Od. IX, 19. *nova cantemus Augusti tropæa*; hoc est, novas victorias. *Idem.*

471. *Castra sub ipsa*] Puto meliùs lectum iri: *& strage sub ipsa.* Nam error natus ex vitiosa scriptura, *strace*, pro *strage*; ut *subicitare*, pro *subigitare*. *Prona jacens campis acies*, ut ipse loquitur, nihil aliud est quàm strages. Est enim, ut in *Varronem* adnotavimus, arborum cæsarum *strages*, ut segetum *calamitas*. Πάθος est hîc, cùm stragem Ætnæ postquàm deferbuit, aciei devictæ in castris comparat. *Scaliger.*

*Ibidem.* Sed quid opus mutatione? Ut, nimirum, intempestiva eruditio ostentetur. Ætna hîc est castrorum instar, sub quæ arenæ, cineres, pumices, quasi cæsæ copiæ conciderunt & jacent. *Gorallus.*

472. *Pertabuit igni*] Excoctus est maximo igne; metaphorâ ex corpore humano ductâ, quod tabidum esse dicitur cùm humore & succo exhaustum est. Describit autem *Cornelius* pumices, ut sequentia docent. *Idem.*

Aſperior ſopita & quædam ſordida fæx eſt,
Qualem purgato cernis decedere ferro.
Verùm ubi paullatim exſiluit ſublata caduci
Congeries ſaxi, anguſto è vertice, ſurſum,
(Sic, veluti in fornace lapis, torretur, & omnis
Exuitur penitus venis, ſubit altiùs humor;
Amiſſis opibus levis & ſine pondere pumex
Excoquitur) liquor ille magis fervere magíſque,
Fluminis in ſpeciem mitis procedere tandem

In-

NOTÆ.

473. *Aſperior ſopita*] Vitioſa lectio. Ne veteribus quidem excuſis conſtat ſua fides:

*Aſperior ſobaris & quadam ſordida fax eſt.*

Non dubium quin legendum ſit, *aſperior ſcabres, & quadam ſordida fax eſt.* De ſcabre ſupra in Cirin. *Scaliger.*

*Ibidem.* Cùm utraque Editio Veneta habeat *ſopita*, nullam rationem mutandi video, nam ſanè *fax* illa rerum ab Ætna emiſſarum *ſopita*, hoc eſt, exſtincta, eſt aſperior quàm antea. *Theophraſtus* Libro de Lapidibus: ὁ δὲ Λιπαραῖος ἐκπορῦταί τε τῇ καύσει καὶ γίνεται κισσηροειδὴς, ὥσθ' ἅμα τήν τε χρόαν μεταβάλλειν καὶ τὴν πυκνότητα· μέλας τε γὰρ καὶ λεῖός ἐστι, καὶ πυκνὸς ἄκαυστος ὤν. γίνεται δ' οὗτος ἐν τῇ κισσήρει διειλημμένος ἄλλοθι καὶ ἄλλοθι, καθάπερ ἐν κυτταρείῳ, καὶ οὐ συνεχής: *Liparæus exinanitur uſtione & fit pumicoſus, ita ut mutet ſimul colorem & denſitatem; niger enim & lævis eſt & denſus, cùm non eſt uſtus; fit verò hic in pumice hinc & inde pertuſus, quemadmodum in cellulis favi, nec continuus.* Sed quid opus eſt teſtimonio Veterum, ubi res oculis pumices ſpectantibus quotidie manifeſta eſt? *Gorallus.*

474. *Qualem purgato*] Id eſt, σκωρία σιδήρου. Totus autem verſus ita legendus: *qualem purgato cernis decedere ferro.* Scaliger.

... *Sublata caduci congeries ſaxi*] Sic antiquior Veneta Editio ha... ...m in ceteris legamus *caducis ſaxis*, ſine ſenſu. Hoc vult Se... ...ſtquàm pumices exſilierunt è crateribus, effundi molarem ...quefactum. *Caducum ſaxum* dicitur, quod ejectatum è ... vicinos campos veluti è nubibus cadit. Vide ſæpiùs lau... ..., de morte avunculi, Epiſtolam. *Gorallus.*

476. *E*

d scabrâ superficie est & instar cujusdam purga-nenti ; qualis est scoria, quæ à purgato liquefa-ꝺtione ferro separatur. Verùm postquàm paul-atim ex crateribus Ætnæ congeries pumicum sub-ata est, atque per angustum eorum verticem eje-ꝺta (nam lapides illi intra Ætnam, ut silex in ornace calcaria, coquuntur, omnique exuuntur ucco, qui alias montis partes altiùs subit, do-iec in leves pumices sint conversi) tum de-num liquefactus molaris, magis ac magis fer-ret, exundátque è crateribus, instar fluvii, at-que

476. *E vertice surgunt*] Sic legitur vulgò, sed cùm illud *surgunt* iominativum nullum habeat, quò referatur, nullúmque prorsus ariat sensum, scripsimus *sursum*. Nam *sursum* pellitur illa conge-is caducorum saxorum. Vide Epistolam *Plinii* junioris memoratam. *dem.*

477. *Sic veluti in fornace*] Debebat dicere *veluti cùm in fornace*; sed leganter τὸ *cùm* subintelligitur, ut alibi : *Nam veluti sonit aura.* lenum enim erat, *nam veluti cùm sonit aura.* Porrò ut hunc illu-res, lege *Vitruvium* Lib. II. cap. 6.

*Ibidem.* Nil hìc subaudiendum, hæc enim verba sunt parenthesi laudenda; quippe quæ continent rationem, quâ pumices in Ætna unt; quam confert cum ea ratione, quâ silices in fornacibus exco-uuntur, ut ex iis calx fiat. Locus autem *Vitruvii*, quò respexit *caliger*, appositus sanè & conveniens huic negotio, hic est, ubi post-uàm de spongia seu pumice loquutus est, qui circum Ætnam, si-iilibúsque locis invenitur. *Videtur*, inquit, *esse certum ab ignis ve-mentia ex topho terráque (quemadmodum in fornacibus & à calce) ita c his ereptum esse liquorem.* Gorallus.

478. *Subit altiùs humor*] Hoc est, vicinas montis partes, in va-orem redactus, subit. *Idem.*

479. *Lavis sine pondere*] Scribe: *levis & sine pondere.* Dicit au-em *excutitur*, ut notet verbum aptum cribrationi. Sic *Persius*: *& puls cribro decussa farina.* Scaliger.

*Ibidem.* In Scaligerana, ut in aliis Editionibus, legere est *exuitur*, on *excutitur*. Quare aliud agebat vir magnus. *Gorallus.*

480. *Liquor ille magis servare magisque*] Legendum haud dubiè *ervere.* Scaliger.

481. *Fulminis in speciem*] Aldina habet *fluminis*, quam certissi-nam esse lectionem sequentia ostendunt. *Gorallus.*

Incipit & primis demittit collibus undas.
Illæ paullatim bis ſena in millia pergunt,
Quippe nihil revocat, atris nihil ignibus obſtat,
Nulla tenet fruſtra moles; ſimul omnia purgant,
Nunc ſilvas, rupéſque vorant hæc tela; ſolúmque
Ipſum adjutat opes, facilémque ſibi induit amnem.

Quòd

## NOTÆ.

482. *Primis demittit collibus undas*] Lego: *& privis demittit callibus undas. Privum*, ἕκαςον. *Lucillius.*

*——— abdomina thunni*
*Advenientibu' priva dabo, cephalaáque Atarna.*

*Callibus*, διαυλωνισμοῖς, quod eſt verbum Ariſtotelicum. *Lucretius: ſecretos egit calles mare.* Scaliger.

*Ibidem.* Cave quidquam mutaris, nam præterquàm quòd nihil mutant antiquæ Editiones, hoc vult Poëta, liquefactum lapidem molarem, per crateres erumpentem, per colles demitti, qui primi occurrunt, aut qui ſummi ſunt, quippe primi, ſi à ſummo monte numerare colles inceperis; deinde ulteriùs progredi. Vide ad verſ. 201. locum *Strabonis*, quo hic defluxus deſcribitur. *Gorallus.*

484. *Quippe nihil revocat*] Diximus *curtos ignes* ſubtiliores eſſe, & nihil iis obſtare quominùs viam perrumpant; quod etiam intelligitur, cùm ait, *omnia purgans.* Nam *purgare viam* eſt omnia impedimenta amoliri; & area pura, & locus purgatus, ubi, ſcilicet, nihil immolitum eſt. Nam qui legunt, *ſimul omnia pugnant*, neque purgatum cerebrum habent, & omnes rationes cum illis pugnant. Sed & improbè ſequentia conjungunt:

*Nunc ſilvas rupéſque vorat hac tela ſolúmque.*

Cùm periodus ſit poſt *vorat.* Sequentia verò: *hac tela, ſolúmque: Ipſa adjutat opes*, ſunt pro epiphonemate. Et ut *Cicero* dixit, *parſimoniam non mediocre telum eſſe ad virtutem*; ſic hîc omnia adjumenta vocat tela, elegantiſſimè ſanè. Quod ad Græcorum imitationem dictum: ἡ φειδὼ οὐ φαῦλον ὅπλον πρὸς τὴν ἀρετήν. Ita loquitur *Dionyſius* Halicarnaſſeus. *Plautus* Epidico: *Opus eſt homine, qui illò argentum deferat pro fidicina. Nam telo non æquè opus factо eſt.* Scaliger.

Ibidem. *Curtis nihil ignibus obſtat*] *Curti ignes*, ut jam diximus, inaudita eſt & dura loquutio. Itaque *atros ignes* vocandos credidimus, quod epitheton optimè convenit liquefacto lapidi; qui *ater ignis*

: è summis rupibus devolvitur. Fluctus ejus in-dum, per sex passuum millia, progrediuntur; iil enim eos retinet, nec atro illi igni obicem, i resistere possit, opponit, nulla moles eum tum sistit; quidquid est impedimentorum pro-'nit aut absumit, silvas, rupésque absorbet, quasi ım ignitum, quod omnia perrumpit. Quin & so-n ipsum ejus vim adjuvat, ac libenter fluvium sibi cogna-

dicitur, cùm ut opponatur flammæ splendidi ignis, tum etiam atri coloris erat, ut ex *Strabone* ostendimus ad vs. 201. Quin & 90. ubi *acres flammas*, ex Aldina editione, scripsimus habent *atras*. Gorallus.

85. *Simul omnia purgant*] Sic rectè *Scaliger*, nam antiqua Editio eta habet *purgans*. Idem.

86. *Vorant hæc tela*] Quidquid habeat vir summus, hæc con-ktim edidimus; cùm nullus alioqui sensus, sine nimia mutatio-inveniri possit. Vult ergo *Severus* liquefactis saxis, quasi igni-:lis, è monte emissis, omnia vorari atque absorberi, quod fa-est intellectu. *Idem.*

87. *Ipsa adjutat opes*] Hic portentosa versuum transpositio ac per-:itas fecit, ut non solùm sensus perturbatior, sed & lectio men-ior evaserit. Primùm igitur consulamus ordini. Deinde ad m stabulum Augiæ nos conferemus. Ita enim digerenda hæc ::

*Ipse adjutat opes, facilésque sibi induit annos.*
*Quod si fortè cavis cunctatus vasibus hæsit,*
*Ut pote inæquales volvens perpascitur agros,*
*Ac primùm tenues curvans cit Mulciber orbes,*
*Paullatimque ignes coëunt & flammea messis.*
*Sicuti cùm curvo rapidum mare cernitur æstu,*
*Progrediens latè diffunditur & succernens*
*Ingeminat fluctus & stantibus increpat undis.*
*Flumina consistunt ripis, & frigore durant.*
*Exuitur facies tunc prima ut quæque rigescit.*

*adjutat*, ipsemet ignis suopte ingenio se se adjuvat, ac repa-Hoc enim est *annos induere*; non secus ac ubi in messes ignis in-iit. Primùm tenues orbes, inquit, sinuat; deinde cùm plus ioris materiæ amplexus fuerit, paullatim latè crescit ac totam se-m corripit, ut videmus sensim æstum maris crebescere. *Sca-*

*id.* Parum felix hîc fuit vir doctissimus, cùm in ordine mutan-tum in singulis explicandis, quæ omnia fermè torquet. At-

 qui

Quòd si fortè cavis cunctatus vallibus hæsit,
Ut pote inæquales volvens perpascitur agros,
Ingeminat fluctus & stantibus increpat undis:
Sicut cùm curvo rapidum mare cernitur æstu,
Ac primùm tenuis sinus exigit ulteriores,

Pro-

N O T Æ.

qui sine ulla transpositione, exiguâ ac planè necessariâ mutatione, omnia sanari potuerunt, & in clara luce collocari. Primùm legimus, *ipsum adjutat opes*, quod referimus ad *solum* quod adjutat vim ignis. Pro *ipsum* scriptum fuerat *ipsu*, impositâ lineâ, quâ oculos fugiente, scriptum est *ipsa*, ut referretur ad *tela*, perabsurdè. Ipsum solum Ætnæum dicitur adjuvare flammeum amnem, quia habet & ipsum materiam ardori alendo aptam; sulfur, nimirum, ac bitumen. *Sibi induere annos* quî ignis dici possit eo sensu, quem profert *Scaliger*, nullo modo intelligo, nec quisquam, ut puto, ita umquam loquutus est. *Gorallus.*

Ibid. *Facilémque sibi induit amnem*] Sic emendavimus, sensu aperto. *Solum induit sibi amnem facilem*; hoc est, amnem excipit, eóque facilè delabente se se tegit. Hunc amnem descripsimus, ex *Strabone* ad vs. 201. Pro *annos* Aldina habet *annis*, sed *amnem* legendum sequens versus demonstrat. Unum atque alterum mendum multa alia hîc pepererunt. *Idem.*

488. *Cavis cunctatus vallibus*] Absurdè legebatur *vasibus*, hîc enim sermo est de *vallibus* Ætnæ subjectis, quas *cavas* à Latinis, & *κοιλάς* ac *κοιλάδας* à Græcis vocari nemo nescit. *Virgilius* Georg. II, 390.

*Complentur vallésque cava saltúsque profundi.*

Et res ipsa & vox *cavis* monere debuerant *Scaligerum* de vera lectione; cùm præsertim sequentia idem ostendant. Participium verò *cunctatus*, manifestò indicat præcessisse nomen singularis numeri ad quod referri queat, hoc est, *amnem*, cùm de fluvio hîc agatur. Miror hæc *Scaligeri* acumen fugisse. *Idem.*

489. *Ut pote inæquales*] Et hîc quoque τὸ *cùm* subauditur, ut bis suprà. Quod si, inquit, inferioribus partibus stupescens, ac piger hæsitet ignis, non aliter se promovere solet ac ignis, cùm in segetes incubuit. Jam diximus. *Scaliger.*

*Ibidem.* Imò aliquando liquefactus lapis hæret in cavis vallibus, quia agri Ætnæ subjecti inæquales sunt. Res est adeò clara, ut probatione, aut interpretatione non indigeat. Planè dormitabat hîc vir acerrimi ingenii. *Gorallus.*

490. *Ingeminat fluctus*] Fluctus novi accedunt, è superioribus delapsi,

cognatum ſuſcipit. Quòd ſi fortè in profundiores valles ſit primùm delapſus; quippe cujus decurſus eſt per inæquales agros; 490 plures deſcendunt fluctus, qui priores undas propellunt: quemadmodum, cùm mare magno æſtu agitur, tenuïor unda remotiorem eamdémque ampliorem pellit, &

lapſi, qui veluti increpant ſonitu ſuo antecedentes, quòd illic ſteterint. *Idem.*

491. *Sicut cum curvo*] *Curvum æſtum* vocat, cùm adhuc, ut Poëtæ loquuntur, non κορύσσεται vel κορθύεται, ſed curvi maris adhuc faciem retinet. Mallem tamen *torvo*, non *curvo*. Scaliger.

*Ibidem.* Ego verò *curvum æſtum* rectiùs exiſtimo vocari, qui *curva littora* alluit, ac verberat. Hinc Poëtis *curva aqua* & *curva freta*, quorum exempla ſuppeditabit *Rob. Stephanus* in Theſauro. Sic & Poëta noſter loquutus vſ. 95. *curvis agitatur ab undis.* Gorallus.

Ibidem. *Mare cernitur æſtu*] Rectè vidit *Scaliger* metaphoram eſſe à cribro tranſlatam. Quemadmodum enim quæ cribrantur huc illuc in cribro agitantur, & cribri parietes verberant: ſic mare in alveo, variis ventis pulſum, littora hinc atque illinc verberat. Eodem pertinet participium *ſubcernens* vſ. 493. *Plinius* Lib. XVIII. c. 11. ubi deſcribit Alicæ adulterandæ rationem: *Alica*, inquit, *adulterina fit maximè quidem è Zea, quæ in Africa degenerat. Latiores ejus ſpicæ, nigrioréſque & brevi ſtipulâ. Piſunt cum arena, & ſic quoque difficulter deterunt utriculos, fitque dimidia nudi menſura. Poſteáque gypſi pars quarta inſpergitur, atque ut cohæſit, farinario cribro ſubcernunt. Quæ in eo remanſit exceptitia appellatur, & grandiſſima eſt. Rurſus quæ tranſit arctiore cernitur*, &c. Gorallus.

492. *Ac primum tenuis*] Ex hoc monſtro lectionis hæc eruimus,

*Ac primùm tenues ſinuans cit Mulciber orbes*

Id quod uno verbo Græci dicunt εἰλυφάζειν. Inæquales agros, propter quos nunc langueſcit, nunc adſurgit ignis, cùm ubique non ſit æqualis culmorum ſeges. *Scaliger.* Nempe, hunc verſum ſubjicit 489: quod monſtrum eſt, ut cum ipſo loquar, tranſpoſitionis, nec ſanior interpretatio. *Gorallus.*

Ibid. *Tenuis ſinus*] Hoc eſt tenuis unda incurva, ad inſtar ſinûs. *Virgilius* Æneïd. XI, 624. in deſcriptione maris, quod æſtu cernitur;

*Qualis ubi alterno procurrens gurgite pontus,*
*Nunc ruit ad terras, ſcopulóſque ſuperjacit undam*
*Spumeus, extremámque ſinu perfundit arenam,*
*Nunc rapidus retrò, atque æſtu revoluta reſorbens*
*Saxa fugit, littúſque vado labente relinquit.*

Ubi *Servius*: SINU, *curvatione & flexu undarum.* Idem.

Progrediens latè diffunditur & ſubcernens.
Flumina conſiſtunt ripis ac frigore durant,
Paullatímque ignes coëunt, ac flammea meſſis.
Exuitur facies tunc prima; ut quæque rigeſcit,
Effumat moles, atque ipſo pondere tracta
Volvitur ingenti ſtrepitu, præcépſque ſonanti
Cùm ſolido inflicta eſt, pulſantis diſſipat ictus.
Et quà diſſoluta eſt, candenti roborc fulget,
Et micat examen plagis; ardentia ſaxa
Scintillant. Procul ecce vide, procul ecce ruentes,

In-

## N O T Æ.

493. *Progrediens latè*] Catullus.

*Procedunt, leviterque ſonant plangere cachinni.*

Scaliger.

Ibid. *Et ſubcernens*] *Fluctus ſubcernens*, non mare; ut *mare mutat, mare turbat*; hoc eſt, ſpiſsè criſpatus fluctus. Metaphora à cribro. *Plautus:*

*Pol quidem hic gradus ſubcretu'ſt cribro pollinario.*

Idem. Locus exſtat Pœnuli Act. III. S. I, 10.

494. *Flumina conſiſtunt*] Metaphoricè dixit, ſuper liquefacto ſaxorum robore. Continuat enim quod ſupra dixerat:

——— *liquor ille magis fervere, magiſque*
*Fluminis in morem mitis procedere tandem.*

[illegible] ibi eſt liquefactus, more Græcorum, qui dicunt μει-[illegible], ut *Homerus.* Sic Latini *mulcere ferrum*, à quo *Mulci-*[illegible] [illegible]ur ait tandem veluti ripis quibuſdam flumina lique-[illegible]rum cohiberi; poſtea πήγνυϑαι τὴν τακεῖσαν ὕλην, [illegible]eri μυλίτην λίϑον. *Scaliger.* Vide ad vſ. 201.

[illegible]*llatímque ignes*, &c.] Hoc eſt, ignitus ille liquor, qui in [illegible] meſſis flammeæ, paullatim concreſcit. Poſſit & con-[illegible] *maſſa*, nam *maſſa* vox eſt huc pertinens. Temerè hunc [illegible] loco movit *Scaliger*. Gorallus.

499. *Cùm ſolido inflexa*] Lege *inflixa* ἀρχαϊκῶς pro *inflicta*. Sic indifferenter dicebant *affictus, affixus*, ut *Varro.* Mox lego: *& quà diſploſa eſt.* Idem.

Ibi-

& dum progreditur, latiùs diffunditur, ac reciproco motu agitatur. Tandem flumina illa lapidum liquefactorum, cùm ad ripas aliorum fluviorum pervenerunt, in iis consistunt, frigoréque vicinæ aquæ pristinam duritiem recuperant, & paullatim fervida illa materia concrescit. Tum verò prior ejus mutatur facies, & rigescentes moles fumum emittunt, interdúmque solo suo pondere actæ, ingenti cùm sonitu devolvuntur, atque ex alto delapsæ, si in lapides incidant, ictu ipso franguntur & quà sunt fractæ candent ostendúntque quæ sua sit natura; cùm subitò scintillas emittant. Si in remoto colle staremus, procul subinde videremus ruentes in utramque partem ignes, unde colligeremus

Ibidem. *Pulsantis*] Aldina Editio habet *pulsator*. Sensus est ictu lapidem illum frangi. *Idem.*

500. *Quà disclusa est*] Quà fracta est, ac divulsa candida est, quamvis extrinsecus nigra. *Idem.*

501. *Emicat examen plagis*] Hoc est, examen plagarum, ut *grumos spargit solo.* Propertius:

*Desit odoriferis ordo mihi lancibus* ——

Ἓν διὰ δυοῖν. *Scaliger.*

*Ibid.* Hoc vult Poëta, plagis vel ictibus, quibus scintillæ excitantur, probationem lapidis fieri; nam, nisi ignis emicet è lapide pulsato, non esse eum pyriten. *Gorallus.*

502. *Procul esse fide, procul esse*] Et lectio & interpunctio vitiosa. Ita lege, ita interpunge:

—— *ardentia saxa*
*Scintillant, procul ecce fide, procul ecce ruentes*
*Incolumi fervore cadunt utrimsecus ignes.*

*Procul fide*, ut *procul dubio*. Est mira δεινότης. Quasi in subito tumultu, ac inopina consternatione hoc dixerit; ut, *ecce manus juvenum*, &c. Scaliger.

*Ibidem.* Reverâ Poëta, ratiocinatione subitò omissâ, quasi præsens rei adesset & lapides adcretos ex summo Ætna cadentes procul è tuto colle videret, intentoque digito ostenderet: *procul ecce*, inquit, *vide*, *procul ecce ruentes ignes*, &c. Nam illud *procul fide* & inauditum est & alienum ab hoc loco. Vult Poëta ex lapide utroque collisso ruere ignem, quod verum est. *Gorallus.*

503. Ve-

Incolumi fervore cadunt utrimsecus ignes.
Si fuerit quondam ut ripas trajecerit amnis,
Vix cuneis quisquam fixis dimoverit illam.
Vicenos persæpe dies jacet obruta moles.
  Sed frustra certis disponere singula causis

Ten-

N O T Æ.

503. *Verum impetus*] Non malè, quantum judicare possum, divinavi *utrimsecus*; ex duobus, scilicet, crateribus; nam duo *ῥύακας* præcipui fuerunt. Auctor *Lucretius* & *Solinus*. Alii tres faciunt, *Strabo* etiam quartum novum addit. *Scaliger*. Sed hîc de crateribus sermo non est, verùm de duobus lapidibus inter se collisis. Alioquin *utrimsecus* eleganter conjecit, pro utrimque. De ea voce vide quæ habet *Ger. Joan. Vossius*, in Etymologico, ad voculam *secus*. Ideò hîc à Librariis mutata, quòd rarior sit, ut sæpe alibi factum est. *Gorallus*.

504. *Si fumant*] Non meliùs huic loco est, quàm superiori. Sed haud dubiè ita integritati restituetur.

> *Sic fumant, quondam ut ripas trajecerit amnis*
> *Vix junctus.*

More redundantis amnis, qui ripas suas transcenderit, ait furere liquidos flammarum torrentes; & dixit *amnem vix junctum*, ut *Virgilius: pontem indignatus Araxes*. Nam propriè juncti fluvii sunt, qui pontem patiuntur. Quod si mihi non credis, audi *Senecam*, quasi digito hæc demonstrantem: *Nam quamdiu*, inquit, *non impeditur, facilè fluit. Quum offendit & retinetur, insanit, & moras suas abrumpit, non aliter quàm ille* pontem indignatus Araxes. *Quamdiu illi facilis & liber alveus, primas quasque aquas explicat.* Quamquam *Seneca* de fluvio pontem abrumpente, *Virgilius* verò de fluvio *jugum* servile detrectante intellexit. *Scaliger*.

*Ibidem*. Verùm agit hîc Severus de liquefacto lapide, qui si fortè incidat in amnem, continuò indurescit, & vix ac ne vix quidem illinc extrahi potest. Itaque pro, *si fumant*, legimus *si fuerit*; hoc est, si contigerit aliquando, ut, superatis amnis ripis, in eum inciderit. Nam *esse* non raro significat contingere, si sequantur adverbia *cùm*, vel *ut*. *Terentius* Hecyræ Act. III. Sc. I, 28.

> —— *Nam sæpe est, quibus in rebus alius ne iratus quidem est,*
> *Cùm eadem de causa est iracundus factus inimicissimus.*

Ubi *Donatus* interpretatur *evenit*. Idem Phormione Act. V. Sc. VII, 32.

*sin*

mus incolumem iis lapidibus effervescendi naturam servatam. Quod si in fluvium fortè liquidæ massæ inciderint, illinc concretæ vix cuneis ac vectibus possunt amoveri. Per plures interdum dies obrutæ jacent, priusquàm extrahi queant. Sed frustra singulorum rationem reddere ordine

——— *sin est ut velis*
*Manere illam apud te, dos hic maneat, Demipho.*

Gorallus.

Ibidem. *Quondam*] Hoc est, *aliquando*, nam quondam dicitur quasi *quodam tempore*, si Etymologorum doctissimis credimus. Sic *Virgilius* Æneïd. II, 763.

*Quondam etiam victis redit in præcordia virtus.*

Idem.

505. *Vix cunctis*] Legimus *cuneis*, pro quo possit etiam legi *cuneo*, si retineatur *fixo*, quæ vox *fixo*, nos hac de lectione admonuit; nam ut lapides dimoveantur, figuntur cunei in excavata foramina, aut inter humum & lapides, ut vectium facilior sit usus. Alioquin antiquior Veneta habet *junctis*, pro *cunctis*, quod *Scaligerum* in errorem induxit. *Idem.*

Ibidem. *Quisquam fixo*] Non ergo hoc Lernæo monstro defuncti sumus. Nam quæ capita mendorum subnascuntur? Quis hanc lectionem intelligat? Ergo legendum:

——— *quisquam vix olim noverit illas.*

Ut enim vix agnoscuntur margines fluvii, quem imbres super notas aluere ripas, ut canit *Horatius*: ita vix locus, in illa incendii strage, agnoscitur, cùm persæpe vicenos dies obruta moles jaceat. *Scaliger.*

*Ibidem.* Monstrosis Hydræ prioris capitibus, à se resectis, nova substituit, & ouidem ejusmodi capita, quæ corpori minimè conveniunt. Agit etiamnum Poëta de flumine liquefacti lapidis molaris, ut jam diximus, útque sequentia liquidò ostendunt. Quænam est enim *moles*, de qua *Severus*, nisi concretorum molarium massa? Igitur nihil hîc mutandum, nisi *fixo* in *fixis*, quia antecessit *cuneis*. Alioqui legi etiam posset *cuneo quisquam fixo*, &c. Gorallus.

Ibid. *Illam*] Nempe, molem concreti lapidis. Absurdè antea legebatur *illas*, quasi referretur ad *ripas*. Idem.

506. *Vicenos*] Obtinet viam ἐπιφωνήματος. *Scaliger.*

507. *Disponere singula causis*] Singula referre ad suas causas, eásque ordine explicare. *Lucretius* Lib. V. pag. 632. Ed. Lambini Vecheliana:

——— *pluréisque sequor disponere causas*
*Motibus astrorum.* Gorallus.

509. Ma-

Tentamus, si firma manet tibi fabula mendax,
Materiámve aliam credis, furvo igne favillæ,
Plurima proprietate simul concrescere, sísque
Commistum lento flagrare bitumine sulfur.
Nam pòst exustæ cretæ quoque robora fundit;
Et figulos hîc esse vides; dein frigoris usu
Duritiem revocare suam, & constringere venas.
Sed signum commune leve est, atq; irrita causa,
Quæ trepidat; verum tibi certo pignore constet.
Nam

## NOTÆ.

509. *Materiam ut credas aliam furere igne favillam.*] Interpolatitia lectio, cùm vetus fuerit: *materiámve aliam credis* — & credis favillam furere materiam aliam igne; hoc est, si credis illam favillam, quæ furit, aliam materiam esse quàm ignem. Nam propterea vocavit *Virgilius*, *candentem favillam*, ut eam ostenderet ex verè flammante igne erumpentem; cùm etiam favilla mortua, quam μαρίλλω vocant Græci, possit emitti ex pigris & sopitis ignibus. Sed ignis Ætnæ est vegeta flamma, non tantùm λιγνὺς. Quare immeritò reprehenditur *Virgilius* ab illo Græculo, cujus cùm nugas in commentarios suos retulerit *Gellius*, non tantùm illi, sed & sibi quoque ἀβελτερίαν προσεβάλλετο. Porrò dixit *aliam igne*, ut *Horatius*:

*Néve putes alium sapiente, bonóque beatum.*

Est ἑλληνισμός. Sed consultius, si, pro *furere*, legamus *furvo*. Hæc sanè vera est & certa conjectura. *Scaliger.*

*Ibidem.* Emendanti adsentimur, at non interpretanti. Sensus est: si credas aliam quampiam materiam, multis rebus mistam, & furvo igne favillarum liquefactam concrescere. Nimirum, molari maximè lapidi incendia Ætnæ tribuit. *Gorallus.*

510. *Plurima proprietate*] Repete *si*. Si plurima etiam in ipsis præterea περιϋπάρχειν putas; hoc est, ut loquitur *Ennius*,. plurima præter propter concrescere; nimirum, propter περικαταρχτικὰς αἰτίας. *Scaliger.*

*Ibid.* Imò intellige, *nempe*; ita ut *plurima*, per appositionem, conjungatur cum *materiam*. Sententia est, plurima variarum proprietatum simul liquefieri & concrescere, non ex uno lapide molari flumen igneum constare. *Gorallus.*

Ibid.

line conamur, si etiamnum fidem habes Poëtarum fabulis, aut credis aliam materiam igne Ætnæo cum molari lapide liquefactam misceri, proprietatésque suas cum eo communicare, & bitumen ac sulfur simul concrescere. Quod falsum esse licet vel ex eo intelligere, quòd postea mons exustam cretam evomat, unde fit ut sint in vicinia figlinæ; deinde ea creta frigefacta æquè dura ac constipata fit, ac antea. At non satis firma sunt argumenta, quæ pluribus rebus aptari queunt: nec causa satis apta haberi potest, quæ dubia est; necesse est id, quod verum esse dicimus, non dubiis argumentis constare.

Ibid. *Sicque*] Lege: *sique*. Scaliger.

511. *Commissum lento*] Veteres Editiones habent constanter, *commissum vento*. Fortasse, *commistum Veneto*. Nam bitumen Venetum vocari puto, quod *Martialis* Venetum lutum dixit:

*Resinà, Veneto vel resecare luto.*

Nihil tamen affirmo. *Idem*.

*Ibidem*. Aldina tamen habet *lento*, quod melius est, & à nobis prælatum. *Lentum* enim est non tantùm molle & quod facilè flectitur, sed etiam viscidum. *Virgilius* Georg. II, 248.

*Pinguis item quæ sit tellus, hoc denique pacto,*
*Discimus; haud umquam manibus jactata fatiscit,*
*Sed picis in morem ad digitos lentescit habendo.*

Ubi *Servius* interpretatur *cohæret*. Gorallus.

512. *Nam post exhaustam cretam*] Lego: *nam post exusta creta quoque robora fundit. Robur cretæ*, ut alibi, *robur ferri*. Scaliger. Veneta antiquior habet *exustum*. Probat autem *Severus*, unà varia vi ignis non misceri, quando quidem Ætna, post ejectatum lapidem molarem, meram cretam eructat. *Gorallus*.

513. *Et figulos hîc esse vides*] Et figlinas hujus rei fidem facere, nam ibi esse figlinas; quæ non essent, si creta ibi non erueretur. *Scaliger*.

515. *Signum commune leve est*] Hoc est, nihil certò possis colligere ex signo, quod variarum naturarum rerum possit esse commune. *Gorallus*.

516. *Quæ trepidat*] Quæ dubia est, nam quæ trepidant opponuntur firmis, ac certis. Eadem metaphorâ, incerta *vacillare* dicuntur. Contra *immota* ac *firma* dicuntur ea quæ, si expendantur, in dubium revocari nequeunt. *Idem*.

Ibi-

Nam velut arguti natura eſt æris, & igni
Cùm domitum conſtat, eadémque & robore ſalvo,
Utramque ut poſſis æris cognoſcere partem:
Haud aliter lapis ille tenet (ſeu fortè madentes
Effluat in flammas, ſeu ſit ſecurus ab illis)
Conſervátque notas, nec vultu perdidit ignes.

Quin

## N O T Æ.

Ibidem. *Verùm ubi certo pignore*] Lege: *verum tibi certo pignore conſtet.* Nam pignore, hoc eſt, ſequenti comparatione confirmat. *Scaliger.*

*Ibidem.* Præceptum eſt hoc Philoſophicum, quo *Severus* noſter negat dubiis adſentiendum, aut verum umquam vocandum, niſi quod certis argumentis conſtat. Egregium ſanè monitum, & quo accuratior Recentiorum Philoſophia præſtantius nullum complectitur. *Pignus* pro argumento ſumi oſtendimus ad vſ. 40. *Gorallus.*

517. *Natura eſt æris & ignis*] Legendum omnino eſt:

*Nam velut arguti natura eſt æris, & igni*
*Cum domitum conſtat, eadémque & robore ſalvo,*
*Utrum utrum ut poſſis æris cognoſcere portam.*

Hoc eſt, ut ferri eadem natura eſt & cùm fuſum eſt, & antequàm funderetur, ut una eademque vis ſit illi. *Scaliger.*

519. *Utramque ut poſſis*] Veteres Editiones: *ultra quàm poſſis* Suſpicatus ſum poſſe legi non incommodè *utrum utrum ut poſſis.* Nam *utrumtrum* compendiosè ſcriptum fuiſſe auguror. Plena ſententia eſſet, ut neſcias utram poſſis cognoſcere. Tamen illud *portam* ſuſpectum mihi eſt. *Scaliger.*

*Ibidem.* Ego verò non dubito quin *ultra quàm*, quod eſt in antiquiore Editione Veneta, ſit mendum pro *utramque.* Sic enim legendum clara loci, nec dubia ſententia oſtendit. Ait enim *Severus*, & æris, quòd liquefactum fuit, & ejus quod minimè liquefactum, unam eamdémque eſſe naturam, adeò ut & liquefactam *partem* (ſic enim legendum, non *portam*) & non liquefactam, cognoſcere poſſimus utramque eſſe unius metalli *partem.* Gorallus.

520. *Haud aliter lapis illè tenet.*] Putem Græcanicè dictum, *lapis haud aliter tenet*, ὅτως ἴχει. Scaliger. Malim ordinem hunc verborum ſtatuere: retinet conſervátque notas, vel naturæ ſuæ certa argumenta, adeò ut ſequentia quaſi parentheſi clauſa habeantur, uſque ad *conſervat*; quod miror à *Scaligero* non eſſe animadverſum. *Gorallus.*

Ibi-

ſtare. Quemadmodum autem eadem eſt natura maſſæ æreæ, ſive liquefacta fuerit, ſive numquam ignem experta ſit, ita ut utramque æream eſſe intelligas: ſic & lapis molaris, ſive liquefactus fuerit flammis, ſive eas non ſenſerit, retinet proprietates ſuas, externáque ſpecie, ignem, quem complectitur præfert.

Quin

Ibidem. *Seu fortè madentes*] Ambitioſiùs liquidas flammas *madentes* vocavit. Ὑγρὸν μένος πυρὸς dixit *Empedocles*. Vereor tamen ne legendum ſit *domantes*. Παντοδαμάτωρ πῦρ. *Scaliger*.

*Ibidem*. Nihil mutandum, nam non Poëtæ tantùm, ſed & Philoſophi vulgò ὑγρὸν vocant non humidum tantùm, ſed & quidquid liquidum eſt. Vide *Ariſtotelem* de Gener. & Corrupt. Lib. II. c. 2.

522. *Conſervátque notas*] Hoc eſt, οὐκ ἀλλοιοῦται, ut vinum dicitur *perdere notam*, cùm aut acuit, aut alio quovis caſu alteratur. Nam dicebant *nota vini*. Horatius:

—— *Chio nota ſi commiſſa Falerni eſt.*

Quod tamen non vini, ſed numorum proprium eſt. Nam malæ notæ numi πονηροῦ κόμματος, παράσημοι, κίβδηλοι, παρακεχαραγμένοι *Ariſtophani*. Hinc tralatitiè *homines de meliore nota Ciceroni* & *Catullo*. De vino verò & fructibus, propriè nomen dicebatur, à quo dixit Cato: *ne vinum nomen perdat*. Virgilius:

*Nec Baccho genus, aut pomis ſua nomina ſervant.*

Scaliger.

*Ibidem*. Erudita ſunt quæ hîc habet vir ſummus, ſed nihil ad rem faciunt. *Nota* enim dicuntur à *Severo* qualitates ac proprietates, quibus ſingula rerum genera à ſe invicem dignoſci poſſunt, ut ſequentia oſtendunt, ubi recenſentur illæ notæ. Sic *Plinius* in inſcriptione Sect. XLVII. Lib. XXII. habet: *nota venenatorum*; nempe, fungorum. Sic & Græci vocem χαρακτὴρ aliquando uſurpant. *Gregorius* Nazianzenus Orat. XXXIV. pag. 552. quærit à Philoſophis, πῶς ἑστηκότα τε τὰ εἴδη καὶ τοῖς χαρακτῆρσι διεστηκότα; *quomodo ſpecies ſint firma, & notis diſtincta?* hoc eſt, proprietatibus. *Gorallus*.

Ibid. *Vultu perdidit ignes*] Etiam in ipſo vultu indicat ignes, nam πυῤῥὸς eſt ille lapis. Sed non malè legeretur:

—— *nec vultum perdidit igne.*

Nam dixit, *conſervare notas*. Scaliger.

*Ibidem*. Habet hîc Aldina, nec *vultum perdidit ignis*. Sed vulgatam lectionem prætulerim, cùm optimus ſit ejus ſenſus. Vult enim Poëta lapidem molarem *ipſo vultu* etiamnum præferre ignes, quamvis liquefactus fuerit. *Vultus* & *facies* externam ſpeciem paſſim notant. *Gorallus*.

Quin etiam externum nil ei calor ipse resolvit,
Non odor, aut levitas; putris magis ille, magisque,
Una operis facies, eadémque per omnia terra est.
Nec tamen inficior lapides ardescere certos,
Interiùs furere accensos; hæc propria virtus.
Quin ipsis quædam Siculi cognomina saxis
Imposuere Fricas, etiam ipso nomine signant

Fu-

NOTÆ.

523. *Quin etiam externam multis*] Nondum illam hydram confecimus. Lege:

> *Quin etiam externum nil iis color ipse resolvit,*
> *Non odor, aut levitas, putris magis ille, magisque,*
> *Una operis facies.*

Quin etiam color ipse nihil eis externum admiscet; hoc est, ne colore quidem suo indicant sibi quidquam externi admistum esse. Neque aut odor, aut levitas eos distinguit inter se, ut iste sit putris, illo magis, ille minùs. Una facies quippe eis est, eadem per omnia terræ materia. *Scaliger.*

*Ibidem.* Pro *nil eis*, legimus *nil ei*, quia præcessit singularis numerus; deinde pro *color*, *calor*, ut habet antiquior Editio Veneta. Sensus est apertus, qui ex Scaligerana lectione nullus est, ne is quidem quem vir summus profert, quamvis à mente *Severi* alienus. Vult enim Poëta ipsum calorem nihil resolvisse in externa specie lapidis. *Resolvere* perinde est ac dissolvere. *Gerallus.*

524. *Non odor, aut levitas.*] Subaudiendum *mutata sunt*, aut quid simile. Quòd si dixisset Poëta, in antecedente versu:

> ——— *externum nihil huic ardore solutum,*
> *Non odor, aut levitas;*

planior esset constructio, sed videtur esse solœcophanes, qualia multa in optimis Scriptoribus animadvertuntur. Adi Minervam *Fr. Sanctii* Lib. III. cap. 4. & Lib. IV. ubi de Hyperbato, & Anacolutho. *Gerallus.*

525. *Una operis facies*, &c.] *Opus* hîc pro re sumitur, ut sæpiùs in hoc ipso Poëmate. *Idem.*

529. *Fricas etiam ipso*, &c.]. Hoc verbum non est nauci. Esset aliquid *phrygias* παρὰ τὸ φρύγειν. Sed oporteret illas in sartagine frigi, & veriùs dici ταγηνιστὰς, ut pisces *Athenai.* Quare, omissis nugis, *chytas* legendum esse mihi persuadet fusilium, apud Græcos, communis & unica appellatio. Omnes enim χυτὰς λίθους vocant. *Plato* Timæo: ξυγχεθὲν δὲ ταῦτα τὰ μὲν ἔχοντα ἔλαττον γῆς ἢ ὕδατος,

Quin etiam nihil extrinſecus ſpectatus, vi ignis, amiſit, nec odorem, nec pondus; & quamvis fragilior fiat, [525] idem videtur ac per omnia ſibi ſimilis. Non tamen negarim eſſe etiam alios lapides, qui exardeſcunt, & interiùs magnum calorem concipiunt, quæ eſt eorum ſingularis proprietas. Quin & Siculi ſaxis nonnullis impoſuerunt nomen Fricarum, quo vocabulo ſignificant etiam notas ex

τοι, τό, τε περὶ τὸ ὕαλον γένος ἅπαν, καὶ ὅσα χυτὰ λίθων γένη καλεῖται: *hæc ſunt, quæ habent minùs terræ & aquæ, & univerſum genus vitreum, & quæcumque lapidum genera fuſilia vocantur.* Vide *Theophraſtum* περὶ λίθων & alios. Niſi eſſet ῥύτας, *rhytas*, ſed non puto. *Scaliger.*

*Ibidem.* Sed primùm non loquitur, his quidem in verbis, *Severus* de quibuſvis lapidibus fuſilibus, ſed de ſingulari quodam genere. Præterea non eſt unica appellatio fuſilium lapidum, quam profert *Scaliger*, nam & τηκτοὶ æquè frequenter dicuntur. *Theophraſtus* de lapidibus pag. 392. Edit. Lugd. τοῖς δὲ λίθοις αὗταί τε, καὶ παρὰ ταύταις, αἱ κατὰ τὰς δυνάμεις, τοῦ τε ποιεῖν ἢ πάσχειν, ἢ τοῦ μὴ πάσχειν. τηκτοὶ γάρ· οἱ δ' ἄτηκτοι: *lapidum & præter has aliæ ſunt differentiæ, ſecundùm facultates aut faciendi, aut patiendi, aut non patiendi. Sunt enim qui liquefieri poſſunt & qui nequeunt.* Vocem *fricas*, Latinam eſſe quiſpiam putarit, atque à Romanis in Sicilia viventibus inventam. Tam enim *frica* Latinum eſſe poteſt, quàm *mica*, aut *fica*; & dici illi lapides à *fricando*, quòd iis ad *fricandum* uterentur. *Frico* autem eſt τρίβω, καταψήχω, ut habent Veteres Gloſſæ. Potuit eorum uſus eſſe ad expolienda frictione marmora, aut tale quidpiam faciendum. Sic de Indica arena *Plinius* Lib. XXXVI. cap. 6. *Indica non æquè lævigat, ſed eâ combuſtâ polientes marmora fricare jubentur.* Hæc una eſt difficultas, quî ipſo nomine ſignificarent Siculi iis lapidibus ineſſe *notas* (hoc eſt, proprietates) fuſilium lapidum. Crediderit quiſpiam reſpexiſſe reverâ *Severum* ad verbum *frigo*, quod primigeniâ ſignificatione idem ſonabat ac φρύγω, hoc eſt, ſimpliciter *torreo*, quamvis poſtea torrere in patella tantùm ſignificarit. Nec neceſſe eſt Poëtam noſtrum minimè in hac rarioris vocis Etymologia errare. Videbantur ergo illi hoc nomine ſignificaſſe Siculi, lapidem hunc torreri poſſe, ac proinde liquefieri; quamvis à fricando fortè deducerent, ut *ficam* à *ſecando*. Quòd ſi hæc non ſatis placent, poſſit & conjici ſcriptum fuiſſe *phrycas*, hoc eſt, φρυκάς, à nominativo φρὺξ, quod eſſet à φρύγω: ut deducitur φρὶξ *fluctuum fremitus* à φρίσσω, *fremo*; atque in hac conjectura potiùs adquieverim. *Gorallus.*

Fusilium esse notas; numquam tamen illa liquescunt,
Quamvis materies foveat succosior intus,
Nî penitus venæ fuerint commista molari.
Quòd si quis lapidis miratur fusile robur,
Cogitet obscuri verissima dicta libelli,
Et discet verò nihil insuperabile ab igni,
Omnia quo rerum naturæ semina jacta.
Nec nimiùm hoc mirum; densissima corpora sæpe
Et solido vicina, tamen compescimus igne.

Non

## NOTÆ.

530. *Notas*] Hoc est, proprietates, quibus quasi *notis* discriminantur res aliæ ab aliis. Vide ad vs. 522. *Idem.*

531. *Quamvis materies*] Jam sæpe docuit humorem, quem in se habent χυτοὶ λίθοι, esse pabulum ignis: τὸ γὰρ τηκτὸν, inquit Theophrastus, ἔνικμον ἀεὶ καὶ ὑγρότητα ἔχει πλείω: *fusile enim humoris semper & liquoris plus habet.* Scaliger.

532. *Ni penitus*] Antea legebatur: *nec penitus vena fuerint commissa molari,* quod omni planè sensu carebat. Vult *Severus Fricas*, aut *Phrygas* non posse liquefieri, nisi molaris lapidis sint permistæ venis; nam lapis molaris, dum liquefit, alia etiam liquefacit, ut docet *Theophrastus*. Vide ad vs. 455. *Gerallus.*

533. *Fusile robur*] Hoc est, χυτὸν δύναμιν, facultatem quâ liquefit. Vide ad vs. 529. *Idem.*

534. *Obscuri verissima dicta libelli*] Librum *Heracliti* designari docebit *Scaliger* ad vers. sequentem. Vide de eo *Diogenem* Laërtium Lib. IX. §. 5. & quæ illuc congessere interpretes. *Idem.*

535. *Heracleiti & ibi*] Suppositum à Correctoribus nomen *Heracleti*, quasi, etiam non tacito nomlne, κατ' ἐξοχὴν obscurus ille liber, hoc est, σκοτεινὸς vocaretur. Veteres Editiones, pro Heracleti habent:

*Et dicas verò nihil insuperabile gigni.*

Quare lego audacter:

*Et discet verò nihil insuperabile ab igni.*

Nam ea est sententia *Heracleti*: ἐκ πυρὸς τὰ πάντα συνίσταται. καὶ εἰς τοῦτο ἀναλύεται. Cujus sententiæ ultimum membrum eo versiculo expressum vides. Et sanè non satis erat dicere, nihil gigni insu-

ex quibus colligunt fusiles esse lapides. Attamen saxa illa liquefieri nequeunt, quamvis majore succi copiâ abundent, nisi venæ lapidis molaris prorsus permista fuerint. Quòd si quis miratur proprietates fusilis hujusce lapidis, in animum revocet quod verè docuit Heraclitus, in obscuro opere de Natura, intelligétque nihil igni insuperabile, & eum esse omnium rerum primum elementum. Neque id nimis mirum videri potest, cùm densissima corpora & in quibus exigui sunt meatus, igne tamen domare soleamus.

Non-

superabile, cùm ea disputatio non sit; sed cùm de igne tractetur, & de igne quoque hic mentio desiderabatur. *Scaliger.*

536. *Omnia quæ rerum*] Lege: *omnia quo rerum natura semina jacta.* Ex quo igne, inquit, omnia constant. Annon igitur his duobus versiculis continetur sententia *Heracleti?*

*Et discet verò nihil insuperabile ab igni,*
*Omnia quo rerum natura semina jacta.*

Ἐκ πυρὸς τὰ πάντα συνίσταται, καὶ εἰς τοῦτο ἀναλύεται. Cujus rei causæ videntur tractatæ fuisse in illo commentario Physico, qui vulgò σκοτεινὸς notissimo nomine vocabatur; ut necesse non sit, sicuti jam admonui, *Heracleti* nomen addere. *Idem.*

*Ibidem.* Optimè hæc omnia. Sed posset retineri *qua*, ita ut sensus sit, *qua semina jacta sunt*, &c. *Semina* hîc sumuntur pro elementis, ut apud *Virgilium* Ecl. IV, 32.

*Námque canebat, uti magnum per inane coacta*
*Semina terrarúmque animæque marisque fuissent,*
*Et liquidi simul ignis*, &c.

Ac sanè, ex Philosophorum sententia, ex illis, quasi ex seminibus omnia nata erant. *Gorallus.*

537. *Sed nimium hoc mirum*] Εἰς πῦρ πάντα ἀναλύεσθαι. Est objectio: sed hoc mirum, inquies. *Scaliger.* Malui, *Nec* pro *Sed*, ex antiquiore Veneta.

*Densissima corpora*, &c.] Respondet objectioni, quam confirmat exemplis; eáque puto omnia petita ex obscuro illo Commentario. *Scaliger.*

538. *Et solido vicina*] Hoc est, quæ fermè nullis, aut exiguis meatibus pertusa sunt, qualia metalla. Nam multi, exceptis atomis, nulla corpora prorsus solida, hoc est, sine omnibus poris, esse putabant. *Lucretius* Lib. I. pag. 36.

Non animos æris flammis ſuccumbere cernis ?
Lentitiem plumbum non exuit ? ipſáque ferri
Materies prædura, tamen ſubvertitur igne ?
Spiſsáque ſuſpenſis fornacibus aurea ſaxa
Exſudant pretium ? Quædam fortaſſe profundo
Incomperta jacent, ſimilíque obnoxia ſorti.
Nec locus ingenio eſt; oculi, te judice, vincent.
Nam lapis ille riget perculſus, & ignibus obſtat,
Si parvis torrere velis, cœlóque patenti.
Candentem, preſsúmque agedum fornace coërce;
Nec ſufferre poteſt, nec ſævum durat in hoſtem.
Vincitur & ſolvit vires, captúſque liqueſcit.
Quæ majora putas autem tormenta moveri
Poſſe manu ? quæ tanta putas incendia noſtris

Su-

## NOTÆ.

*Etſi difficile eſſe videtur credere quidquam*
*In rebus ſolido reperiri corpore poſſe.*

Dein allatis rationibus:

*Uſque adeò in rebus ſolidi nihil eſſe videtur.*

Nec ſanè falsò, ut oſtendit ſummus Phyſicus *Rob. Boylæus*, in libello de poris ſolidorum. *Gorallus.*

539. *Non animos æris*] *Animos* vocat hîc robur, compactámque naturam quâ æs reſiſtit igni. Sic *ſpiritum*, hoc eſt, ſuperbiam & ferociam igni tribuit vſ. 469. *Idem.*

540. *Lentitiem*] Hoc eſt, mollitiem. Sed malè, ne quid diſſimulem; exemplum hoc additur exemplo æris, ſequente etiam ferri; nam frigidum eſt dicere, plumbum mollitiem exuere, ut liquidum fiat; poſtquàm ignis vi dixiſti rigorem æris vinci, dicturus & ipſum ferrum liqueſieri. Sed Poëtæ ut non omnia dicunt, quæ dicenda eſſent: ſic æſtu meditationis abrepti & numeris metrorum coacti ea proferunt, quæ rectiùs tacerentur. *Idem.*

542. *Aurea ſaxa exſudant pretium.*] Nullus horum melior interpres eſſe poteſt *Plinio*, cujus hæc ſunt verba, de ratione purgandi auri. Lib. XXXIII. cap. 4. *Quod effoſſum eſt tunditur, lavatur, uritur, molitur in farinam ac pilis cadunt. Vocant argentum quod exit è fornace, ſudoriſque, qui ex camino jactatur, ſpurcitia, in omni metallo ſcoria ap-*

*pel-*

Nonne vides soliditatem æris igni cedere? Annon plumbum fit liquidum? Nec plumbum tantùm, quod mollius est, sed ipsum ferrum, omnium durissimum, igne liquescit? Annon etiam marmoreæ massæ, quibus aurum est admistum, fodinis detractæ & in ignem missæ pretiosum metallum exsudant? Sunt & alia fortasse in terræ visceribus etiamnum ignota, quibus similis inest natura. Nullis hîc opus est conjecturis; rem ipsam, si cupias, te oculi tui docebunt. Nam lapis ille quidem est durus, ac resistit igni, si exiguum admoveas, atque in aëre aperto. Sed si in clausa fornace urere aggrediaris, tum verò vim ignis perferre ampliùs non potest, duritiem suam amittit & in liquorem resolvitur. Verùm annon putas vim etiam multò majorem posse adhiberi? Aut tantum ardorem, arte

*pellatur.* Nec ita multò pòst: *aurum faciendi est etiamnum una ratio ex auripigmento, quod in Syria foditur pictoribus in summa tellure, auri colore, sed fragili, lapidum specularium modo.* Hinc intelligere licet, cur *aurea saxa*, cúrve *exsudare pretium*, igne, nimirum, coacta dicantur. *Idem.*

544. *Similique obnoxia sorti*] Hoc est, ejusdem naturæ. *Idem.*

546. *Nec lapis ille riget.*] Repone ex antiquitus excusis: *nam lapis ille riget.* Non potest, inquit, ἐλαύνεσθαι & malleo duci, si tundatur; sed omnino resistit ictibus & riget. Item si exiguo & leni igne, patente cœlo, nec inclusum teras, resistit ignibus. Sed agedum patere in obscuris fornacibus candere & coqui, haud dubiè duritiam exuet, nec durabit in ignem. Hæc, ut jam dixi, exempla non dubito quin hauserit ἐκ τῶν σκοτεινῶν βιβλίων. Silicem verò *fusilem* vocamus vulgò & ab eo omnia igniaria *fusilia.* Scaliger.

551. *Tormenta*] Hoc est, machinas adhiberi, quibus vis ignis augeatur; nam *tormentum* nomen est omnium machinarum, quamvis propriè significet eas quæ funibus tortis aguntur. Possit & sumi *tormentum* de vi, quâ lapis torqueatur, donec liquescat. Glossæ Veteres: *Tormenta,* μάγγανα πολεμικὰ, στραγγάλιαι, βάσανος. *Gorallus.*

552. *Quæ tanta putas*, &c.] An tanta putas incendia ab hominibus posse excitari, quanta sunt, &c. *Idem.*

Suſtentari opibus, quantis fornacibus Ætna
Uritur, à ſacro numquam non fertilis igne?
Sed non qui noſtro fervet moderatior uſu,
Sed cœlo propior, vel quali Juppiter ipſe
Armatus flammâ eſt; his viribus additus ingens
Spiritus, adſtrictis eliſus faucibus: ut cùm
Fabriles operæ tudibus contundere maſſas
Feſtinant, ignes quatiunt, folléſque trementes
Exanimant, preſſóſque inſtigant agmine ventos.

Hæc

NOTÆ.

554. *A ſacro numquam non fertilis igne.*] Vide ad vſ. 463. *Fertilis ab igne* perinde eſt ac *fertilis igne*; imò in hac loquutione ſubaudiri videtur præpoſitio. Malè antiquior Veneta hîc *& ſacro*. Idem.

555. *Fervet*] Lege: *fervat*. *Fervere Leucaten*. Scaliger.

Ibid. *Uſu*] Hoc eſt, *uſui*. Notum eſt Veteres dixiſſe in dativo *manu* & *manui*, *curru* & *currui*. *Virgilius* Eclog. IV, 29.

*Daphnis & Armenias curru ſubjungere tigres*
*Inſtituit*, &c.

Ubi vide Interpretes. *Gorallus*.

557. *Additus*] Vel, *abditus*. Scaliger.

559. *Fabriles operas*] Lege: *opera*, χαλχεργοί. Idem.

Ibid. *Rudibus contundere maſſis.*] Lego: *tudibus contundere maſſas*. *Tudes* ſunt mallei. *Feſtus*. Inde verbum *tuditare Lucretio*, pro extundere. *Idem*

*Ibidem*. Optimè. Vide *Feſtum*, in *Tuditantes* & in *Tudites*. Gloſſæ Veteres: *Tudices*, σφυραί. Legendum *Tudites*, ut oſtendit verbum *Tudito*, & agnomen Semproniæ gentis *Tuditanus*. Gorallus.

560. *Folléſque trementes exanimant*] Lego *tumentes*, quæ enim ſufflata ſunt *tumida* dicuntur. Unde *ſufflare ſe*, pro iraſci, poſuit *Plautus*. Eadem etiam de cauſa *in fermento eſſe*, quia qui iraſcuntur tumidi fiunt. Et *tumentes* pro iratis dixit *Plinius* in Panegyrico Trajani: *Principes, ad odium ſui leniendum, tumentibus plebis animis objectabant*. Ego, ut dixi, verum eſſe puto tumentes; nam ferè ſemper ita conjugebant hæc duo, adeò ut & ſeparatim *follicare* pro tumere uſurparent, ut *Hieronymus* ad Euſtochium, de cuſtodienda virginitate: *follicantes caligas*, id eſt diſtentas, ſeu tumidas; & eleganter in Gloſſario *follis* exponitur ἀσκὸς, quo ſignificatu legitur apud *Apuleium* & alios. Ideóque etiam cor-

arte humanâ, excitari posse, quantus est in Ætnæ cavernis, quibus sacer ignis numquam deest? Is verò ignis multò vehementior est, eo qui usibus humanis inservit, quippe cœlestium ignium naturæ propior, aut ei similis quo fulmen constat. Ad ejus vires accedit flatus ventorum, arctis faucibus clausorum, quo haud aliter augetur ignis vehementia, quàm follibus fabrorum ferrariorum, cùm emollitas ferri massas cudere volunt. Tum verò agitatur ab iis ignis, follibus animam emittentibus, coactámque in flammam impel-

corpus humanum *folliculum* dixerunt. *Lucilius* apud *Nonium*, in folliculo. Sic Græci θύλακον usurpant. *Theodoretus* de Martyribus Lib. VIII. Οὐδέ γε Ἀνάξαρχος ἐκεῖνος ὃς ὑπέροις πτισσόμενος σιδηροῖς ἔλεγεν, ὥς φασιν· πτίσσε τὸν Ἀναξάρχου θύλακον, Ἀνάξαρχον γὰρ οὐ πτίσσεις. Quod ex *Diogene* Laërtio sumsit, Lib. IX. ubi ita legitur, πτίσσε τὸν Ἀναξάρχου θύλακον, Ἀνάξαρχον δὲ οὐ πτίσσεις. Ad verbum expressit *Tertullianus* Apologetico, cap. ultimo: *Anaxarchus, cùm in exitium ptissana pilo contunderetur; tunde, tunde, aiebat Anaxarchi follem, Anaxarchum enim non tundis.* Atque ut hi *follem* dixere, sic *Varro corticem*, in Tithono, περὶ γήρως: *Sic invitata matura anima corporeum corticem facile relinquit.* Lindenbruchius.

*Ibidem.* Non immorabor expendendis quæ huc congessit vir doctissimus & multijugæ lectionis, potiùs ut paginam impleret, quàm ut illustraret *Severum*. Sed cùm inepta sanè non sit ejus conjectura, attamen mutatione opus esse non censui; quia revera *tremunt* folles, cùm crebriùs aëre implentur & evacuantur. *Gorallus.*

561. *Presśósque instigant*] Et in Aldina *presśóque*, eodem sensu. Nam *pressi agmine venti*, aut *venti presso agmine*, idem sonat; nimirum, auras quarum priores partes posterioribus premuntur. Nam *agmen* propriè est exercitus iter faciens longo ordine. Hinc *Virgilius* dixit *agmen aquarum*, Georg. Lib. I, 32.

*Sæpe etiam immensum cælo venit agmen aquarum.*

Et Æneïd. II, 782.

*Inter opima virûm, leni fluit agmine Tibris.*

Sic malim interpretari, quàm *impetu* cum *Servio*. *Actum* & *ductum* rectè sensit dici *Macrobius* Saturnal. Lib. VI. cap. 4. ubi & hunc locum *Ennii* profert:

*Quod per amœnam urbem leni fluit agmine flumen.*

Gorallus.

Hæc operis ſumma eſt; ſic nobilis uritur Ætna.
Terra foraminibus vires trahit, urget in arctum,
Spiritus incendî vivit per maxima ſaxa.
Magnificas ædes, operoſáque viſere templa
Divitiis hominum, aut ſacra marmora, réſve vetuſtas,



NOTÆ.

562. *Hac operis fama eſt*] Poſſet legi: *ſumma eſt*. Nihil muto. Eſt autem totius operis Epilogus. Ætna ardet, quare? In fiſtuloſa terra ſpiritus excitatur, ex ſpiritu ignis. Pabulum ignis maxima ſaxa, quæ vocavit molaria. Ita breviter complexus eſt totius diſputationis ſummam. Quam & *Lucretius* quoque ita exſequitur:

*——primùm totius ſubcava montis*
*Eſt natura, ferè ſilicum ſuffulta cavernis.*
*Omnibus eſt porrò ſpeluncis ventus & aër.*
*Ventus enim fit, ubi eſt agitando percitus aër,*
*Hic ubi percaluit, caleſecitque omnia circum*
*Saxa ferens, quà contingit terrámque & ab ollis*
*Excuſſit calidum flammis velocibus ignem,*

& quæ ſequuntur. Sed in his verbis *Lucretii*, tertius à fine mendoſus eſt. Legendum enim:

*Hic ubi percellit, caleſecitque omnia circum*
*Saxa terens ——*

*Percellit*, ἀρχαϊσμὸς pro *perculit*, ut apud *Virgilium*:

*—— Cynthius aurem*
*Vellit ——*

Vide *Priſcianum* & *Diomedem*, nam non caleſcit ſpiritus ille, qui fit aëris agitatione. Quod ſi concedamus, non illum calorem eâ agitatione acquirere poteſt, qui ſaxa incendat. Sed ex mutuo attritu ſaxorum, quæ ipſe inter ſe percellit, excuduntur ſcintillæ; quæ exceptæ materiâ ſulfureâ, quâ totus ille mons abundat, accendunt ignem. *Scaliger.*

*Ibidem.* Rectè oſtendit vir ſummus, quamvis nolit, mutandum eſſe *fama* in *ſumma*; nam *Severus* in pauca hîc contrahit quidquid antea dixit de incendii cauſa. Contra *fama* caret ſenſu. *Gonallus.*

563. *Vires trahit*] Fortè *ventos*, aut *auras* legendum; certè ſunt venti intelligendi, quorum viribus accenditur magis ac magis ignis. *Idem.*

llentibus. Summatim omnia ut dicam, hæc est tio, quâ celeberrimus ille Siciliæ mons exardescit. :r terræ meatus subeunt venti, qui, arctis canalibus ›mpressi, vim tantam addunt igni, ut vel maxima xa possit incendere. 565 Visuri splendida Deorum mpla, donariisque hominum magnificis orna-, aut signa marmorea, vetustáque monumenta du-

564. *Spiritus incendit vivus.*] Hæc est veterum excusorum lectio. uæ mirum quantum nos juvat ad verum indagandum:

*——— urget in arctum*
*Spiritus, incendi cui vis per maxima saxa.*

oc est, qui incendendi vires acquirit ex mutuo maximorum saxo-m attritu. *Maxima saxa*, ut jam admonui, vocat molares lapi-:s. *Scaliger.*

*Ibidem.* Antiquior Veneta reverà habet, ut monet *Scaliger.* Sed ım aliæ habeant *incendi vivit*, nihil mutavimus. *Spiritus*, nimi-m, *incendii*, hoc est, ipsum incendium cum flatu conjunctum rit accensione magnorum saxorum. *Gorallus.*

565. *Magnificas laudes*] Pulcherrimâ coronide Epilogum claudit; ıæ tota constat ex narratione veterum monumentorum, sed & hæc ıoque corrigenda sunt,

*Magnificas laudes, operosáque visere templa*
*Divitiis hominum, aut sacra marmora, résve vetustas*
*Traduce materiâ, tetris per proxima fatis,*
*Currimus.*

*Ibidem.* Imò verò legendum: *magnificas ædes*, nam loquitur de mplis Deorum. Quod oræ codicis ex antiqua editione adnota-ım vidi. *Ovidius* Fast. Lib. VI, 637.

*Te quoque magnificâ, Concordia, dedicat æde*
*Livia, quam caro præstitit illa viro.*

;orallus.

Ibid. *Operosáque visere templa*, &c.] Hoc est, ornata splendidis ɔnariis; seu in quibus exornandis multam operam posuere homi-:s. Sic *Ovidius* Amorum Lib. II. El. X, 5.

*Utraque formosa est, operosa cultibus amba,*
*Artibus in dubio est hæc sit, an illa, prior.*

lem.

566. *Sacra marmora, résve vetustas*] Sic ex certissima *Scaligeri* e-ıendatione edidimus. Antea legebatur absurdè: *sacra munerare* *etusta.* Idem.

567. Tra-

Traduce materiâ, aut tetris, per proxima, fatis,
Currimus; atque avidi veteris mendacia famæ
Eruimus, cunctásque libet percurrere gentes.
Nunc juvat Ogygiis circumdata mœnia Thebis,
Cernerémque hîc fratres; ille impiger, iste canorus
Con-

N O T Æ.

567. *Traduce materiâ, terris*, &c.] Scribimus: *tetris per proxima fatis*; hoc est, per summa discrimina, ut infra:

*Hac visenda putas dubius terraque marisque.*

Dixi quod potui, neque enim satis confido huic lectioni. *Opera traduce materiâ* eleganter vocat ea quæ Græci ἀρχέτυπα, ut pote ex quibus multa similia ad exemplum derivata sunt, ut ex rumpis & traducibus vitium multæ aliæ. Porrò ut hîc *traduce materiâ*, sic, apud *Tertullianum*, *producem mutui coïtûs*, libro de carne Christi. *Scaliger.*

Ibidem. *Traduce materia*] Si hæc lectio sana est, *traduce materiâ*, erit adeò firmâ materiâ, ut opera illa ad posteros usque traduxerit. Qualia fuerunt multa, in Asia, Græcia atque Ægypto antiquissima templa, quæ ex tam duro lapide exstructa fuerunt, ut ad posteritatatem usque traducta essent. Metaphora petita est à vitibus, quæ palmitum per terram traductorum ope conservantur; qui palmites vocantur *traduces*, ut docebunt Scriptores de R. R. *Gorallus.*

Ibidem. *Et tetris per proxima fatis*] Legimus *aut*, pro *&*, hoc sensu; aut quorum ne ipsa quidem materia, tetris fatis per proxima iis, quibus condita sunt, aut steterunt, tempora, servari potuit. Quales fuerunt antiquissimæ urbes, quarum ne rudera quidem supererant, ut Babylonis, Trojæ, &c. quarum tamen solum visebatur, & etiamnum visitur à peregrinis. *Idem.*

568. *Veteris mendacia famæ eruimus*] In ruderibus, quæ per Asiam & Græciam præsertim supersunt, quærimus urbium, quarum *Homerus*, aut alius quivis Scriptor antiquus, mentionem facit, evanida vestigia. Cujus curiositatis exempla multa sunt apud *Strabonem* Lib. I. & *Pausaniam* passim. Quòd si eo vitio laborarunt Veteres, nos quidem multò magis propterea vituperandi sumus. Adi, si vacat, *Lucianum*, sub finem Contemplantium eleganter hisce de rebus ridentem. *Idem.*

570. *Ogygiis circumdata mœnia Thebis.*] *Ogyges*, aut *Ogygus* antiquissimus Thebarum Rex, qui ante ipsos Phœnices Thebas obtinuit.

ıte etiamnum materiâ, vel malum fatum citò :ta, peregrè imus, & avidi ſpectandi, quæ pri- ıbulâ celebrata ſunt, ſepulta eorum rudera erui- , ac totum propterea orbem terrarum luſtramus. Nunc juvat viſere mœnia Thebarum, quarum us Rex fuit Ogyges, & monumenta Amphionis :thi; quorum hîc pecuarius, ille fidicen peritiſſi- mus,

*Pauſanias* in Bœoticis pag. 548. Ed. Vechel. Γῆν δὲ τὴν Θη- α οἰκῆσαι πρῶτον λέγουσιν Ἑκτῆνας, βασιλέα δὲ εἶναι τῶν Ἑκ- ἄνδρα αὐτόχθονα Ὤγυγον, καὶ ἀπὸ τούτου τοῖς πολλοῖς τῶν ῶν ἐπίκλησις ἐς τὰς Θήβας ἐστὶν Ὠγυγίαι: *Aiunt Thebanum colui ſſe primùm Ectenas, eorumque regem fuiſſe virum indigenam m; & ab hoc à multis Poëtis cognomen Thebis inditum Ogygiis.* , p. 555. teſtatur Thebis portam fuiſſe, quæ *Ogygia* vocabatur. oc rege, ac de alio cognomine, qui Athenis regnaſſe dicitur, nt nonnulla non inutilia proferri, ſed quæ nihil ad *Severum* ı ſolum nobis illuſtrandum nunc ſuſcepimus. *Idem.*

ı. *Cernereque hic fratres*] Sic legimus pro, *cernereque & fratres*, bent Editiones pleræque, aut *quod fratris*, ut eſt in antiquiore ta. Nemo non videt intelligi *Amphionem* & *Zethum* Theba- m conditores mœnium, de quibus *Homerus* Iliad. Λ. & mul- i Poëtæ. *Idem.*

*idem.* Reponendum ex veteribus Editionibus:

*Cernere quod fratres, ille impiger, iſte*, &c.

ger.

idem. *Ille canorus*] Scribo:

——— *ille canoris*

*Cordeis Fenices alieno interſerit ævo.*

*eis* pro *chordis*, unde fecerunt *condere*. *Fenices*, *Phœnices*; hoc Thebanos, qui ex Phœnicia oriundi ſunt, propter Cadmum. fortaſſe nihil mutandum, ut *canorus condere felices*, ſit eâ figu- ictum, quâ *Horatio*, *celer ſequi* & ſimilia. Condit felices Poë- ıt Hymnologus eos, quos carminibus ſuis & muſicâ celebrat. *no ævo*; id eſt, longiore quàm quo vivimus. Nam breve eſt l vivimus. *Idem.*

idem. *Ille impiger, iſte canorus.*] Zethus fuit *bubulcus*, ut do- *Apollodorus* Bibliothecæ Lib. III. cap. 5. Amphion verò cytha- .us præſtantiſſimus, de quo quis Poëtarum non dixit? Vide lectanea *Nicol. Loydii*. Gorallus.

572. Com-

Condere felices alieno interserit ævo.
Invitata pio nunc carmine saxa, lyráque,
Nunc gemina ex uno fumantia sacra vapore
Miramur, septémque duces, raptúmque profundo.

De-

## NOTÆ.

572. *Condere felices*] Ordo est : *canorus iste interserit alieno ævo* se & fratrem *condere felices*; nimirum, in ædificandis Thebis. Nam Amphion, musicæ causâ, multò celebrior fuit, suique & fratris, quia simul bonis avibus Thebana mœnia condiderunt, famam in sequentia sæcula produxit. De constructione *condere felices* adi *Joan. Gerardum Vossium* Artis Grammat. Lib. VII. cap. 51. *Idem.*

573. *Invitata pio nunc carmine*, &c.] *Solinus* Cap. VII. *Thebas condidit Amphion, non quòd lyrâ saxa duxerit; neque enim par est ita gestum videri, sed quòd adfatûs suavitate homines rupium incolas, & incultis moribus rudes, ad obsequii civilis pellexerit disciplinam.* Vide & *Palaphatum* de Incredibilibus Cap. XLII. & *Horatium* de Arte Poëtica vs. 393. *Pium* autem carmen Amphionis vocat *Severus*. vel quia patriæ inserviebat; vel quia, volente fratre, canere desiit, si credimus *Horatio* Lib. I. Ep. 18.

*Gratia sic fratrum geminorum, Amphionis atque*
*Zethi, dissiluit, donec suspecta severo*
*Conticuit lyra, fraternis cessisse putatur*
*Moribus Amphion*. Idem.

574. *Nunc gemina ex uno*, &c.] De Fratribus Thebanis, quibus cùm hostiis parentarent quotannis cives Thebani, fumus in diversa dissiliebat. Pausanias Bœoticis : Ἑξῆς δέ ἐστι τῶν Οἰδίποδος παίδων μνήματα καὶ τὰ ἐπ' αὐτοῖς δρώμενα, ἃ οὐ θεασάμενος πιστὰ ὅμως ὑπείληφα εἶναι. φασὶ γὰρ καὶ ἄλλοις τῶν καλουμένων ἡρώων οἱ Θηβαῖοι, καὶ τοῖς παισὶν ἐναγίζειν τοῖς Οἰδίποδος· τούτοις δὲ ἐναγιζόντων αὐτῶν τὴν φλόγα, ὡσαύτως καὶ τὸν ἀπ' αὐτῆς καπνὸν δίχα διΐστασθαι. *Ordine sita sunt Oedipi filiorum monumenta, & quæ in iis quamvis non viderim, digna tamen esse fide existimavi. Ajunt enim Thebani se cùm ceteris, qui dicuntur heroes, tum etiam filiis Oedipi sacra facere; cùm verò hisce rem divinam faciunt, flammam, ut & fumum, qui ex ea elabitur, bifariàm dividi.* Itaque manifestò legendum :

*Nunc gemina ex uno fumantia sacra vapore*,

non *saxa*. Nam intelligit ἐναγίσματα, quæ fiebant illis. *Statius* Lib. XII.

——— *Exundant diviso vertice flammæ.*

Ejus historiæ testem citat *Callimachum Ovidius*, his versibus :

Sen-

ıs, qui ſuam & fratris memoriam, ob ea mœnia ndita, ad ultimam poſteritatem tranſmiſit. Illic aut xa, quæ, Amphione lyram pulſante, ſponte ſuâ Thena mœnia conſtruxerunt; aut etiam ſacra, in una ara ꞓocli & Polynici facta, quorum flamma in duas par; dividitur, 575 non ſine ſtupore ſpectamus; ut & duım, qui ad Thebas cecidere, ſepulcra, & templa Amphia-

*Senſus ineſt igitur nebulis, quas exigit ignis,*
*Conſilium fugiunt cetera pæne meum.*
*Conſilium; commune ſacrum cùm fiat in ara*
*Fratribus, alternâ qui periere manu.*
*Ipſa ſibi diſcors, tamquam mandetur ab illis,*
*Scinditur in partes atra favilla duas.*
*Hoc, memini, quondam fieri non poſſe loquebar,*
*Et me Battiades judice falſus erat.*

ide Epigramma *Bianoris* III. Anthologiæ, titulo εἰς ἥρωας. *Scali- r.* Plura addi nihil intereſt. Alioquin & alia congeſſit *Nic. Loydius*, ı Eteocle & Polynice.

575. *Miramur ſeptemque duces raptúmque*] Atqui Amphiaraus, qui ofundo raptus eſt, fuit unus ſeptem ducum; ſed ſic ſæpe præſtanſſimi quique Scriptores, nomine prolato eximii cujuſpiam viri ex erto numero, integrum addunt numerum, haud aliter ac ſi vir ille ximius ad eum numerum non pertinuiſſet. Sic apud *Livium* Lib. III. 5. *Virginius maximè* & *Tribuni*; cùm Virginius è numero Tribunoum eſſet. Sic apud *Petronium* Cap. II. *Pindarus novémque Lyrici*; cùm emo neſciat eorum novem Lyricorum principem fuiſſe *Pindarum*. i quis plura aveat exempla, adeat Interpretes ad hæc loca. Reſpicit ıtem *Severus* ad monumenta ſeptem ducum, quæ etiamnum in leuſinio agro oſtendebantur. *Pauſanias* in Atticis, pag. 70. de via uæ Eleuſine Megara ducebat: Ὀλίγον δὲ ἀπωτέρω τοῦ φρέατος, ερὸν Μεγανείρας ἐςι, καὶ μετ᾽ αὐτὸ τάφοι τῶν ἐς Θήβας. Κρέων δ᾽ ὃς ἐδυνάςευε τότε ἐν Θήβαις, Λαοδάμαντα ἐπιτροπεύων τὸν Ἐτεοκλέους, οὐ παρῆκε τοῖς προσήκουσιν ἀνελομένους θάψαι. ἱκετεύσαντος δὲ Ἀδράςου Θησέα, καὶ Ἀθηναίων μάχης γενομένης πρὸς Βοιώτους, Θησεὺς ὡς ἐκράτησε τῇ μάχῃ, κομίσας εἰς τὴν Ἐλευσινίαν τοὺς νεκροὺς ἐνταῦθα ἔθαψε: *non longè à puteo eſt Meganiræ ſacellum & rum qui ad Thebas ciciderunt tumuli. Cùm enim Creon, qui Laodaıantis, Eteoclis filii, tutor erat, & plurimùm Thebis tunc poterat, non ineret cæſorum cadavera à ſuis humari, Theſei opem Adraſtus imploraıt. Commiſsâ itaque inter Athenienſes & Thebanos pugnâ, victor Theeus in Eleuſinium agrum deportanda cadavera atque ibi ſepelienda curaıt.* Defuere tamen ei numero *Adraſtus*, qui Megaris obiit, ut idem

Detinet Eurotas illic & Sparta Lycurgi,
Et ſacer in bellum numerus, ſua turba regenti.
Nunc hîc Cecropiæ variis ſpectantur Athenæ
Carminibus, gaudéntque ſuâ victrice Minervâ.
Excidit hîc reduci quondam tibi, perfide Theſeu,
Candida ſollicito præmittere vela parenti.

Tu

## N O T Æ.

idem docet pag. 80. & Amphiaraus qui vivus abſorptus eſt. *Idem.*

Ibid. *Raptúmque pro'undo*] Amphiaraum de cujus morte exſtant magnifici verſus, in Thebaïde *Statii Papinii.* Scaliger. Ei erant non uno loco Heroa conſecrata, ut docet *Pauſanias* in Atticis. *Gorallus.*

576. *Sparſa Lycurgi*] Lege: *Sparta.* Levis ſanè error, vel puero notus; tamen in recentioribus Editionibus, etiam in Antuerpienſi, hactenus non animadverſus. *Scaliger.*

577. *Et ſacer in bellum numerus*] Alioqui *numerus* ad contemtum:

*Nos numerus ſumus & fruges conſumere nati.*

Ex Græcorum proverbiis ἀριθμὸς. Quod etiam de uno dici, non tantùm de pluribus, adnotavimus apud *Euripidem* Heraclidis:

Εἰδὼς μὲν οὐκ ἀριθμὸν, ἀλλ' ἐτητύμως
Ἄνδρ' ὄντα τὸν σὸν παῖδα.

*Sciens non numerum, ſed verè*
*Virum eſſe filium tuum.* Idem.

*Ibidem.* Vera ſunt quæ hîc habet vir ſummus, ſed nihil ad rem. *Numerus* hîc eſt vox è militia deſumta; quæ quidem ævo *Taciti* frequentior fuit, ut multis oſtendit *Juſtus Lipſius* ad Lib. I. Cap. VI. Sed antea inaudita non fuerat, ut vel ex hoc loco liquet. Sic autem dictæ cohortes, aliáque militum συντάγματα, quorum erat certus numerus; quò reſpexit *Virgilius* Æneid. XI, 599.

*Etruſcique duas, equitúmque exercitus omnis*
*Compoſiti numero in turmas.*

[illegible] autem hic *ſacer* numerus, quòd Laconicæ ἐνωμοτίας, hoc [illegible]meri XXV. virorum, ſolerent, ſacris quibuſdam abhibitis, [illegible] nomen dare. *Heſychius*: ἐνωμοτία, τάξις τὶς διὰ σφαγίων [illegible]ν@. Vide *Nicol. Cragium* Reipub. Lacedæm. Lib. IV. cap. 4.

Fortè

phiarao, terrâ abſorpto, conſecrata. Aliàs Laconica & Sparta Lycurgi legibus nobilis oculos noſtros detinent, revocántque in memoriam exercitus illos Lacedæmoniorum, uſque adeò diſciplinæ militaris obſervantes. Interdum luſtramus Athenas, Poëtis qui in iis nati ſunt nobilitatas, & Minervæ Victricis tutelâ inſignes. 580 Recordamur, non procul ab hujus urbis portu, Theſeum è Creta incolumem redeuntem, ſed ob perfidè relictam in Dia inſula Ariadnen, oblitum eſſe nigro velo, pro mandatis paternis, album ſubſtituere, ut ſe ſalvum redire

Fortè etiam ſacros numeros vocavit *Severus*, ad inſtar Thebanæ Cohortis, de qua *Plutarchus* in Pelopida. *Gorallus.*

Ibid. *Sua turba recenti*] Lege, *regenti*; penitus devoti Regibus ſuis ac Ephoris, non ſui ſed Reipublicæ & Regum. *Regens*, στρατηγός. In Culice:

*——— quo flamma regente*
*Doris Erichthonias proſtravit funditus arces.*

*Quo regente*, ȣ στρατηγȣ̃ντος. *Scaliger.* Summum Reges Lacedæmonii in exercitibus habuerunt imperium, cui reſponſare non licebat. Vide *Cragium* eodem loco. *Gorallus.*

578. *Variis ſpectantur Athenæ Carminibus*] Propter multa carmina, quibus ſunt à Poëtis Epicis & Dramaticis celebratæ. *Idem.*

*Gaudénſque ſua victrice*] De Minervæ & Neptuni certamine hæc accipienda. Quare victricem Minervam vocavit, quòd ejus olea præpoſita fuit equo Neptuni. *Scaliger.* Celebris quidem ea fuit fabula, ſed & erat Νίκη Ἀ'θηνᾶ, *Minerva victoria*, quòd victores eos quibus favebat redderet, de qua *Harpocration*; ad quem vide *Henr. Valeſium*, qui oſtendit id fuiſſe cognomen Minervæ πολιέχȣ, ſeu præſidis urbis. *Gorallus.*

580. *Excidit hìc reduci*] Hic verſus & ſequentes quinque, ſine ulla ſententiæ jactura, abeſſent. Neque enim Athenæ viſebantur, propter putidas id genus fabellas. Sed Poëtæ vix abſtinere poſſunt ab ejuſmodi locis, in hiſtoria fabulari, aut ei proxima celebratis; ſi quæ occaſio in ea digrediendi incidit, quamvis minùs commoda. *Idem.*

581. *Candida ſollicito permittere vela*] Omnino legendum, ut in Veteribus *præmittere.* Nam præmittenda erant vela candida patri, ut eſſent nuncia reditûs. *Scaliger.* Fabulam hanc aut hiſtoriam terſè narravit *Catullus*, in elegantiſſimo Carmine de Nuptiis Thetidis & Pelei; ubi cur exciderit Theſeo paterni moniti memoria docet. *Gorallus.*

Tu quoque Athenarum crimen, jam nobile sidus,
Erigone; sedes vestra en, Philomela, canoris
Te vocat in silvis; & tu, soror hospita, tectis
Acciperis; solis Tereus ferus exsulat agris.

Mi-

## NOTÆ.

582. *Tu quoque Athenarum carmen*] Ita legendus totus h c locus depravatissimus:

> *Te quoque Athenarum carmen, jam nobile sidus*
> *Erigone; sedes, Pandioni, vestra canoris*
> *Te vocat in silvis; & tu soror hospita tectis*
> *Acciperis.*

Tres Atticas puellas alloquitur; quarum primam sideribus, alteram silvis, tertiam tectis acceptam scribit. O Erigone, te nobile sidus vocat; ô Pandioni Philomela, te sedes in silvis vocat; ô Procne, tu tectis acciperis. Hæc est, nisi fallor, hujus loci vera interpretatio. *Scaliger.*

Ibidem. *Carmen*] Cum Aldina lege, *crimen*. Crimen enim non exiguum erat, quòd Attici, acciso ejus patre, virginem ad suspendium adegissent. Cùm enim pastores Attici, ut verbis utar *Hygini* Fab. CXXIX. ex utre vini, quem acceptum à Libero Patre cum iis Icarius communicaverat, ebrii facti concidissent; arbitrantes Icarium sibi malum medicamentum dedisse, fustibus eum interfecerunt. Icarium autem occisum canis ululans Mæra Erigonæ monstravit, ubi pater insepultus jaceret. Quò cùm venisset, super corpus parentis suspendio se necavit; ob quod factum, Liber Pater iratus Atheniensium filias simili pœnâ afflixit. De ea re ab Apolline responsum petierunt, quibus responsum est, quòd Icarii & Erigones mortem neglexissent. Quo responso, de Pastoribus supplicium sumserunt & Erigonæ diem festum oscillationis, pestilentiæ causâ, instituerunt, & ut per vindemiam de frugibus Icario & Erigonæ primùm delibarent; qui, Deorum voluntate, in astrorum numerum sunt relati. Erigone signum Virginis, quam nos Justitiam appellamus, Icarius Arcturus in sideribus est dictus; canis autem Mæra, Canicula. Hæc *Hyginus*. Gorallus.

583. *Sedes vestra en, Philomela*] Sic Aldina & aliæ Editiones. Veneta antiquior *Amphiona* habet pro *en Philomela*. *Sedes vestra*, est sedes avium tui similium, quæ silvas habitant. *Idem.*

Ibid. *Canoris silvis*] Quæ cantu avicularum resonant. Vide similem translationem vs. 296. Fabula hæc vel pueris est ex *Ovidio* Me... VI. nota est. *Idem.*

584. *Et*

re anxio Ægeo è longinquo ostenderet. In eadem urbe nata erat virgo, cujus causâ piaculum contraxerat patria, sed quæ in sidera relata est, & cui Erigonæ nomen fuit. Indidem fuit Philomela, cujus sedes est in silvis, & Procne quæ sub tectis nidificatur, dum sceleratus Tereus per deserta loca volitat. In

584. *Et tu, soror hospita tectis*] Hirundo, nempe, facta. Animo Poëtæ obversabantur verba *Ovidii* Met. VI, 668.

*——— quarum petit altera silvas,*
*Altera tecta subit.* Idem.

585. *Solus Tereus ferus*] Ferum vocat quòd neque tectis, ut Procne, neque silvis, ut Philomela, acceptus fuerit, sed in præruptis rupibus degat. Hoc planè ex politissimis *Æschyli* versibus illustratur, qui habentur, apud *Aristotelem* Lib. IX. de Historia Animalium, sed quia ita depravati leguntur, ut ne minimum quidem ipsos interpretari potuerit magnus vir Gaza; hìc eos ego, quantùm judicare possum, correctos & emendatos apponam.

Τοῦτον δ' ἐπόπτην Ἔποπα τῶν αὐτοῦ κακῶν
Πεποικίλωκε, κἀποδηλώσας ἔχει
Θρασὺν πετραῖον ὄρνιν ἐν παντευχίᾳ.
Ὃς ἦρι μὲν φαιόν τι διαπάλλει πτερὸν
Κίρκου λεπάργου· δύο γὰρ οὖν μορφὰς φανεῖ
Παιδός τε τ' αὐτοῦ νηδύος μιᾶς ἄπο.
Νέας δ' ὀπώρας ἡνίκ' αὐξάνθη στάχυς,
Τίκτει νιν αὖθις κ'ἀμφινωμήσει πτέρυξ.
Ἀεὶ δὲ μισεῖ τῶνδε Παλλήνης τόπου
Δρυμοὺς ἐρήμους, ἢ πάγους ἀποικίσει.

*Hunc spectatorem Epopem suorum malorum variegavit, & ostensam habet audacem petricolam avem armis instructam. Qua vere quidem fuscam vibrat pennam Accipitris, cui albus venter; duas enim formas ostendere solet, pulli ejusdem, ex uno utero. Novâ verò æstate, cùm adulta est spica, ipsum iterum parit & vestit circumquaque pluma. Semper autem odit hujus loci Pallena dumos desertos, vel in montes amandabit.* In quibus versibus, primùm allusum ad nomen Epopis, tamquam ἐπόπτης fuerit malorum suorum. Deinde alium plumarum colorem illi vere adscribit, alium æstate. Nam ἦρι φαῖον πτερὸν illi dat κίρκου λεπάργου. Ait habere pennas accipitris, qui est λέπαργος, hoc est, ventre albo, & habet φαιὸν πτερὸν, *fuscas pennas*. Ubi sanè considerandum est *Æschylum*, sine dubio, confudisse cucullum cum Epope, seu Upupa, sed Cucullus φαιὸν διαπάλλει πτερὸν κίρκου λεπάργου. In qua sanè animadversione, mirum in modum mihi placeo, cùm & mentem *Æschyli* planè odoratus sim, & menda ex tam de-

Miramur Trojæ cineres & flebile victis
Pergamon, exstinctósq; suo Phrygas Hectore, parvum
Conspicimus magni tumulum ducis; hîc & Achilles
Impiger & victus magni jacet Hectoris ultor.
Quin etiam Grajæ fixos tenuere tabellæ,
Signáve; nunc Paphiæ rorantes arte capilli,
Sub truce nunc parvi ludentes Colchide nati,

Nunc

NOTÆ.

deplorato loco sustulerim. Fefellit *Æschylum*, quòd Epops eamdem planè vocem cum Cucullo emittit. Propterea eumdem Epopem cum Cucullo fecit; qui, ut nemo ignorat, tam similis est Accipitri, ut quidam in genere Accipitrum posuerint, & nescio quid tale tetigerit *Aristoteles*. Porrò ἡνίκα αὐξανθῇ στάχυς, hoc est, cùm adulta est æstas, τίκτει νιν αὖθις πτέρυξ rursus renovat, & quasi alium facit penna; hoc est, mutatus pennarum color alium videri facit. Odio verò Pallenes ubi ea Metamorphosis agitur, eum in tesca inhospita relegabit Jupiter; hoc est enim τὸ ἀποικίσαι. Hoc sanè extra ordinem. Sed cùm ipse *Corn. Severus* ne sine corollario quidem opus suum egregium de Ætna concludere voluerit; cur non & ego quoque cum hoc corollario hunc locum absolvam? Comparent ergo correctionem horum versuum cum vulgata *Aristotelis* lectione, & videbunt quà alacritate tam luculentos tanti Poëtæ versus à nobis emendatos accipere debeant. *Scaliger.*

587. *Exstinctósque suos Phrygas, Hectora primum*] Locus depravatissimus. Veteres Editiones:

*Exstinctósque suos Phrygas Hectora parvum.*

Lego: *exstinctósque suo Phrygas Hectore, parvum*, &c. Simul cum suo Hectore exstinctos Phrygas. *Horatius* ad verbum ex *Homero*:

——— *& ademtus Hector*
*Tradidit fessis leviora tolli*
*Pergama Grajis.*

*Exstinctos suo Hectore.* Hellenismus αὐτῷ τῷ Ἕκτορι διεφθαρμένους, hoc est, σὺν αὐτῷ Ἕκτορι. Idem.

588. *Parvum conspicimus magni tumulum ducis*, &c.] Seu verè, seu falsò, multis postea sæculis ostendebantur tumuli Achillis, Patrocli, Ajacis, aliorúmque Heróum; quos studiosè invisit Alexander Macedo, cùm in Asiam trajecisset, ut docent *Plutarchus* & *Arrianus* in ejus vita. Ostendebantur etiam *Strabonis*, hoc est, Poëtæ nostri ætate, ut colligere licet ex descriptione Troadis, Lib. XIII. *Gorallus.*

590. Quin

In Troadem navigamus ut videamus reliquias Trojæ, quæ capta tot lacrimas victis creavit, postquàm Hectorem, à quo solo defendi poterant, amiserunt. Illic ergo exiguum magni ducis tumulum videmus, à quo non procul absunt loca, in quibus sepulti sunt Achilles, à quo Hector occisus, & Paris, qui mortem fratris ultus est. Tabulæ etiam præstantium Græciæ pictorum oculos nostros defixos tenent, ut & signa ejusdem gentis statuariorum. Nunc spectamus Apellis Venerem è mari emergentem; nunc Timomachi Medeam cæ-

590. *Quin etiam Graja fixos tenuere*, &c.] Expressit Horatianum:

*Suspendit pictâ mentem, vultúmque tabellâ.*

Scaliger. Hac de re vide *Plinium*, Lib. XXXV.

591. *Paphia rorantes parte capilli*] Scribe ex conjectura nostra, quæ & postea confirmata est veterum aliquot editionum auctoritate: *rorantes arte*, ut in Epigrammate in eamdem ἀναδυομένην:

Καὶ τοίας ἐτύπωσε διάβροχον ὕδατος ἀφρῷ.

*Scaliger*. Nihil felicius & certius excogitari potuit, nam loquitur *Severus* sine dubio, de celeberrima illa tabula Veneris è mari exeuntis, ab Apellis manu. De ea vide *Plinium* Lib. XXXV. cap. X. & ad eum *Joan. Harduinum*. Aliud Epigramma *Antipatri* Sidonii Lib. IV. Anthologiæ, cap. 12. elegantissimè *capillos arte rorantes* expressit, éstque ita ab *Ausonio* conversum:

*Emersam pelagi nuper genitalibus undis*
*Cyprin Apellei cerne laboris opus.*
*Ut complexa manu madidos salis aquore crines*
*Humidulis spumas stringit utraque comis.*

Gorallus.

592. *Sub truce nunc parvi*] Ovidius:

*Inque oculis facinus barbara mater habet.*

Uterque intellexit de Timomachi tabella. *Scaliger*. De hac tabula *Plinius* Lib. XXXV. Cap. XI. *Timomachus Byzantius Cæsaris Dictatoris ætate Ajacem & Medeam pinxit, ab eo in Veneris Genetricis æde positas, octoginta talentis venumdatas*. Quod penicillo expresserat Timomachus id priùs poëticis coloribus pinxerat *Euripides* in Medea, à vs. 1030. ubi crudeli mulieri occidere liberos paranti hæc verba tribuit:

Φεῦ, φεῦ, τί προσδέρκεσθέ μ' ὄμμασιν τέκνα;
Τί προσγελᾶτε τὸν πανύστατον γέλων;

*Eheu! cur me adpicitis liberi? cur adridetis hoc extremo risu?* &c. Vide & Epigrammata in eam tabulam Antholog. Lib. IV. c. 9. quorum duo vertit *Ausonius*, Ep. CXXI & CXXII. Gorallus.

Nunc tristes circa subjectæ altaria cervæ,
Velatúsque pater, nunc gloria viva Myronis.
Quin etiam illa manus operum, turbæq; morantur.
Hæc visenda putas terræ dubiúsque, marísque;
Artificis naturæ ingens opus adspice, nulla
Tu tanta humanis rebus spectacula cernes;
Præcipuéque vigil, fervens cùm Sirius ardet.

Inse-

N O T Æ.

593. *Nunc tristes*] Parrhasius pinxit. *Scaliger.* Imò *Timanthes. Plinius* Lib. XXXV. cap. 10. *Nam Timanthi vel plurimum adfuit ingenii. Ejus enim est Iphigenia, oratorum laudibus celebrata, quâ stante ad aras peritura, cùm mæstos pinxisset omnes, præcipuè patruum, & tristitiæ omnem imaginem consumsisset, patris ipsius vultum velavit, quem dignè non poterat ostendere.* Quinam præterea de ea tabula loquuti fuerint, à quibus omnibus *Timanthi* tribuitur, docebit Plinii interpres *Joan. Harduinus.* Gorallus.

Ibid. *Subjectæ altaria cervæ*] Hoc est, altaria ad quæ loco Iphigeniæ subjecta est cerva. *Ovidius* Metam. XII, 31.

*Flentibus ante aram stetit Iphigenia ministris;*
*Victa Dea est, nubémque oculis objecit, & inter*
*Officium, turbámque sacri vocésque precantum,*
*Suppositâ fertur mutasse Mycenida cervâ.*

Vide & *Euripidis* Iphigeniam in Aulide à vs. 1581. *Idem.*

594. *Velatúsque pater*] Adtribuunt industriæ pictoris, & in eam partem interpretati sunt posteri. Ego verò puto pictorem *Euripidem* sequutum hoc fecisse; cujus verba de Agamemnone, sacrificio filiæ adsistente, hæc sunt:

——— ἔμπαλιν ϛρέψας κάρα
Δάκρυα προῆγεν, ὀμμάτων προθεὶς πέπλον.

*reflexo retrorsum capite, lacrimas præmisit, peplum oculis præponens.* Scaliger.

Ibid. *Gloria viva minoris*] *Myronis.* Et non non omisit Antuerpiensis editio. *Idem.* Respicit ad buculam Myronis, *celebratis*, ut loquitur, *Plinius* Lib. XXXIV. cap. 8. *versibus laudatam.* Ac sanè multa etiamnum supersunt elegantissima Anthol. Lib. IV. cap. 7. quorum aliquot feliciter imitatus, aut interpretatus est *Ausonius* in Epigrammatibus à LVII. Præstantissima quæque eò spectant, ut buculam illam vivæ simillimam fuisse ostendant, quale hoc est

*Aerea*

cædem filiorum meditantem; nunc Timanthis Iphigeniam mactandam, ubi cernere licet Græcorum duces circa Dianæ altare, antequàm submitteretur cerva, mœstos, & patrem virginis Agamemnonem velato vultu; nunc buculam æneam Myronis, veluti spirantem. 595 Tot & tanta sunt ejusmodi opera, ut non præstantiâ solùm, sed & multitudine suâ nos morentur. Hæc nobis visenda putamus, per terræ marisque pericula; atqui adspiciamus, in Ætna monte, artificiosissima naturæ opera; nulla enim in iis, quæ ab hominibus profecta sunt, talia miracula licet videre; & præsertim quidem,

*Aerea mugitum poterat dare vacca Myronis,*
*Sed timet artificis deterere ingenium.*
*Fingere nam similem viva, quàm vivere plus est,*
*Nec sunt facta Dei mira, sed artificis.*

Hinc jam licet intelligere cur hanc buculam *gloriam vivam* Myronis vocarit *Severus.* Gorallus.

595. *Quin etiam illa manus operum, turbaque morantem*] Hoc non est unius assis. Veteres Editiones: *turbaque mina es.* Lego: *turresque minaque.* Minæ sunt ἐπάλξεις. Auctor *Servius* in illud: *minaque murorum ingentes.* Scaliger. In antiquiore Veneta legitur, *morantur*, quod multò melius est. Vult *Cornelius*, non tantùm præstantiam operum, sed & eorum multitudinem morari spectatorum oculos; quod facilè intelliget quisquis *Plinii* Libros XXXIV & XXXV legerit. *Gorallus.*

596. *Terra dubius*] Dubius terræ, aut maris causâ, an pericula in iis occurrentia vitare poteris. De regimine malè intellecto adjectivorum vide *Ger. Joan. Vossium* Artis Grammaticæ. Lib. VII. c. 11. *Idem.*

598. *Tu tanta humanis rebus*] Absurdè legebatur: *cum tanta humanis Phœbus.* Idem.

599. *Vigil*] Hoc est, pervigil, totâ nocte fulgens. Quæ lectio si vera est, oportet diebus canicularibus maxima esse Ætnæ incendia. Sanè, si credimus *Plinio* Lib. II. 40. *ejus sideris effectus amplissimi in terra sentiuntur. Fervent maria, exoriente eo, fluctuant in cellis vina, moventur stagna.* Verùm hæc non fiunt propter exortum *Sirii*, sed quia id est calidissimum anni tempus, ut rectè animadvertit *Geminus* in Elementis Astronomiæ p. 58. & seq. Ed. Petavii Parisinæ. *Idem.*

Ibid. *Sirius ardens*] *Ardet*, & tamen hæc mihi suspecta sunt. *Scaliger.*

Insequitur miranda tamen sua fabula montem.
Nec minùs ille pius, quàm fortis, nobilis ignis.
Nam quando ruptis excanduit Ætna cavernis
Et velut, eversis penitus fornacibus, ignis
Evecta in longum rapidis fervoribus unda est:
Haud aliter quàm cùm, sævo Jove, fulgurat æther,
Et nitidum obscurâ cœlum caligine torquet.
Ardebant arvis segetes, & millia culta

Ju-

## NOTÆ.

600. *Insequitur miranda tamen*] Elliptica hæc est loquutio, in qua hæc sunt intelligenda: quamvis mons hic per se sit mirus, attamen non minùs mirum est quod narratur de fratribus Catanensibus. Nam *fabula* hîc est non mendacium, sed narratio, ut sæpe alibi. *Gerallus.*

601. *Quamquam fors nobilis ignis*] Editiones Veteres: *quàm fors*, &c. Lego:

*Nec minùs ille pius, quàm forset nobilis ignis.*

*Forset.* Vide doctissimos *D. Lambini* in *Horatium* Commentarios. *Scaliger.* Scio quid scripserit *Lambinus* de voce *forset*, quæ idem sonat ac *forsitan*. Sed ea significatio hîc non convenit, & dixisset Poëta:

*Non minùs ille pius forset, quàm nobilis ignis*

Sed legendum est *fortis*, hoc est vehemens, ut vs. 2.

602. *Nam quando ruptis*, &c.] His luculentissimis versibus, orditur historiam fratrum Cataneorum, qui ex incendio Ætnæ utrumque parentem eduxerunt. Eorum de nominibus varia, apud Scriptores, opinio; aliis Philonomum & Calliam vocantibus, aliis Anaphiam & Amphinomum; quibusdam etiam Æmanthiam & Critonem. Cujus historiæ plurimi meminerunt, *Strabo*, *Pausanias* Phocicis, *Val. Maximus*, *Solinus*, *Ælianus*, *Martialis*, alii. Sed omnium maximè *Claudianus*, qui eos egregio carmine celebravit, cujus initium:

*Adspice sudantes venerando pondere fratres,*
*Divino meritos semper honore coli.*
*Jussa quibus rapida cessit reverentia flamma,*
*Et mirata vagas reppulit Ætna faces.*
*Complexi manibus fultos cervice parentes,*
*Attollant vultus accelerëntque gradus.*

Me-

dem, post Caniculæ exortum. Verùm mirus licèt sit mons ille, non minùs mira de eo narratur historia; nec celebres ejus ignes vehementiæ suæ, quàm pietatis, majus ullum specimen ediderunt. Cùm enim, quasi effractis omnibus caminis, fureret Ætna, atque è fornacibus ignis fluvium evomeret, & procul emitteret: non aliter quàm cùm Jupiter fulmina in terras demittit & obscurâ procellæ caligine cœlum obnubit; ardebant segetes in agris, & innumera loca exculta, unà cum villis, &

Meminit & *Ausonius* in Catina, de claris urbibus. Locus in quo eorum erant statuæ, in quas id carmen scripsit *Claudianus*, vocabatur ab indigenis εὐσεϐῶν χῶρος. Porrò locum hunc ita lege:

*Nam quando ruptis excanduit Ætna cavernis,*
*Et, velut eversis penitus fornacibus, ingens*
*Evecta in longum rapidis fervoribus unda*

Dixit *undam*, ut *Pindarus*, de eadem re, ποταμὸν πυρὸς. *Scaliger.*

*Ibidem.* Sic etiam loquutus est Auctor Libri de Mundo Cap. VI. ubi de hac historia. *Gorallus.*

603. *Ignis*] Sic emendavi pro *ignes*, quemadmodum etiam puto legisse *Scaligerum*, quamvis in notis ejus legatur *ingens*, propter locum Pindari cum hoc *Severi* collatum. *Idem.*

604. *Evecta*] Sic Aldina, meliùs quàm *& vecta.* Ex eadem versum clausimus verbo *est*. *Idem.*

605. *Sævo Jove*] Hoc est, indignante Jove, ut à *Virgilio* dicitur *sævus Hector* Æneïd. I, 103. hoc est, Græcis infensus, sic enim loquitur Hectoris amicus Æneas:

*Sævus ubi Æacidæ telo jacet Hector* ———

Idem.

606. *Cœlum caligine torquet*] Meliùs *torpet*. Aliter dicebant: *cœlum stat caligine.* Ab ea metaphora *frontem caligare* dicebant Veteres; ut *Sophocles* συννεφὲς πρόσωπον. *Pacuvius* Atalantâ:

*Quis istic voltus caligans? quæ tristitas?*

Ita locus ille *Pacuvii*, apud *Nonium* legendus est. Imitatione Græcorum dixit *vultum caligantem*. Scaliger.

*Ibidem.* Nihil muto. Quidni enim liceat dicere *torqueri cœlum* à Jove, immissâ caligine, de quo *Virgilius* Æn. IV, 269. dixit:

——— *Cœlum & terras qui numine torquet?*

Gorallus.

607. *Et mollia culta*] Non rejicio veterum Editionum *millia culta.* Scaliger. Sic habet Aldina, hoc est, innumera culta, circa Ætnam, loca. *Gorallus.*

Jugera cum domibus, silvæ, collésque virentes.
Vix dum castra putant hostem movisse, tremebant,
Et jam finitimæ portas invaserat urbis.
Tum verò ut cuique est animus, viréſque, rapinâ
Tutari conantur opes; gemit ille sub auro,
Colligit ille arma & stultâ cervice reponit,
Defectum raptis illum sua crimina tardant,
Hic velox minimo properat sub pondere pauper,
Et quod cuique fuit cari fugit ipse sub illo,
Sed non incolumis dominum sua præda sequuta est.
Cunctantes vorat ignis & undique torret avaros,
Consequitur fugisse ratos & præmia raptis

Con-

N O T Æ.

609. *Vixdum castra putant*, &c.] *Castra movere* & *signa movere*, ad conserendas, scilicet, manus. *Virgilius:*

*Signa movet, præcépsque adversum fertur in hostem.*

Nam *hostem* ignem vocavit, qui improvisos aggressus sit. Suprà, *atque aperit se hosti*, igni, scilicet. *Scaliger.*

Ibid. *Tremebant*] Solum tremebat subterranei ignis impetu subrutum. *Ammianus Marcellinus*, de motu terræ qui Nicomediæ contigerat, Lib. XVII. cap. 7. *Superesse potuit ædium sacrarum & privatarum pars major, nisi palantes abruptè flammarum ardores, per quinquaginta dies & noctes, quidquid consumi poterat exussissent.* Simile quiddam contigerat Catanæ, in clade quam hîc describit *Severus*. Gorallus.

610. *Portas evaserat*] Imò *invaserat*; & ita reponito. *Scaliger*. Sic habet Aldina.

611. *Rapinâ*] Vetus Editio: *viréſque rapina*, quantum rapere possunt. Si legis *rapinâ*, erit raptim convasare, ut loquitur *Terentius*. Græci συσκευωρεῖσθαι. *Scaliger.*

*Ibidem.* Ut ἁρπαγὴ, apud Græcos, & actum rapiendi, hoc est, *raptum*, & rem ablatam, hoc est, *rapinam* significat: sic hîc noster Poëta *rapinam* cum *raptu* miscuit. Sed tamen rectiùs adhibuit vocem *rapina*, quàm *præda*; si credimus *Corn. Frontonem*, de differentiis vocabulorum: *Præda victos spoliat. Rapina subitò venit. Itaque illa victoriâ gaudet, hæc petulantiâ.* Gorallus.

613. *Stulta cervice*] Quid enim opus armis ad ignem fugiendum, præsertim talem? Sed quisque ea rapiebat, quæ pluris faciebat. *Idem.*

614. *Sua*

& nemoribus vicinis. Vix Catanenſes ignem ultra montem progreſſum putabant, cùm ecce eorum ſolum tremore ſubito agitabatur; jámque ignis portas urbis invaſerat. Tum demum unuſquiſque, prout erat animus, aut vires, rapere divitias ſuas ut eas ſervaret; hic gemere ſub pecuniæ ſuæ pondere: ille curioſus armorum, ea ſtultè, quaſi cum igne pugnaturus, induere; alius onere graviore opum, per fas & nefas partarum, oppreſſus vix poſſe progredi: alius ſub levi pondere, quippe pauper, facilè properare. Denique omnes fugere geſtantes quod ſingulis pretioſiſſimum erat; ſed multos oppreſſos & mortuos ſua præda, & ipſa combuſta deſtituit. Quicumque diutiùs cunctati ſunt, aut avariores fuerunt, ſunt igne abſumti; qui celeriter adſequutus eſt multos, qui ſe fugiſſe putabant, & præmia quibus ſperabant ſe donatum iri, unà cùm raptis opi-

614. *Sua crimina*] Divitiæ quas malis artibus ſibi comparavit. *Idem.*

615. *Hic velox nimiùm*] Repone *minimo*, auctore *Aurato* noſtro. *Scaliger.* Favet Aldina, quæ habet *nimio.*

617. *Sed non incolumis dominum ſua præda ſequuta eſt*] Ad inferos, nimirum; ut ſequentia oſtendunt.

*Haud ullas portabis opes Acherontis ad undas,*
*Nudus ab inferna, ſtulte, vehêre rate.*

Propertius Lib. III. *Gorallus.*

619. *Præmia captis*] Nihil potuit argutiùs dici. Prædones & latrones captis inclamant præmia. *Tibullus:*

*Sævâque de rapta præmia veſte petat.*

Vulgò dicunt, *mettre à rançon*; hoc eſt, imponere pretium, pro redemtione. Ergo ἀλληγορικῶς dixit ignem eos ante exſpectatum opprimere. Quædam Editiones habent *concrepat*, ex qua lectione *Auratus* noſter legebat *concremat.* Utrum malis, tibi liberum eſto eligere. *Scaliger.*

*Ibid.* Ego quidem *Auratum* ſequor. Scaligerana enim argutia non intelligo quî huic loco convenire poſſit. Ceterùm pro *captis* lego *raptis*, quæ enim ſubitò, ne incendio pereant, auferuntur, non *capi*, ſed *rapi* dicuntur. Senſus eſt ignem Ætnæum unà cremaſſe & res raptas & præmia quæ exſpectabantur ab iis qui rapuerant. In tali enim incendio, plebs & urbana & ruſtica operam ſuam ditioribus locat, ut vitæ periculo eorum facultates igni eripiat; ſed dum rapta amittebantur, præmium ſimul peribat. *Gorallus.*

620. Hæc

Concremat; hæc nullis parsura incendia pascunt,
Vel solis parsura piis; namque optima proles
Amphinomus fratérque pari sub pondere fortes,
Cùm jam vicinis streperent incendia tectis,
Adspiciunt pigrúmque patrem, matrémque, sen
Eheu! defessos, posuisse in limine membra.
Parcite avara manus dites attollere prædas;
Illis divitiæ solæ matérque, patérque.
Hanc rapiunt prædam, mediúmque exire per ign
Ipso dante fidem, properant. O maxima rerum,
Et meritò pietas homini tutissima virtus!

I

N O T Æ.

620. *Hæc nullis*] Legebatur antea *ac nullis*, sine sensu; cùm velit *Cornelius*, quæ rapi non potuerant, aut rapta seriùs erant: inquam, omnia pascere incendium, solis piis parsurum. *Idem.*

622. *Amphion*] Lege, *Amphinomus*. Et quædam Edition correxerunt. *Scaliger.* Sic vocatur à *Strabone* Lib. VI. à *Valerio M mo* Lib. V. cap. 4. à *Solino* Cap. V. & à *Claudiano* Carm. L. *Seneca* de Benef. Lib. III. cap. 32. & *Pausanias* Phocicis pag. 663. ut & ctor Libri de Mundo Cap. VI. reticent nomina. *Gorallus.*

*Fratérque*] Vocatur Anapias à *Strabone*, Anapus à *Val. Ma* Anapis à *Solino* & *Claudiano*. Verùm apud *Stobaum* Serm. LX quasi ex *Æliani* Variis Historiis, vocantur hi fratres *Philonom Callias*. Idem.

624. *Matrémque senémque*] Lege:

*Adspiciunt pigrúmque patrem, matrémque senecta*
*Heu heu! defessos posuisse in limine membra.*

*Senecta membra.* Scaliger.

*Ibidem.* Sequor emendationem *Scaligeri*, sed quamvis sciam *ctam ætatem* dici à *Plauto*, & *senecta membra* à *Lucretio*, malim, inutili archaïsmo, sic ordinem constituere *defessos senectâ p membra in limine*, ut senecta sit in ablativo. Sic Æneïd. II, 96.

*Non priùs adspicies ubi fessum ætate parentem*
*Liqueris?*

opibus, perdidit. Hisce omnibus pascebatur incendium nemini parsurum, nisi Piis Fratribus. Fuerunt enim eximii adolescentes, Amphinomus & Anapias, simili pondere onusti; qui cùm vicina incendia jam crepitarent, viderunt parentes suos, præ senectute, usque adeò debiles, ut in limine domûs suæ mortem exspectantes jacerent. O avara turba, ne divitias vestras asportetis. Illis Fratribus omnium opum loco fuerunt parentes, hanc solam prædam rapuerunt, mediásque flammas ingressi sunt; quasi fidem ab igne accepissent, noxæ nihil sibi allaturum. O maxima & hominibus longè tutissima virtus pietas! Puduit flammas pios ju-

Posset etiam fortè legi *defectos*, de qua loquutione vide *Marquard. Gudium* ad Phæd. Lib. I. Fab. XXI. Sed nihil opus est mutatu, nam *fessum* & *defessum senectute* non minùs bene dixeris. Ipsa senectus *fessa* etiam dicitur, ut apud *Lucanum* Lib. II, 128.

*—— parvum sed fessa senectus*
*Sanguinis effudit jugulo.* Gorallus.

626. *Attollere*] Sic Aldina, non *attollite*, ut vulgò. *Idem.*

627. *Illis divitiæ sola*] Pausanias in Phocicis. p.663. Ἡνίκα ἐπέῤῥει τῇ Κατάνῃ πῦρ τὸ ἐκ τῆς Αἴτνης, χρυσὸν μὲν καὶ ἄργυρον ἐν οὐδενὸς μερίδι ἐποιήσαντο, οἱ δὲ ἔφευγον ὁ μὲν ἀράμενος μητέρα, ὁ δὲ αὐτὸν τὸν πατέρα: *Cùm irruisset in Catanam ignis ex Ætna, aurum quidem & argentum nullo numero habuerunt, sed aufugerunt, hìc sublatâ matre, ille sublato patre ipso.* Claudianus:

*Qui spretis opibus, medios properastis in ignes*
*Nil præter sanctam tollere canitiem.*

Vide & *Ælianum*, apud *Stobæum*. Idem.

629. *Ipso dante fidem*] Tamquam pro se ignis daret, qui pro se fide juberent. *Scaliger.* Aut quasi promitteret se tam pio officio fungentes incolumes dimissurum. Quod debet intelligi de decessione flammarum, quæ viam eis aperiebat, & veluti invitabat ad transeundum. Hæc respexisse videtur *Claudianus*, hisce verbis:

*Ipse redundantem frænavit Mulciber Ætnam,*
*Læderet exempli ne monumenta pii.*
*Senserunt elementa* FIDEM, *pater adfuit Æther,*
*Terráque maternum sedula juvit onus.*

Gorallus.

632. Qua-

Erubuere pios juvenes attingere flammæ,
Et quacumque ferunt illi vestigia, cedunt.
Felix illa dies, illa est innoxia terræ.
Dextera sæva tenent, læváque incendia fervent;
Ille per obliquos ignes, fratérque triumphant,
Tutus uterque pio sub pondere, suffugit illac,
Et circa geminos avidus sibi temperat ignis.
Incolumes abeunt tandem & sua Numina secum
Salva ferunt, illos mirantur carmina vatum.
Illos seposuit claro sub nomine Ditis,

Nec

## NOTÆ.

632. *Quacumque ferunt illi vestigia, cedunt.*] *Seneca* de Benefic. Lib. III. cap. 37. *Decessisse creditum est ignes & utrimque flammâ recedente limitem adapertum, per quem transcurrerent juvenes dignissimi, qui magna tutò auderent.* Pausanias loco memorato: προϊόντας δὲ οὐ σὺν ῥᾳστώνῃ καταλαμβάνει σφᾶς τὸ πῦρ ἐπειγόμενον τῇ φλογί. καὶ (οὐ γὰρ κατετίθεντο οὐδὲ οὕτω τοὺς γονέας) διχῇ σχισθῆναι λέγεται τὸν ῥύακα, καὶ αὐτούς τε τοὺς νεανίσκους, σὺν δὲ αὐτοῖς τοὺς γονέας τὸ πῦρ οὐδὲν σφίσι λυμηνάμενον παρεξῆλθεν: *progressos non languidè adsequutum est incendium, flammâ festinans; atque (nam ne sic quidem deposuerant parentes) ajunt decursum flamma bifariam divisum, & ipsos juvenes, simúlque cum iis parentes, ignem illæsos dimisisse.* Vide & Librum de Mundo Cap. VI. aut ejus Interpretem *Apulejum.* Idem.

633. *Felix illa dies*] Eadem adclamatio in Ciri:

*Felix illa dies, felix & dicitur annus,* &c.

Scaliger.

Ibid. *Innoxia terra*] Nocuit quidem ædificiis & agris Catanensium; sed multò plus profuit hominibus, propter singulare pietatis exemplum, cui occasionem præbuit. Ita hunc locum intellexisse videtur *Claudianus*; duo enim ultima Carminis ejus, de piis fratribus, postrema disticha meram hujus versiculi paraphrasin nobis exhibent.

*Nec doleat* (Sicilia) *damnis qua devius intulit ardor,*
*Nec gemat exustas igne furente domos.*
*Non potuit pietas flammâ cessante probari,*
*Emtum est, ingenti clade, perenne decus.*

634. *Dextra sæva tenent*] Ex opinione ejusdem maximi *Aurati* lege:

*Dextrâ sæva tenus, læváque incendia fervent.*

Ego

nes amburere, & quacumque illi ſe converterent, ſſerunt. Felicem verò diem, nec cuiquam ob ja- am deflendum, quo tantæ exſtitit pietatis exem- ı! Quamvis à dextra & à ſiniſtra incendia omnia ſcerentur, Fratres illi, per tranſverſos ignes ſeuntes, veluti triumphabant. Uterque tutus ɔia illa ſarcina, quà cedebant, evaſit; nam troque abſtinuit flamma. Denique ſine noxa ·unt, & parentes, quos Numinum loco habe- , ſalvos abſtulerunt, carminibúſque deinceps arum propterea celebrati ſunt. Pluto verò, ı vitam exegiſſent, eos promiſcuæ mortuorum æ non miſcuit, ſed clarum nomen habere paſſus, ſan-

verò ita defendebam: *dextra ſæva tenent*, τὰ δεινὰ ἐκ δεξιῶν. le proverbium *Horatio:*

*Hac canis, hac lupus.*

ger. At nos Editionem Aldinam ſequuti ſumus, cujus lectionis eſt: *incendia tenent dextera, & fervent à læva.* Gorallus.

8. *Sua numina ſecum*] *Menander* apud *Stobæum* Serm. LXXVII.

Θεὸς μέγιϛος τοῖς φρονοῦσιν οἱ γονεῖς.

*maximus ſunt ſapientibus parentes.* Alia ſunt ibidem ejuſdem ntiæ, ex quibus liquet ſecundùm Deum Opt. Maximum ha- los parentes. *Idem.*

9. *Mirantur carmina vatum*] Oſtenderunt Poëtæ quàm ſint ad- tione digni, quámque eos mirarentur. Non ſuperſunt quidem s, quos equidem norim, antiquiores *Severo* poëtæ, qui hoſce es laudaverint. Sed quis dubitet quin tam præclarum facinus à is ſit laudatum? Sequentibus ſæculis, præter Claudianum, ha- ıus *Silium* Lib. XIV.

*Tum Catane nimiùm ardenti vicina Typhœo,*
*Et generaſſe pios quondam celeberrima fratres.*

lorum fratrum, ſed obiter, meminit etiam *Martialis* Lib. VII. 23. *Idem.*

ı0. *Illæſos poſuit*] Lege: *illos ſepoſuit*, &c. *Ditis* caſu recto. *Pe- us:*

*Has inter ſedes, Ditis pater extulit ora*

teri Gloſſario. *Ditis pater*, Πλούτων. Scaliger. Senſus eſt: mors non miſcuit cum pleriſque hominibus, quorum nomina æterna ione delet. Colebantur enim à Catanenſibus. *Pauſanias:* Οὗ- ὐθρ δὴ τιμὰς καὶ ἐς ἐμὲ ἔτι παρὰ Καταναίων ἔχουσι: *Siquidem, n ad meam ætatem, honores habent apud Catanenſes.* Gorallus.

642. Sed

Nec sanctos juvenes attingunt sordida fata,
Sed verè cessere domus & jura Piorum.

## NOTÆ.

642. *Sed jure*] Auratus *purè*, alii verè. Atque hæc quidem hactenus in Ætnam, quo neque, post tempora Tiberii Cæsaris, cultius Poëma, neque mendosius ullum ad nos pervenit. Sed oro obtestórque omnes, qui post messem nostram aliquod spicum, ut ille ait, à nobis relictum invenerint; ne id potiùs mihi vitio, quòd reliquerim, quàm sibi ipsi gloriæ, quòd invenerint, verti velint. Quòd enim hæc tumultuariâ operâ conscripsimus, sciunt illi satis, qui non ignorant quantis temporis angustiis hæc conscripsimus; & quòd unus mensis, in quo hæc omnia opuscula recensuimus, omnes errores nostros excusare poterit. Id quod inviti scripsimus. Dicendum tamen fuit, ut à quorumdam fastidio laborem hunc nostrum, quantus quantus est, vindicaremus. *Scaliger.*

Ibidem. *Domus & jura Piorum.*] *Pios* dici camporum Elysiorum incolas omnes norunt. *Martialis* Lib. XII. Ep. 52.

*Accipient olim cùm te loca læta piorum,*
*Non erit in Stygia notior umbra domo.*

Sed Severus præterea respicit ad cognomen fratrum Catanensium, qui κατ᾽ ἐξοχὴν dicti sunt PII FRATRES. Auctor libri de mundo, Cap. VI. ubi memorato insigni Ætnæ incendio: Ἔνθα δὴ τὸ τῶν ΕΥΣΕΒΩΝ γένος ἐξόχως ἐτίμησε τὸ δαιμόνιον, περικαταληφθέντων ὑπὸ τοῦ ῥεύματος, διὰ τὸ βαστάζειν γέροντας ἐπὶ τῶν ὤμων γονεῖς, καὶ σώζειν. *Ibi piorum genus eximio honore affecit Numen, cùm essent cincti decursu ignis, quia bajulabant humeris senes parentes, eosque servabant.* Pausanias:

sanctos juvenes humili aliorum, qui oblivioni mandantur, fato subduxit, & verè sedibus, omnibúsque, quæ piis debentur, præmiis donavit.

sanias: περὶ πλείςου ἐποιοῦντο οἱ πάλαι γονέας, ὥσπερ ἐςιν ἄλλοις τε τεκμήρασθαι, καὶ ἐν Κατάνῃ τοῖς καλουμένοις ΕΥΣΕΒΕΣΙ. *Veteres magni faciebant parentes, ut licet colligere, cùm ex aliis, tum ex iis qui vocantur Catanæ pii.* Solinus: *Horum memoriam ita posteritas munerata est, ut sepulcri locus nominaretur* CAMPUS PIORUM. Propterea dicit *Severus* iis *verè cessisse domus & jura piorum*; ut honores memoratos distinguat ab iis, qui *falso* à Poëtis dicebantur tribui Heroïbus, in campis Elysiis, quorum mendacia ab initio hujusce carminis irrisit. Ex quo enim philosophari cœperunt Romani, fuerunt in sententia quam *Juvenalis* Sat. II, 149. his verbis describit:

*Esse aliquos Manes & subterranea regna,*
*Et pontum & Stygio ranas sub gurgite nigras,*
*Atque unà transire vadum tot millia cymbâ,*
*Nec pueri credunt, nisi qui nondum ære lavantur.*

Hæc nos quoque ad *Severi* Ætnam scribenda habebamus, in quibus ita abiimus à conjecturis, interpretationibúsque *Scaligeri*, cùm minùs veræ visæ sunt, ut ei meritas gratias habuerimus & egerimus, ob ea in quibus rectè sensisse videbatur. Plures quidem spicas colligendas reliquerat, quàm fortè putabat; sed ita tamen in hac arena se gesserat, ut subitaneo impetu melius nihil præstari posset. Nos quidem uni huic Poëmati illustrando plus temporis absumsimus; quàm ille, in universam Appendicem Virgilianam. Eramus sanè aliis & gravioribus & multiplicibus laboribus occupati; ita ut hæc, relaxandi ingenii causâ, subcisivis dumtaxat horis, attigerimus.

# P. CORNELII SEVERI
# FRAGMENTUM
## *De* CICERONIS *Morte*, *ex M. Annæi Senecæ Suasoria* VII.

ORáque magnanimûm ſpirantia pænè virorum
In roſtris jacuere ſuis; ſed enim abſtulit omnes,
Tamquam ſola foret, rapti Ciceronis imago.
Tunc redeunt animis ingentia Conſulis acta,
Juratæque manus, deprenſáque fœdera noxæ,
Pa-

### NOTÆ.

1. *Oráque*, &c.] *Seneca* hoc profert fragmentum *Corn. Severi*, poſtquàm varia Ciceronis elogia è diſertiſſimis Hiſtoricis recitavit, ſubditque: *nemo tamen, ex tot diſertiſſimis viris, meliùs Ciceronis mortem deploravit, quàm Corn. Severus.* Deſcriptionem autem harum calamitatum ſat copioſam habemus, cùm apud *Plutarchum*, in vitis Ciceronis & Antonii, tum in XLVII. *Dionis* libro. Qui fontes omnibus cùm pateant, pauca tantùm ex iis delibabimus, ad illuſtrationem *Cornelii* noſtri facientia. Sic ergo *Dio*, de capitibus proſcriptorum pag. 328. Ed. Hanovianæ. πολλοὶ μὲν γὰρ ἐν ταῖς οἰκίαις, ἔν τε ταῖς ἀγυιαῖς, καὶ πρὸς τοῖς ἱεροῖς σποράδην ἀπεκτίννυντο, καὶ αἵ τε κεφαλαὶ αὐτῶν ἐπὶ τὸ βῆμα εὐθὺς ἀνετίθεντο: *multi quidem in ædibus & in plateis & in templis sparſim occidebantur, atque eorum capita illico in roſtris proponebantur.* Hinc intelligere licet cur *Severus* dixerit *ora panè ſpirantia* illic conſpecta, cùm è veſtigio ad eum locum raperentur. *Gorallus.*

2. *In roſtris jacuere ſuis*] E quibus ſæpe ad populum verba fecerant; nam roſtra veluti *ſua* fecerant, frequenti uſu. *Idem.*

Ibid. *Sed enim abſtulit omnes*] Omnium reliquorum pro roſtris imagines una Ciceronis obſcuravit, præſtrinxitque oculos. *Juvena-... Sat. X.*

*Ingenio manus eſt & cervix caſa, nec umquam*
*Sanguine cauſidici maduerunt roſtra puſilli.* Schottus.

...*idem*. Legenda ſunt, apud *Senecam*, præſertim *Titi Livii* & ...ntii *Cordi* elogia, qui lugendum hoc Populo Romano ſpectaculum

# P. CORNELII SEVERI FRAGMENTI

## De CICERONIS Morte

## INTERPRETATIO.

FOrtium virorum præcisa capita, propemodum spirantia jacuerunt in Rostris, è quibus ad populum verba facere solebant; sed reliqua ne spectarentur effecit, quasi solum fuisset, caput Ciceronis. Tunc omnium animis obversabantur res ab eo Consule gestæ, 5 conjuratio Catilinaria ab eo deprehensa, Pa-

culum elegantissimè pinxerunt. Ut nemo umquam tanto cum plausu è Rostris auditus fuerat: sic neminis, tanta cum miseratione, caput & manus illic spectata sunt. *Gerallus.*

3. *Tamquam sola foret*] Non tantùm propter maxima viri in Rempublicam merita, sed & quia loco magis conspicuo collocata fuerat; *Dio* ibidem pag. 331. ὡς δ' οὖν καὶ ἡ τοῦ Κικέρωνος (κεφαλὴ) ποτὲ ἐκομίσθη σφίσι, ὁ μὲν Ἀντώνιος πολλὰ αὐτῷ καὶ δυσχερῆ ἐξονειδίσας, ἔπειτ' ἐκέλευσεν αὐτὴν ἐκφανέστερον τῶν ἄλλων ἐν τῷ βήματι προτεθῆναι· ἵν' ὅθεν κατ' αὐτοῦ δημηγορῶν ἠκούετο, ἐνταῦθα μετὰ τῆς δεξιᾶς, ὥσπερ ἀπετέτμητο, ὁρῷτο: *Cùm igitur tandem allatum Ciceronis caput esset, Antonius multa & immania ei conviciatus, deinde jussit id in loco magis conspicuo, quàm cetera, proponi pro rostris; ut quo de loco contra eum concionans auditus fuerat, illic cum dextra, prout erat abscissa, videretur.* Idem.

5. *Jurataque manus*, &c.] Hæc omnia non tantùm *Sallustius*, sed & ipse *Cicero* copiosè descripsit, in orationibus eo tempore & postea habitis; ita ut propterea, vel amicis, tædio esset. *Idem.*

Ibid. *Fœdera noxa*] Hoc est, conjuratio ad scelus perpetrandum, nam *noxa* hîc est scelus, non sceleris pœna, ut alibi passim. Respicit fortè *Cornelius* ad id quod narrat *Sallustius*. *Fuere*, inquit, *eâ tempestate, qui dicerent Catilinam, oratione habitâ, cùm ad jusjurandum populares sceleris sui adigeret, humani corporis sanguinem vino permistum in pateris circumtulisse; inde cùm post exsecrationem omnes degustavissent, sicuti in sollemnibus sacris fieri consuevit, aperuisse consilium suum.* Idem.

 6. Pa-

Patriciúmque nefas; ast tunc & pœna Cethegi,
Dejectúsque redit votis Catilina nefandis.
Quid favor, aut cœtus? pleni quid honoribus anni
Profuerunt? sacris exacta quid artibus ætas?
Abstulit una dies civis decus, ictáque luctu
Conticuit Latiæ tristis facundia linguæ.
Unica sollicitis quondam tutela, salúsque,
Egregium semper patriæ caput, ille Senatûs

Vin-

NOTÆ.

6. *Patriciumque nefas*] Quia principes conjurationis patricii fuerunt. *Idem.*

*Est tunc & pœna Cethegi*] Cùm hîc *est* careret planè sensu, edidimus *ast*, hoc est, *verò*. *Tunc verò*, &c. *pœna*, &c. Glossæ: *Ast*, *Δέ*. *Festus*, aut *Paulus*: AST *significat at*, *sed*; *vel*, *autem*. In Scaligerana Editione est,

*Patriciúmque nefas etiam tum, ut pœna Cethegi.*

Sed est emendatio, nam editio *P. Pithœi* consentit cum vulgatis Codicibus. Non dicit hæc *Severus*, exprobrandi causâ; quamvis pœnæ de Cethego & aliis sumtæ ingentem invidiam *Ciceroni* postea conflarint. *Idem.*

7. *Dejectúsque redit*] Primùm spe Consulatûs, nam *pecuniarum repetundarum reus factus prohibitus erat petere Consulatum, quòd intra legitimos dies profiteri nequiverit*, quæ verba sunt *Sallustii*; deinde & spe perficiendorum ceterorum consiliorum. *Idem.*

8. *Quid favor, aut cœtus*] Si locus hic sanus sit, hoc vult *Severus*: quid illi profuit Pop. Rom. favor? quid concursus hominum ad eum facti, tempore Catilinariæ conjurationis; vel, ad eum è rostris dicentem audiendum; vel etiam Senatus ipse? *Cremutius Cordus* apud *Senecam*: *Quò sapiùs ille ingenti circumfusus turbâ processerat, quæ paullo ante caluerat piis concionibus, quibus multorum capita servaverat, tum per artus suos cæsos, aliter ac solitus erat, à civibus suis conspectus est.* Idem.

9. *Profuerunt*] Sic scribendum esse, non *profuerant*, res ipsa ostendit; sed qui nesciebant, apud Veteres penultimam tertiæ personæ præteriti pluralis sæpe corripi, mutaverant. Vide *Ob. Gifanium* in Indice Lucretiano. *Idem.*

9. *Sacris exacta quid artibus ætas*] Alii *& vita quid artibus acta* Sed hanc lectionem meritò prætulit *Andr. Schottus*. *Sacras artes* vocat

cat

Patriciorum nefanda consilia, pœna de Cethego ceterísque conjuratis sumta, & sperato Consulatu dejectus antea Catilina. Quid popularis favor ei profuit? Quid summi honores in eum à Populo Romano collati? Quid ætas in litterarum studiis exacta? 10 Unus dies abstulit civium decus, & luctu perculsa Romanæ Linguæ facundia unà cum illo conticuit. Unicus ille ac certissimus reorum olim patronus, caput consiliorum publicorum, senatûs de-

cat cùm omnis generis litteras, tum præsertim Philosophiam. *Idem*.

10. *Civis decus*] Dicitur *civis decus*, civis primarius, qui patriæ est honori. Sic apud *Virgilium* Ecl. IV, 11. *decus ævi*, dicitur aurea ætas, quâ omne ævum decoratur. *Idem*.

11. *Conticuit Latiæ*, &c.] Tale illud *Martialis* Lib. V, 70.

*Impius infando miles corrumpitur auro,*
*Ex tantis opibus vox tacet una tibi.*
*Quid prosunt sacra pretiosa silentia Linguæ?*
*Incipient omnes pro Cicerone loqui.*

Schottus.

*Ibidem*. Huc facit elegans narratiuncula, quæ est apud *Senecam*, postquàm *Cornelii* versus protulit. *Non laudabo*, inquit, *municipem nostrum, bono versu, ex quo hic multò melior Corn. Severi processit:* Conticuit Latiæ, *&c. Sextilius Hena fuit homo ingeniosus, magis quàm eruditus, inæqualis Poëta & penè quibusdam locis talis, quales esse Cicero Cordubenses Poëtas ait, pingue quiddam sonantes atque peregrinum. Is hanc proscriptionem recitaturus, in domo Messalæ Corvini, Pollionem Asinium advocaverat; & in principio hunc versum, non sine adsensu, recitavit:*

Deflendus Cicero est, Latiæque silentia linguæ.

*Pollio Asinius non æquo animo tulit, & ait:* Messala, tu quid liberum sit in domo tua videris; ego istum auditurus non sum, cui mutus videor. *Atque ita consurrexit, ne interesset recitationi eorum. Quod Cornelium* (fecisse) *scio, cui non æquè displicuisse hunc versum, quàm Pollioni, apparet; quòd meliorem quidem, sed non dissimilem illi & ipse composuit.* Gorallus.

13. *Patriæ caput*] Hinc sumsit *Martialis* Lib. III. Ep. 66. de Pompeii & Ciceronis capitibus.

*Illud laurigeros ageres cùm, Roma, triumphos:*
*Hoc tibi, Roma, caput, cùm loquereris erat.*

 14. Ri-

Ibidem. *Nostraque cadens ferus Hannibal ira*] Metaphora desumta à victimis, quæ cadere dicebantur Deo, cui mactabantur. *Virgilius* Æneïd. I, 338.

*Multa tibi, ante aras, nostrâ cadet hostia dextrâ.*

*Ovidius* Fastor. Lib. IV. vs. 653.

——— *hîc geminas Rex Numa mactat oves*
*Prima cadit Fauno, leni cadit altera Somno.*

De turpi facto Romanorum, quo Hannibalem ab hospite Prusia sibi dedi voluerunt, vide *Corn. Nepotem*, in ejus vita, ut & *Plutarchum* in vita Flaminii, sub finem.

F I N I S.



ALIA

# ALIA EJUSDEM FRAGMENTA

## Ex M. Annæi Senecæ Suasoria II.

O*Ccurrit mihi sensus, in ejusmodi materia, à* Corn. Severo *dictus, tamquam de Romanis, nescio an parum fortiter. Edictâ in posterum diem pugnâ, epulantes milites inducit, & ait:*

—— Stratique per herbam
Hic meus est, dixere, dies.

*Elegantissimè quidem affectum animorum, incertâ sorte pendentium, expressit; sed parum Romani animi servata est magnitudo; cœnant enim tamquam crastinum desperent.*

## Ex Persii Scholiaste, ad Sat. I, 59.

*Omnia Epicorum carmina ita ferè sunt composita, ut proximus pes ab ultimo dactylus sit, exceptis admodum paucis, quos σπονδειάζοντας appellant, ut apud* Corn. Severum:

Pinea frondosi coma murmurat Apennini

## *Ex Sosipatro Charisio Instit. Gramm.* Lib. I.

*Galeros masculino genere dixit* —— Corn. Severus:
—— flavo prætexerat ora galero.

## *Ibidem.*

*Neutro genere sibilum quidam dixerunt* - Corn. Severus:
Et sua concordes dant sibila clara dracones.

*Ibidem.*

*Successor cùm masculino genere proferatur*, Corn. Severus *etiam fœmininè dixit:*

Ignea nam cœlo ducebat sidera Phœbe
Fraternis successor equis.

*Ibidem.*

*Antistes habet antistita* —— Corn. Severus:

Stabat apud sacras antistita Numinis aras.

*Ibidem.*

*Serta neutro genere dicuntur* —— *sed Propertius fœmininè extulit* —— & Corn. Severus:

Huc ades Aoniâ crinem circumdata sertâ.

*Ex Diomedis* Lib. I.

Severus —— distractos atque salitos.

*Ibidem.*

*Luxurior in crimine est, ut* Corn. Severus *ait:*

Luxuriantur opes atque otia longa gravantur.

*Ex Prisciani* Lib. XI.

Corn. Severus, *in VII. de statu suo:* ad quem salliti pumiliones adferebantur.

F I N I S.

# PETRI BEMBI DE ÆTNA, AD ANGELUM CHABRIELEM, LIBER.



ACTUM à nobis pueris eſt, & quidem ſedulò, ANGELE, quod meminiſſe te certè ſcio, ut fructus ſtudiorum noſtrorum, quos ferebat illa ætas, non tam maturos quàm uberes, ſemper tibi aliquos promeremus. Nam ſive dolebas aliquid, ſive gaudebas (quæ duo ſunt tenerorum animorum maximè propriæ affectiones) continuò habebas aliquid à me, quod legeres, vel gratulationis, vel conſolationis: imbecillum quidem illud & tenue, ſicuti naſcentia omnia & incipientia, ſed tamen quod eſſet ſatis amplum futurum argumentum amoris ſummi erga te mei. Verùm poſteaquàm, annis creſcentibus, & judicium & ſtudia creverunt, nóſque totos tradidimus Græcis magiſtris erudiendos, remiſſiores paullatim facti ſumus ad ſcribendum, ac jam etiam minùs quotidie audentiores. Itaque quas pueri miſerimus ad te lucubrationes noſtras, numerare aliquas poſſumus: quas adoleſcentes, non poſſumus: quo in conſilio nobis diutiùs permanendum eſſe non puto. Nam ut interdum non loqui moderati hominis eſt, ſic ſemper tacere, cum eo quem diligas, perignavi. Neque hercule, ſi in officio permanſi-

mus

mus in prima ætate, debemus nunc, tamquam inexercitati histriones, in secundo aut tertio actu defecisse; præsertim cùm æmulatio tuorum nos studiorum, ANGELE, non excitare modò languentes possit, sed planè etiam incendere: quippe qui multa & præclara habuimus à te semper, habemúsque quotidie, & consuetudinis nostræ testimonia, & doctrinæ tuæ. Quare sicuti pueri scriptiunculas nostras, quasi lactantis ingenii acerbitatem, detulimus ad te, sic nunc deinceps etiam ad te adolescentiæ nostræ primos fœtus deferemus, non ut me ipse plus ames: nam jam id fieri posse vix puto: sed certè quia ita debemus inter nos: neque enim arbitror cariorem fuisse ulli quemquam, quàm tu sis mihi. Sed de his & diximus aliàs satis multa, & sæpe dicemus. Nunc autem, quoniam jam quotidie ferè accidit, posteaquàm è Sicilia ego & tu reversi sumus, ut de ÆTNÆ incendiis interrogaremur ab iis, quibus notum est illa nos satis diligenter inspexisse: ut ea tandem molestia careremus, placuit mihi eum sermonem conscribere, quem cum Bernardo patre meo, habui paucis pòst diebus quàm rediissemus: ad quem rejiciendi essent ii, qui nos deinceps quidpiam de ÆTNA postularent. Itaque confeci librum, quo uterque nostrûm communiter uteretur. Nam cùm essemus in Noniano, & pater se, ut solet, ante atrium in ripam Pluvici contulisset, accessi ad eum, progresso jam in meridianas horas die: ubi quæ locuti sumus inter nos, hæc ferè sunt. Tibi verò nunc orationem utriusque nostrûm, tamquam habeatur, explicabo, non tamquam recenseatur. Igitur cùm illum multa in umbra sedentem compperissem, ita initium interpellandi eum feci.

PETRUS BEMBUS FILIUS.

DIU quidem, Pater, hîc sedes: at certè ripa hæc virens quam populi tuæ istæ densissimæ inumbrant, & fluvius alit, aliquantò frigidior est fortasse, quàm sit satis.

BERNARDUS BEMBUS PATER.

EGO verò, Fili, nuspiam esse libentiùs soleo, quàm hac cùm ripæ, tum arborum, tum etiam fluminis amœnitate: neque est quod vereare, ne quid nobis frigus hoc noceat, præsertim in tanto æstatis ardore. Sed fecisti tu quidem perbene, qui me ab iis cogitationibus revocasti, quas & libentissimè semper abjicio, cùm in Nonianum venitur: & nunc quidem nobis nescio quo pacto furtim irrepserant, non modò non vocantibus, sed etiam invitis.

BEMBUS FILIUS.

De republica, scilicet, cogitabas aliquid, aut certè de Triumviratu tuo: sæpe enim ex te audivi, si fieri possit, velle te, in agris cùm esses, quoniam tibi id cùm modicè contingeret, tum etiam perrarò, de iis quæ in urbe agantur, tamquam lethæo aliquo sumto poculo, nihil omnino recordari.

BEMBUS PATER.

Est ita, ut dicis: nam cùm ab urbe propterea me frequentiáque hominum, tamquam à fluctibus, in hunc solitudinis portum recipiam, ut relaxem à curis remittámque paullisper animum, méque ipsum restituam mihi, atque ad reliquos confirmem labores: ut in ludis athletæ solent, qui cùm prima in lucta desudarint, considunt parumper, seséque re-

vocant,

vocant, ut ſint ad reliqua poſtea certamina valentiores: ſi tamen illæ ipſæ me huc etiam perſequuntur, quas fugio curas & ſolicitudines, profectò nihil ago, quod mihi quidem nunc ipſum evenit, qui cùm ſolus in hac ripa conſederim, ut dignum aliquid hoc ſilentio meditarer, ecce nos unda illa ipſa reſorbuit urbanorum negotiorum, paullatimque in Triumviratûs mei curas delapſus ſum.

BEMBUS FILIUS.

Ita ſanè conjectabar, viſus es enim mihi jamdudum neſcio quid multâ cogitatione commentari, neque eo vultu, quo eſſe hîc ſoles, hilari & ſoluto; ſed quo te in urbe conſpicimus, contractiore interdum & gravi.

BEMBUS PATER.

Rectè conjectabare. Sed iſta tandem, quoniam nimis jam moleſta ſunt, obliviſcamur.

BEMBUS FILIUS.

Utinam ipſe id poſſis, Pater, tibique iſtud, quando ita te juvat, tam facile factu eſſet, quàm dictu eſt. Sed omnes curæ, quæ quidem ſint maximæ, ita ferè ſe habent, ut ſi inſequaris, non fugiant: ſi fugias, etiam inſequantur. Munus autem iſtud tuum cùm eſt ipſum negotioſiſſimum per ſe ſe, quippe à quo ferè omnes reipublicæ noſtræ partes pertractantur, quódque univerſæ civitatis, ceterarúmque urbium noſtrarum advocationem ſuſtinet: tum verò illud etiam accedit, quòd tu is es, qui maximè omnium tranquillitatem animi requietémque deames: quo fit, ut magis etiam illa ſentias, quæ te premunt.

BEM-

BEMBUS PATER.

Eſt, Fili, eſt ſanè cauſa illa quidem non levis, quæ mihi labores adauget meos: ſed tamen, ut verum fatear, aliud quiddam majus me movet, quod ipſum nuper me in urbem revocaverat, ſic dum ſederem, revocátque ſæpiſſimè.

BEMBUS FILIUS.

Quid illud tandem eſt?

BEMBUS PATER.

Quòd reipublicæ causâ non commoveri neque vellem, ſi poſſem: neque poſſem, ſi velim. Nam cùm ab ineunte ætate ita vitam inſtituerim meam, ut patriæ adeſſem ſemper, prodeſſem cùm poſſem, potuerim autem nonnumquam vel juvenis & domi & foris, illa verò me ſæpe muneribus reliquis, ſæpe legationibus honeſtarit: eam ipſe ſi deſeram nunc, cùm & experientiâ & conſilio & auctoritate plus valeo, quid ſit aliud, quàm ſi tu me juvenis ſenem deſtituas, filius patrem?

BEMBUS FILIUS.

Duas igitur cauſas prædicas, Pater, curarum tuarum, duras tu quidem illas & graves: verùm, quia te ſciente à te ipſo proveniunt, perferendas. Nam qui te idem & actionibus tradidiſti, quibus otio inimicius eſſe quid poteſt? & rus amas ſeceſſúſque iſtos tuos; quæ quidem, cùm multò diutiùs ipſis careas quàm fruaris, vitam tibi illam efficiunt moleſtiorem; dolendum tibi non puto, ſi te vel illis ipſis rebus condemnes, quas fugis, vel fugias omnino, quæ te juvant. Sed illud tamen quale eſt, quod te dixeras reipublicæ causâ commoveri? an te fortaſſe,

mi

mi Pater, motus ii Galliarum perturbant, qui feruntur?

BEMBUS. PATER.

Minimè illi quidem: verùm admodum gaudeo te è Sicilia rediisse: nam si aliquid evenerit, malo te hîc esse, ubi omnes sumus, quàm illic, ubi neminem habes tuorum.

BEMBUS FILIUS.

Equidem adsum ac libens, cùm ea de causa, tum quia vobis omnibus carebamus jam nimiùm diu: cave tamen putes nobis hoc Siciliensi biennio quidquam in vita fuisse jucundius.

BEMBUS PATER.

Gaudeo & id quidem: idque ipsum ex eo suspicabamur, quòd nondum ad nos cogitabatis. Sed posteaquàm in eum sermonem incidimus, ut de Sicilia loqueremur, narra mihi quemadmodum ea se habent, quæ de Ætnæis ignibus & feruntur passim, & leguntur: te enim accessisse illuc cum Angelo tuo, totúmque montem perlustrasse audiebamus & nobis quidem certè nunc vacat: quid enim hoc æstu agamus meridiano? neque est, quod ego soleam libentiùs, quàm de naturæ miraculis audire.

BEMBUS FILIUS.

Hæc verò ut libet, modò valeam recensere; & quidem ejusmodi sunt, ut tibi audienti afferre vel magnam possint, mihi certè narranti semper aliquam afferant voluptatem, quamquam quidem jam hoc ipsum facimus nimis sæpe: quàm enim multis nos eadem ipsa censes, posteaquàm è Sicilia reversi sumus, narravisse? Sed consurge, si placet, ab hac umbra: nam tu ripis quidem omnis quæ sit accubatio,

batio, ea si longior est, esse admodum gravis solet, atque ad illa buxeta nostra, si tibi videtur, sedésque pergamus.

BEMBUS PATER.

Periniquum tu quidem facis, qui de ignibus loquuturus, ab umbra & frigore decedendum putas: sed quando ita vis, propter aquam potiùs in ripa deambulemus, & cum fluvio sermoni reliquo demus operam loquentes: ita mihi videbor meliùs tuas illas flammas Ætnæas, si me offenderint, Pluvici mei undâ temperaturus.

BEMBUS FILIUS.

Illæ verò neque te offendent, cùm absint longissimè: neque hîc si adessent, restinguere illas posset Pluvicus tuus, cùm mare ipsum etiam cedat illis volentibus, atque earum ardoribus contrahatur.

BEMBUS PATER.

Magnum exordium inchoas, Fili, ac jam planè vix credenda sunt ista quæ dicis: verùm quî ita fiat, explana id etiam mihi.

BEMBUS FILIUS.

Faciam, ut jubes: sed opus est antè, quam illò veniam, ut aliqua te prædoceam déque insulæ, déque montis natura: quibus cognitis, ad ea quæ postulas, rectâ pergemus viâ.

BEMBUS PATER.

Agè, ut libet, modò ad illa etiam aliquando veniamus: quinetiam mihi feceris gratissimum, si ea lege inceperis, ut ne quid pulchrum prætereatur, sive vidisti aliquid, sive audivisti, sive quid es ipse commentatus.

BEMBUS FILIUS.

Ego verò, si placet, iter tibi nostrum omne ordine recensebo, teque à Messanæ mœnibus usque in Ætnæ cacumen perducam.

BEMBUS PATER.

Placet, & cupio: incipe igitur, viámque ipsam omnem reminiscere, & tamquam recurre, si potes.

BEMBUS FILIUS.

Agam sedulò id quidem. Itaque ne te teneam diutiùs: Quartusdecimus mensis agebatur, ex quo ego & Angelus meus apud Constantinum præceptorem Græcarum litterarum studiis exercebamur: neque sanè adhuc vacuum ullum tempus dederamus nobis laboris, ac ne unum interea integrum intermiseramus diem.

BEMBUS PATER.

Nimiùm fuistis assidui vestris in studiis, adolescentes, vel etiam superstitiosi: annum & menses novæ linguæ rudimentis incubuisse nullo intermisso die? mirum, si vos vel habitudo illa prior destituit, vel color! nos tamen è navigatione traxisse vos pallorem istum & maciem putabamus.

BEMBUS FILIUS.

Ita evenit: sed jam tandem nos ipsos respeximus: placuit enim ut Ætnam viseremus, atque interea, dum animi relaxarentur, quod efficere vel occupa- issimi debeamus, tantum naturæ miraculum etiam ti nosceremus: ita jucundis aliquot sumtis co- ibus qui nos perductarent, conscensis equis Messanam

nam reliquimus. Sed iter ſummo littore facientibus nobis Taurominium uſque memorabile nihil conſpectum eſt. A læva ſtatim Rhegium & Brutii agri parvo primum, mox latioris maris intervallo aperientibus ſeſe paullatim anguſtiis, proſpectantur: à dextra colles continui imminent, Bacchi tota feraciſſima plaga, & Mamertinis vinetis minùs fortaſſe quàm olim fuit, tamquam ab ipſa vetuſtate contritis jam laudibus, ſed tamen ſatis nunc etiam percelebris. In medio ferè itinere vel paullò ampliùs, caſtellum Niſus ex aëria montis rupe viatoribus ſe oſtentat: unde illud devectum Ovidianum,

*Niſiades matres, Sicelidéſque nurus.*

Incolæ vallem etiam omnem, quæ ſubeſt, Niſi regionem vocant.

BEMBUS PATER.

Erit iſto ſanè modo etiam aliquid infra Taurominium memorabile: nam de hoc Poëtæ verſu, ſi rectè memini, nobis pueris nondum inter Grammaticos conveniebat: qua quidem in re adhuc illi arbitrum ſi quærunt, planè video eam controverſiam poſſe dirimi à Niſo túo: à quo neſcio quàm blandè ceteri hoſpites excipiantur, te certè, ut illi dicerent, etiam elegantiorem remiſit. Sed ſequere.

BEMBUS FILIUS.

Tauromonii cùm veterum monumentorum reliquiæ plures viſuntur, templa, ſepulcra, aquæductus: quin ſæpe temerè Græca numiſmata paſſim effodiuntur, affabrè facta illa quidem, neque in æs modò inſculpta ſed in argentum, ſed in aurum, quod etiam Syracuſis crebrò accidit, & eſt jam totius ferè inſulæ familiare: tum coctile theatrum ad-

huc manet, paullò quàm id, quod Romæ vidimus, minus, nisi quod illud amphitheatrum est. Quæ quidem omnia eo inspexi diligentiùs, quòd te recordabar plurimùm semper veterum hominum imaginibus monumentisque tamquam virtutum illorum & gestarum rerum testibus, oblectari. Urbs ipsa loco præcelsò atque edito sita, & montium angulo promissa in pelagus, mare Jonium longè latéque prospicit. Theatrum ultimam anguli rupem insedit, quà collis conspicuus ante omnem urbem in circum planitiem ducens audentior procurrit in mare, utque hinc fluctibus, inde urbe medius ipse terminatur. E Taurominitano demissi jugo, & littore paullatim relicto, vallémque ingressi quàm à læva Ætnæ radices, à dextra Taurominitani montes efficiunt, per eam Randatium pervenimus novum oppidum, & in Ætnæ radicibus, qua parte mediterranea despectat, situm. Iter totum à Taurominio novem & viginti millibus passuum confectum est. Vallis sonoro & perpetuo flumine scinditur & irrigatur. Platani, numerosa sylva, utrasque ripas inumbrantes, maximam sibi vallis partem egregiæ incolæ vindicarunt.

BEMBUS PATER.

Ain' tandem, platanos illæ habent ripæ?

BEMBUS FILIUS.

Pulcherrimas illas quidem, & cultissimas, ut non Socratem modò, aut Platonem, scholásque omnes mitiores suis umbris invitare possint ad philosophandum, sed etiam Gymnosophistas durissimos illos quidem homines, & sole admodum delectatos.

BEMBUS PATER.

Quàm vellem, ut cum earum duabus possemus, vel tribus arboribus, multò plures fructiferas arbores ex illis quas in quincuncem dispositas habemus, commutare!

BEMBUS FILIUS.

Utinam ille tibi potiùs, Pater, iis stantibus totum Pluvicum obduxissent: poterant enim vel universum Nonianum: sed enim nescio an isto sub cœlo provenirent.

BEMBUS PATER.

Equidem arbitror: nam illis posteaquàm in Italiam travectæ sunt, & quidem ab ipsa Sicilia primùm, multæ urbes abundavere: quamquam posteriorum hominnm negligentiâ deperierint: nos enim dum Romæ essemus, unam, quæ in ima ripa speculi est Dianæ Aricinæ, pro miraculo vidimus. Sed nihil est profectò, mihi crede, nihil est, Fili (ut ego semper dicere soleo) quod effici ab homine curâ diligentiáque non possit: nos enim, ut de me ipso loquar, quibus tamen, ex quo hanc villam exædificavimus jam inde antequàm tu esses natus, consumere hîc nondum etiam licuit triginta integros dies, neque quando licebit scio, cupiam certè semper, & peroptabo, vides quàm multos tibi posuerimus ordines pulcherrimarum arborum, vel nostratium, vel advenarum? Quòd si etiam platanos habuissem, numquam illæ me vivo periissent, & haberes tu quidem nunc, quò melius invitare posses Faunum tuum: & ille quò libentius accedere.

BEMBUS FILIUS.

Vellem equidem, mi Pater: ſed quando id effici non poteſt, oblecta te populis tuis: tum etiam, ſi placet, ſicuti matres filiorum nomina, qui deſiderantur, in eos ſæpe transferunt, quos habent, ita & nos platanos iſtas vocemus.

BEMBUS PATER.

Mihi verò placet has populos ſemper vocari: atque haud ſcio, an etiam cùm eas tempeſtas vetuſtáſve conſumſerit, ut ait ille de quercu Mariana, tamen erit in Noniano populus, quam Bembeam populum vocent: ita mihi quidem videtur illas æternitate commendaſſe ſuis carminibus Aurelius noſter. Quare,

*Quæ vitreas populus arduo*
*Bembeas ad aquas vertice tollitur,*
*Vivum ceſpitem obumbrans*
*Intensâ bicolor comâ,*

ſit ſemper populus, creſcat, ſurgat altiùs vel aquulâ hac, vel Poëtæ verſu. Sed ut ad platanos redeam, non tam hoc meâ causâ cupiebam, Fili, quàm tuâ: ego enim me oblectavi ſatis, tum experiendo illud didici, quod facio ſemper, cùm licet, ſive ædifico aliquid, aut paro, propterea id facio, vel quia illis omnibus rebus putem me eſſe uſurum, cui meipſo uti jam meo ipſius jure non licet, vel quia non facilè illa poſſem contemnere, quibus carerem: quid enim mihi poteſt jam ad eos dies, qui mihi reliqui ſunt ad vivendum, eſſe non ſatis? Vobis illa parantur pueri, vobis illa inquam, non mihi: ſcio enim quàm à parentibus quæſita hæc, dulciùs accipere ſoleant liberi, quàm ipſi facilè comparare, ſive quòd in quærendis rebus plerique laborem fugimus, in

par-

partis omnem voluptatem amamus; sive quòd in iis, quæ nobis à majoribus nostris relinquuntur, insit etiam memoria illorum, qui tradidere: quæ illa nobis nescio pacto cùm sanctiora efficiat, tum certè facit multò etiam jucundiora.

BEMBUS FILIUS.

Mihi quidem, Pater, & nunc ista carissima sunt, quæ, quâ es in nos amoris exuberantiâ, à te video dici, & erunt semper, dum vivam, fixa animo & memoriæ meæ, cupióque ut ex iis ipsis rebus, quæ mihi à te, quæque fratri comparantur meo, longissimam ipse nobiscum percipias voluptatem. Sed si tibi nos umquam naturæ lege supervivemus, habeo alia ego, ut de me tantùm loquar (nam de fratre quamquam multa possent dici, malo illi integram causam relinquere respondendi tibi) habeo alia, inquam, quæ mihi sanctissimam tui memoriam semper efficient, etiam absque Noniano tuo: quippe qui me puerum educaveris non diligenter modò, sed planè, quod verè mihi videor esse dicturus, etiam religiosè: habueris tecum in legationibus tuis, imbueris optimis moribus, omnibúsque bonis artibus, quod in te esset, ita semper institueris; ut verear ne sim prorsus ingratissimus ultra hæc mihi à te si quid umquam relictum optavero: tum si de iis ipsis tibi non ego semper majores gratias habuero, quàm si mihi magnificas villas construxisses. Quare ista quidem de causa, nihil est sanè quod labores.

BEMBUS PATER.

Ego verò ac multùm: nam qui tibi illa præparaverim, quæ sunt longè potiora, meo quidem judicio, &, ut video, etiam tuo, curandum mihi est hæc tibi ut ne desint: quæ cùm minora quidem sint, valde tamen sunt necessaria: quemadmodum si te

quis ad cœnam vocet, ferculáque afferat cùm varia, tum ſumtuoſa, vina multifariam apponat, miniſtros adhibeat, calices quærat, & vaſa vel argentea, vel aurea, niſi ſtatuerit triclinium, aut menſas in hortulo diſpoſuerit, ut tibi ſtanti cœnandum ſit, certè tu illum nihilo probes magis, quàm ſi tam multa omnino non paraviſſet. Ita mihi eveniet patri: nam quòd te rectè inſtituerim à puero, mecum habuerim ſemper, utramque linguam te docendum curarim, id eſt, ad cœnam vocaſſe te ſatis dubiam & ſumtuoſam, in qua depaſceres animum tuum, téque ipſe conviva elegans oblectares: convivæ namque ſumus omnes, dum vivimus: neque aliud eſt omnis vita noſtra, qua ſub hac mundi luce fruimur, quàm longa concœnatio, aut ut jam veriùs dicam, convictio. Quod ſi nec ſedem ullam tibi, niſi viventi diverſorium, ſeceſſúmque gratum aliquem paravero ſtudiis & Muſis tuis, perfectò non tam in illis laudabis diligentiam meam, quàm in his etiam culpabis negligentiam: neque tam pulchra ea tibi eſſe videbuntur, quibus abundaveris, quàm fuiſſe illa, quibus carebis, neceſſaria: ita fiet, ut cùm ſemel abiero, tu me ſæpius accuſes, quàm probes.

BEMBUS FILIUS.

O mi Pater, méne tam impium umquam futurum, ut te audeam accuſare? Ego te umquam accuſem, Pater? Quid ſi non tu me ſæpe monuiſſes, & ego aliquando ſcriptum legiſſem à ſummis ac ſapientiſſimis viris, animi bona eſſe, quæ beatos homines facerent ſola ipſa per ſe ſe, quæque opis externæ non egerent, ea neque eripi poſſe cuiquam, nec ætate ſeneſcere, nec morte interire? Cetera omnia manca eſſe, labilia, moméntanea: quæ quoniam fortuna & caſu regerentur, tanto eſſe magis quemque, quantùm illa contemneret, vel divitem,

vel

vel etiam ſapientem? Animos noſtros ex æthera ſede in hanc corporis labem profectos ea lege, ut ad illam ipſam purgati aliquando reverterentur: quæ hîc eſſent, deſpicere: ad illa ſe intendere, quò properarent? Me verò, quem iſta quandoque docuiſſes, niſi mihi villam reliqueris ſylvámque platanorum, putas tibi eſſe ſuccenſurum? Non eſt ita, mi Pater: ne putes.

BEMBUS PATER.

Non puto.

BEMBUS FILIUS.

Neque me tam dementem exiſtimes velim.

BEMBUS PATER.

Non exiſtimo.

BEMBUS FILIUS.

Quid ita igitur loquebare?

BEMBUS PATER.

Quia noveram mores hominum, tum etiam pertentare te prorſus volui, quàm rectè iſta ſentires. Sed omittamus hæc jam tandem, Fili, atque ad eam partem ſermonis, ex qua egreſſi ſumus, revertamur.

BEMBUS FILIUS.

Imò verò, Pater, nec revertamur: quid enim ampliùs nobis cum platanis illis? De iis enim loquebamur. Sed (ſi placet) ad Ætnam potiùs, de qua ſermo haberi cœptus eſt, properemus.

BEMBUS PATER.

Mihi verò perplacet, ita tamen ut ne festines: tibi enim ego omnes has pomeridianas horas dico. Et quoniam me impellente nimiùm jam extra Ætnæ terminos provecti sumus, non committam ut te interpellem sæpiùs, nisi quid erit, quod de ea ipsa te rogem.

BEMBUS FILIUS.

Tu verò, ut lubet: ego autem, ut te video velle, sic faciam. Sanè mons ipse situ, formâ, magnitudine, fertilitate, incendiis mirus, demum totâ sui qualitate ac specie longè conspicuus, & sibi uni par est. Ab aurora mare Jonium bibit, & Catanam sustinet imo in pede: cum sole descendit in insulam eâ parte, quâ Tyrrhenum pelagus est, & quæ Æoliæ appellantur: laterorsus, in septemtriones vergenti Pelorus objicitur, & Italiæ angustiæ sunt: contrà reliqua insula subjacet, tractúsque ii omnes, qui cum Lilybæo in Africam protenduntur. Ipsa Ætna radices suas ferè in orbem deducit, nisi sicubi orientem & meridiem versùs promisso clivo paullisper extenditur. Cœlebs degit, & nullius montis dignata conjugium, castè intra suos terminos continetur. Circumitur non minùs quàm centum millibus passuum, adscenditur ferè per viginti, quà brevior via. Imi collis, ac omnis radicum ambitus per oppida, & per vicos frequens incolitur. Baccho, Pallade, Cerere feraces terræ, armentorum omnis generis supra quàm credas, feracissimæ. Hîc amœnissima loca circumquaque: hîc fluvii personantes: hîc obstrepentes rivi: hîc gelidissimæ fontium perennitates: hîc prata in floribus semper & omnis verna dies, ut facilè quilibet puellam Proserpinam hinc fuisse raptam

pu

putet: hîc arborum multijugæ species, & ad umbram crescentium, & ad fœcunditatem: in qua etiam tantùm excellunt ceteras omnes arbores, ut mihi quidem magis huic loco convenire videantur ea, quæ de Alcinoi hortis finxit Homerus, quàm ipsi Phæaciæ, in qua certè nos, cùm è Sicilia rediremus, nihil ejusmodi vidimus, quod nos tantopere oblectaret: ut etiam non inurbanè Angelus meus interroganti eum cuidam ex Phæacibus, qui nobis urbem omnem ostenderat, quidnam illi videretur, ita responderit: Ego Phæaces debere vos quidem, inquit, Homero permultùm existimo, qui vobis plura etiam tribuit, quàm ipsa natura. Referam (si potero) Latinè, vel certè ut potero: nam adverti propterea tum etiam diligentiùs illum ipsum Homeri locum:

*Hîc nemora in cœlum latè crescentia surgunt,*
*Punicei pomum grani, malúmque, pirúmque,*
*Et dulces ficus, & magnæ Palladis arbor.*
*Non illis borealis hiems, non officit æstas.*
*Torrida: sed placidas zephyris spirantibus auras,*
*Arboribus totum superat fœtura per annum,*
*Et pomo insenuere recentia poma priori,*
*Et nova jam miti superadvenit uva racemo.*

Medius mons nunc variis arboribus latè sylvescit, & præcipuè pinis & fagis maximam in magnitudinem multitudinémque crescentibus: quarum illæ inferiùs, hæ sublimiores sunt: nunc nudo latere arabiles in plagas extenditur, & sæpe usque ad imum descendit, frumentis adeò fœcundus, ut credita nonnunquam in centuplam segetem cultoribus ferat. Itaque prudenter, ut multa, illud etiam prisci viri, quòd nobilissimum templum Cereris in Ætna constituêre: ubi enim potiùs Dea segetum coleretur,

quàm

quàm ubi segetes optimè provenirent? Atque id quidem tantùm de segetibus. Verùm ab universa Ætnæ fertilitate, ut opinor, fabula etiam emanavit, Aristæum giganta eo in monte ita salvum esse atque vivere, ut neque ab Ætna prematur umquam, neque flammis cœlestibus inuratur: quòd optimi & uberrimi essent fructus, qui per Ætnæ loca nascerentur, nullo telluris vitio, nulla aëris offensi malignitate: nam & Aristæos Græci quidem illo vocabant, qui vicissent in certaminibus: quod verbum ab optimo deductum est credo, quia nisi optimi non vincerent: & gigantas scimus esse filios Telluris appellatos: ita, quoniam fructus universos tellus quasi mater parit, cùm fructus Ætnæos esse optimos atque uberrimos vellent dicere, tamquam ceteros superarent, fabulæ datus est locus non invenustè quidem, si tibi ita videtur: exspecto enim etiam quid tu sentias scire abs te.

BEMBUS PATER.

Mihi sanè videtur: itaque redde cetera.

BEMBUS FILIUS.

Reddam, Pater, atque illa ipsa quidem quæ à principio postularas, & quorum caussa ista omnia dicta sunt: ventum est enim ad id, ut jam de ignibus loqueremur.

BEMBUS PATER.

Verebar sanè, tu ne me longius circumduceres: quamquam quid longum mihi esse hac in re, qua de nunc agimus, atque hoc in otio potest?

BEMBUS FILIUS.

Curabo id quidem, ne fiat, ſi potero, quantum potero diligenter.

BEMBUS PATER.

Imò hercle fiat potiùs, etiam id ſi facere ipſe, ne fiat, potes: non enim impedio: illud autem ideò dixeram, quia te putabam antequàm iſtuc acceſſiſſes, aliquamdiutiùs erraturum.

BEMBUS FILIUS.

Ego verò exiſtimabam, Pater, erraviſſe me ſic etiam nimis diu.

BEMBUS PATER.

Non eſt ita: ſed ne nunc tandem erremus, perge de ignibus, ut propoſuiſti. Verùm autem quid hæres?

BEMBUS FILIUS.

Pergam equidem, ut jubes: ſed ſcin' quam in ſalebram inciderim?

BEMBUS PATER.

Nihil profectò minùs.

BEMBUS FILIUS.

Dum tibi ad ignes feſtino, eam Ætnæ partem, quæ nobis una reſtabat de tribus (ſic enim partiri ſoleo, & qua ſine ad ignes ipſos perveniri non poteſt) penè omiſeram ſuboblitus: ita Ætnam, quaſi Chimæram, ceciderαmus, & tamquam ream capite mulctave-

veramus imprudentes. Sed agam nunc tutiùs, ac de utroque simul loquar. Superior itaque montis pars (nam jam de iis quæ infrà sunt diximus) usque ad summum cacumen nuda variam faciem ostendit: nam alibi semiherbosi tractus sunt intersurgentibus tophis, qui etiam in Pedemontana regione passim visuntur: alibi per summa ora exundans incendium saxis fluentibus totas plagas occupavit: alibi arenarum campi magnam in longitudinem & latitudinem extenduntur. In supremo crateres duo sunt, quorum alterum, qui quidem inferior est, ipsi vidimus in putei rotunditatem angustum, emissis veluti geminâ spondâ circumquáque saxis cùm exustis, tum diversicoloribus: atque hunc lapidea planities ambitu angusto continet: quò ut primùm inscendimus sulfureis statim nebulis & non ferendo fumo, veluti è fornace, percussi ora, pænè retulimus gradum: mox increscente audacia, quâ ventus perflabat, paullatim ingressi craterem ipsum tetegimus manu. Effundebatur inde, tamquam ex camino, fumus, non intermissâ exhalatione: is tamen etiam scissa per longa incendia montis cute, ventis intus furentibus, qui eo die vehementes fuerunt, multis in locis sibi faciebat exeundi viam: interdum quoque repentè ipsis sub pedibus exsiliens, manere nos uno in loco non permittebat. Quinetiam illud accidit, ut quem locum maximè contemplabamur, quòd erat saxis nuper effusis, & adhuc ignem & sulfur retinentibus incrustatus, per hunc, quâ parte concesserat in rimam, subitò effluxerit igneus rivus, ac pedes ipsos inter emissa ex rivo saxa urentia prosilirent.

BEMBUS PATER.

Quid ais? pereum ni me totum commoves, Fili, atque etiam perterrefacis tuâ istâ oratione. Quid

Quid autem ſaxa illa? an quemquam veſtrûm læſerunt?

BEMBUS FILIUS.

Neminem profectò, Pater: quin etiam eorum duo, cùm refrixiſſent, quæ manu capi poterant, Meſſanam deportavimus ſulfuris partem ſervantia, cetera ſubnigra.

BEMBUS PATER.

Quid enim vos tam ultra temerè procedebatis?

BEMBUS FILIUS.

Quia cùm licere illic nobis tutò conſiſtere putabamus, tum etiam luſtrandi ſingula ſtudio, vel potiùs aviditate ferebamur.

BEMBUS PATER.

An neſciebatis, Plinium illum majorem ita occidiſſe, dum nimiùm diligenter, nec dicam inconſultè, Veſeviani incendii cauſas perquireret, montémque perluſtraret?

BEMBUS FILIUS.

Quidni ſciremus, Pater? verùm tanta nos delectatio illius ſpectaculi detinebat, tanta rei novitas, tantus invaſerat ſtupor, ut ſui ipſius jam nemo ſatis noſtrûm recordaretur. Sed miſſa hæc faciamus atque ad illam planitiem, de qua modò dixeram, revertamur: quæ quidem ita tamen perurebat ipſa, ut admotæ ſolo manus, niſi extemplò retuliſſes offenderentur. Pedes duplici calceamento, ita propter adſcensùs difficultatem comparato, tuebamur. Ab eo cratere, quem dixi, mons per fundæ jactum in-

insurgit adscensu difficillimo, partim salebris impedientibus, partim tardantibus arenis, & clivus statim etiam omnibus ex partibus impendebat. Is universi corporis vertex summus est, & tamquam in urbem arx domina, sic ille in montem prominatur. Ab ejus inscensu detinuere nos potentissima vis ventorum, & exhalantes fumi: itaque tibi de illo referre quidem aliud nihil possum, nisi tibi ea vis recenseri quæ ab Urbano Monacho accepimus postea, Messanæ cùm esset. Homo ille quidem spectatæ fidei, atque harum rerum cupientissimus sciscitator: is' enim paucos ante nos dies, per summam tranquillitatem, totum verticem perlustraverat.

BEMBUS PATER.

Imò vero cupio: novi enim ego illum, atque amo, quod te non latet: quare mihi futura sunt hæc omnia illius testimonio gratiora.

BEMBUS FILIUS.

Ajebat ille igitur (quando ea tibi narrari postulas, quibus tamen ego tam accedo ut credam, quàm omnino si adspexissem) verticem illum esse ab ingenti cratere occupatum ambitu circiter quatuor stadiorum, eúmque non usque in imum descendere eodem hiatu, sed alvum sibi intus paulatim adstringere eatenus, quoad in ejus medio ad evomenda montis excrementa satis amplo ore foraminatur: tum esse in summa montis corona parvum tramitem, ubi pedes firmentur: ex eo si quis declinaverit, aut in craterem obrui, aut è monte deturbari: stetisse tamen se se ibi dum barathrum exploraret: eructasse tum montem magno strepitu incendia caliginosa, & urentes petras supra os, quantum sagittâ quis mitteret, insurgentes: atque eum, veluti

cor-

corpus vivens, non perflaſſe ſemper, ſed emiſsâ ſemel animâ ceſſaſſe diutulè, dum reſpiraret: tum ſe copiam intuendi habuiſſe, quæ vellet: mox reſpiraſſe iterum atque iterum pari intervallo uſquequaque: interea ingemere intus cavernas auditas, intremere etiam tonitruis montem ſub pedibus, magno & formidoloſo iis, qui aderant, horrore: ex quo illud mirum videtur, quòd qui tum ſtrepitus per tranquillitatem ſentiebantur, eorum à nobis nihil auditum ſit, in tanta ferocia ventorum.

BEMBUS PATER.

Illud verò nec videatur, Fili, neque planè ipſum eſt mirum: conſtat enim, quemadmodum ſcriptores tradidere, ſimul cum ventis Ætnæ animam immutari: & quo flante, fumos tantùm aut caligines exhalet, eo ponente, modò puras, modò craſſiores flammas emittere, pro ſurgentium ventorum qualitate: aliquando etiam effundi torrentes ignium variâ exundatione, prout intra montis viſcera pinguia vel exilia incrementa ſunt; quæ cùm ita ſe habeant, illud etiam poſſe fieri, quis eſt qui neget, leniſſimâ unius venti aurâ eos ſtrepitus intra montem excitari, qui vel furente altero non queant? Non enim quàm perflet quid, ſed quàm intret in montem, quámque ſe in cavernas illius, inque viſcera inſinuet, eſt ſpectandum.

BEMBUS FILIUS.

Intra montem igitur tu, tamquam intra pectus animam, ſic accipi ab Ætna ventos putas, quibus illa modò ſpirat leniter, modò vehementiùs incitatur?

O BEM-

BEMBUS PATER.

Sanè quidem: nisi tamen veriora illa sunt, quæ de Typhœo, déque Encelado Poëtarum fabulosa diligentia concinnavit.

BEMBUS FILIUS.

Verissima illa quidem fabella est: sed perge tu mihi, atque etiam, Pater, hujus incendii caussas redde, si placet: nam ex incolis quidem inventus est nemo, qui ea nobis paullò veriùs explicaret.

BEMBUS PATER.

Pergam, ut libet: sed non priùs id faciam, quàm mihi dixeris, quomodo illud sit, quod tu verissimam fabellam dixisti.

BEMBUS FILIUS.

Quia sanè ea demum verissimè fabula est, quæ nihil habet veritatis.

BEMBUS PATER.

Pulchrè, nimirum: atque isto modo etiam dicere historiam maximè falsam possum, ut ea sit demum falsa quammaximè historia, quæ falsi habeat nihil.

BEMBUS FILIUS.

Non sequitur istud, Pater: sed nos dialecticen captiosis sophistarum circulis, coronísque ne avocemus: satis enim habet illic negotii. Quare agè, mi

mi Pater, explana potiùs illa nobis quæ petimus, ea incendia unde oriantur, & orta quomodò perdurent.

BEMBUS PATER.

Tu verò postulas etiam sine dialecticis philosophari: quod quidem ipsum fieri quàm possit, vel alio tempore ex te ipso cognosces, vel cùm voles, audies de me: nunc verò agè, philosophemur. Interea tamen paullisper hoc in cespite considamus: neque enim ullis adhuc Nonianis legibus cautum est, ne quis temerè quoquo in cespite considat: quemadmodum olim Romanis, ne quoquo in gradu: & ego jam deambulandò defessus sum.

BEMBUS FILIUS.

Tu verò quiesce ut libet, & quamdiu libet: ego autem & stare adhuc possum libentiùs, & te ita meliùs auscultabo.

BEMBUS PATER.

Et quidem hoc etiam licet: sed quoniam ita vis, ut quibus de ignibus ego te antea interrogaveram: de iis tu me nunc audias differentem, brevi expediam quæ sentio: neque enim nimis multa sunt. Tellus quidem omnis, Bembe Fili, sicuti nostra corpora, foraminibus canalibúsque distincta est, & tamquam venis internotata; sive quòd omnino coïre non potest, quæ specie quidem multùm sibimet differat intra sese; sive quòd aut gignit ipsa semper aliquid, aut interimit, & immutat, neque unum idem omnis, atque semper manet; sive, ut alii tradidere, & quidem principes in Philosophia viri, quia planè vivit

vivit ipsa, atque à mundi anima vitam trahens, ab eadem mundi anima extra intráque perlustratur. Sed in omni tellure nusquam majores fistulæ, aut meatus ampliores sunt, quàm iis in locis, quæ vel mari vicina sunt, vel à mari protenus adluuntur: nam cùm exedit semper mare, consumítque suopte contactu suáque naturâ omnia, tum autem si partem est nactum aliquam debiliorem, membráque non adeò robusta telluris, erodit illa multò facillimè, pergítque in viscera ipsa quantum potest: itaque cùm in aliena regna sibi viam faciat, ventis etiam facit: ex quo fit, ut loca quæque maritima maximè terræ motibus subjecta sint, parum mediterranea. Quòd si etiam in sulfuris venas venti furentes inciderint, tum incendia excitantur sanè non difficulter: quoniam & in sulfure concipiendi permagna ignis vis inest, & venti etiam aliena succendunt vi suâ. Hæc autem tu ut in Ætna accidant omnia, vide: quippe, ut modò tute dixisti, quæ mare in radicibus habeat, quæ sulfurea sit, quæ cavernosa; seu quòd naturâ ita fuerit semper ipsa, seu quòd à mari aliquando perforata ventos admiserit æstuantes, per quos idonea flammæ materies incenderetur. Habes unde incendia oriantur Ætnæ tuæ: habe nunc quomodò etiam orta perdurent: in quo quidem nolo ego te illud admirari, quod vulgus solet, magnum esse, scilicet, tantas flammas, tam immensos ignes post hominum memoriam semper habuisse, quo alerentur: quid est enim magnum ipsi magistræ rerum omnium atque artifici naturæ? Quid arduum? Quid illa tandem non potest? Qui stellas, qui solem, qui cœli convexa, qui terras omnes ac maria, qui mundum denique ipsum, quo nihil est admirabilius, vel potiùs extra quem nihil est, quod admireris, sæpe sine admira-

tione

tione intuemur, iiſdem nobis eſſe Ætna miraculum poteſt? Cave ſis tam imprudens, Fili, ut tu id putes: nam ſi naturam reſpicimus, nihil in Ætna eſt, quod mirum voces. Si rem conſideramus ipſam, nónne tibi etiam mira videantur cùm alia loca permulta, tum vel Aponi noſtri fontes, calidæque illæ puriſſimæ, quibus natura non tantùm ut calefacerent, dedit, quod erat tamen ab aquis alienum, ſed multum de jure quoque rerum omnium conceſſit, multum de noſtro, tum aliquid de Deorum etiam, & ſuo; ut morbis, ſcilicet, mederentur, non modò ſine ullo ægri dolore, qua de cauſa Græcè Aponus nomen invenit, ſed etiam cum voluptate? Itaque qui curantur,

*Non venas reſerant* (ut ait ille) *nec vulnere vulnera ſanant,*
*Pocula nec triſti gramine miſta bibunt:*
*Amiſſum lymphis reparant impunè vigorem,*
*Pacatúrque ægro luxuriante dolor.*

Nam morbos quidem expellere hominum planè eſt rerum uſum multarum rectè callentium, hoc autem, vel ſine dolore id efficere, vel, quod multò eſt maximum, etiam cum voluptate, Deorum mihi quidem videtur eſſe proprium, ipſiúſque principis omnium, & parentis Naturæ Quòd ſi cum uno Aponi fonticulo & canali profunda illa comparaveris, inundationéſque omnes Ætnæ tuæ, fortaſſe non verear, ne noſter hic colliculus tuo illo monte ſit minor. Sed faciam, ut tibi pollicitus ſum, & Ætnæ incendia quomodo alantur, docebo. Quoniam igitur omnia (ut ſcis) humore atque calore concipiuntur, cùm & ſemper ardeat mons, & ſemper à mari perluſtretur, habes, jam duobus his ver-

bis quod petis: ignis enim, qui detrahit ſemper aliquid atque conſumit, gignit etiam ſemper aliquid ſibi quod conſumat, ſuo ipſius calore humectantibus undis tellurem, ſempérque igni materiam ſufficientibus, quo alatur: nam & bitumen maximè, quod ſulfuri ſimillimum eſt, fit ex terra & limo, exſudante tellure: tum & ejuſdem ferè generis alumen, quod quia ex ſalo & terra conficiatur, ita vocatur.

BEMBUS FILIUS.

Unde autem ſaxa, & pumices, Pater, & ejectamenta illa, quæ vomit? Quid illa tandem ſunt? An ſulfur tantùm, bitumen, alumen omnia?

BEMBUS PATER.

Nequaquam, Fili: ſed tanta eſt vis ignium, præſertim incluſorum, & ventis intus furentibus, ut non viſcera imbecilla modò, ſed planè nervi etiam corripiantur telluris, & ſaxa ipſa duriſſima liquefiant.

BEMBUS FILIUS.

At ea ipſa ſaxa non aliquando defeciſſe, montémque ſibi non ſubſediſſe, nónne illud eſt mirum, Pater?

BEMBUS PATER.

Neque id, Fili, quidem mirum: tellus enim ſemper fœcunda ſui eſt, ſempérque ſemet ipſa parturit: niſi tamen malis tu cum Pythagora ſentire, qui quidem

dem apud Ovidium, ita præcipiens inducitur, ut audeat affirmare, Ætnæa incendia non esse usquequaque duratura.

BEMBUS FILIUS.

Ego verò quid sentiam, non sat scio: quamquam equidem mallem Pythagoram, quàm Empedoclem imitari: ille enim quæ naturæ consentanea videbantur, credebat, asserens mutari quidem omnia, nihil tamen omninò interire: hic dum curiosiùs naturæ causas perscrutatur, etiam seipsum imperscrutabilem facit.

BEMBUS PATER.

Sed valere nos illos sinamus, Fili: & quoniam nos tibi, Ætnæ incendia unde fiant, diximus, id velim ego scire item ex te, ipsa hæc quomodo fluant. Neque enim puto hujus ignarum rei, tamquam dormientem spectatorem, sic te ex eo spectaculo rediisse.

BEMBUS FILIUS.

Jam istud quidem, Pater, fieri sine ullo negotio potest, vel una Hesiodi comparatione, quâ ille in sua Theogonia fluxisse ait tellurem, ubi eam post fulminatum Typhœum igne correptam describit, hoc ni fallor modo: ex quo sanè libet mihi suspicari etiam Pastorem illum Ascræum aliquando Ætnam conscendisse, atque inde sibi sumsisse, quod de universa tellure scriptum reliquit:

*Uritur ipsa ingens tellus, æstûque furente*
*Liquitur, albentis quondam ceu lamina plumbi*

*Arte virûm flammisque cavâ fornace liquescit,*
*Seu ferrum: quamquam hoc maternæ viscera rupis*
*In duras aluere vires, cùm ferbuit olim*
*Vulcani domitum manibus, terráque fatiscit.*

Et quidem propterea illum ego plumbi & ferri exempla posuisse crediderim, ut alteri ea compararet quæ igne faciliùs corripiuntur & fluunt, ut sulfurea tellus omnis, & eæ telluris partes, quæ tenuiores sunt; alteri autem cùm saxa omnia, tum ea quæ flammæ resistunt magis, & sunt suapte natura duriora.

BEMBUS PATER.

Mihi hæc quidem certè non displicent ipsa per se: atque etiam delectavit me nonnihil Poëtæ ingenium, qui tam aptè descripserit fluentem & ardentem tellurem: sed tamen tu, Fili, nimiùm perparcè respondes ad illa quæ peto: non modò enim hoc ita simpliciter cupio, ea incendia quomodò fluant scire abs te: sed etiam, ubi descenderint, quam faciem capiant: tum si perdurant eadem semper, an aliquando immutantur, audire.

BEMBUS FILIUS.

Geram tibi morem, Pater, & ea quæ postulas, ut potero, explicabo. Pleno jam partu maturior est omnis fœtus, quicumque in Ætnæ matris utero coalescit, nisu parientis expellitur & ejectatur quacumque priùs rimam invenerit, aut viam sibi paraverit vi suâ: sæpe tamen exit ex eo cratere quem ipsi vidimus, numquam ex superiore, quòd vel eò inscendere gravis materia non queat, vel, quia inferiùs alia spiramenta sunt, non sit opus. Despumant igitur

igitur flammis urgentibus ignei rivi pigro fluxu totas delambentes plagas: ii paullatim recedente calore priorem ſibi naturam repoſcentes, in lapidem indureſcunt fragilem ſanè flammis enervantibus, & ſi contrectes, putrem. Stat ea confluvies, veluti glacies, concreta, uſquedum alteri deſcendant rivi: ii námque non ſuprà fluunt, ſed inter montis arenoſam cutem & priora concreta fluentia inſinuantes ſe ſe, curſum ſibi medium quærunt: ſic, quæ priùs induruerant, quia friabilia ſunt, ut dixi, novis incendiis cedentia crepant, & in partes disjecta proſiliunt, quacúmque unda deurgens interfluit: deinde conglaciantem eam altera ſubit illuvies, atque ipſa tantumdem facit: tum altera item, & altera: non enim continuato fluxu mons, ſed per intermiſſos ſpiritus, ut ſuprà commemoravimus, eructatur. Itaque noviſſimis ſemper vincentibus, multiplicatóque in immenſum incendio, ex igneis fluminibus fracti lapides altiſſimo congeſtu magnam montis partem occuparunt: atque ii, quo recentiùs fluxere, eo & nigriores ſunt, & firmiores: ætate & palleſcunt, & reſolvuntur: inde ego eſſe arenarum plagas omneis, quæ circa cacumen viſuntur, exiſtimo. Materies omnis aridiſſima eſt, atque ideò minùs multò, quàm vivi lapides, ponderoſa: ſcabra adeò, ut brevi morâ, tamquam à lima, conſcendentium calcei exedantur.

BEMBUS PATER.

Atque ego ſanè in eo mallem Empedoclem imitari, qui adſcenſurus amyclis æreis utebatur. Sed ſequere.

BEMBUS FILIUS.

Ea infra parvum craterem circumversùs totum montem complexa est, & cumulum eum, in quo major crater est, sustinet: demittitur inde alicubi per intervalla imum in montem obliquis fluxibus, quáque Catina jacet, usque in mare, lata sæpe, quâ visus patet, horrendum sanè spectaculum, modò alveis hiantibus, modò impendentibus ripis. Inter maxima profluvia longè memorabile illud est, quod paullò ante nostram ætatem usque intra Catinam decurrens, non parvam urbis partem incendio depopulavit: neque sanè descensus is minùs, quàm per ducenta stadia conficitur. Quinctiam portum eum, de quo ait Virgilius,

*Portus ab accessu ventorum immotus & ingens*
*Ipse, sed horrificis juxta tonat Ætna ruinis,*

ita implevere fluenta Ætnæa, ut jam errasse Virgilium putes, quòd portum ibi esse ingentem dixerit, qui pænè nullus sit.

BEMBUS PATER.

Istud, nimirum, est quod à principio dixeras, cedere illis volentibus, atque eorum contrahi ardoribus ipsum mare.

BEMBUS FILIUS.

Est ita quidem, ut dicis: sed ut ad propositum revertamur, reptare per eas crepidines, quas dixi, duobus millibus passuum necesse est quemvis craterem visuros: reliquum iter in equis conficitur.

Repta-

Reptationis ejus labor haud facilè credas, quàm durus est, quámque indigens virentis genu: quippe, quia degravante viatore temerè ingesti lapides concedunt, & in adscensu maximè arduo, ni probè posueris pedem, dimoto uno, tota congeries devolvitur, & in te ipsum ruit: adde quòd, etiam si in plano cecideris, lædunt scabritie suâ: & manus crebro contactu, nisi contexeris, atteruntur. Magna fortasse videbuntur, Pater, audienti tibi: magna enim sunt, ut mihi quidem videri solent, verùm nusquam adeò, ac nobis inspectantibus fuerunt: nam Ætna quanta est, nemo quidem scit, qui non videt. E summo vertice contemplari totam insulam licet: termini ejus longè esse multò minùs videntur, quàm sunt. Brutia ora ita tibi sub oculis jacet, ut eò posse trajicere pænè quidem jactu lapidis putes. Serenâ tempestate Neapolitani etiam tractus prospiciuntur. Nivibus per hyemem ferè totus mons canet: cacumen neque per æstatem viduatur.

BEMBUS PATER.

Quid, quòd hyemare tantùm eas & Plinius, & Strabo meminere?

BEMBUS FILIUS.

At experientia ita te docet, ususque ipse auctor, quod quidem veniâ illorum dixerim, longè certior. Quare illud, mi Pater, etiam atque etiam vide nequid te moveat, si aliqua ex parte hujus nostri de Ætna sermonis cum vetustis scriptoribus dissentimus: nihil enim impedit fuisse tum ea omnia, quæ ipsi olim tradiderunt, quorum permanserint

rint plurima in nostram diem : quædam se immutaverint, aliqua etiam allata sint nova : nam, ut cetera omittam, quod cinerosa partim esse summa cacumina dixerunt, ejus rei nunc vestigium nullum apparet: cinis enim, qui queat conspici, toto monte nullus est : neque id tamen omnibus annis fuit : nam multorum testimonio accepimus, qui viderunt, annis abhinc quadraginta tantos ex Ætna cineres evolasse, ut per totam eam insulæ partem, quæ ad Pelorum jacet, omnem oleam abstulerint : eos etiam in Italiam ventis ferentibus latos Sed ut ad nives illas redeamus, addebat idem Urbanus, Calendis Juniis adscendente se, largiter abundéque ninxisse : tum iterum, qui dies septimus fuerit post eum diem, dum ipse Randatii moraretur, eo die in universam montanam plagam, nives ferè in pedis altitudinem descendisse ; in quo ipso licet Pindarum suspicere, scitè cognomento usum, qui Ætnam nivium nutricem appellarit. Quo latere subest Catina, mediâ ferè inter ipsam & cacumen regione, purissimus & perennis fons erumpit Dorico vocabulo Crana ab incolis appellatus. Ceterùm toto monte supra radices nullæ aquæ sunt, nisi quæ vel ex nivibus emanant : cujus quidem rei etiam Theocritum testem habemus, in quo dum Galateæ Cyclops enumerat divitias suas, hæc etiam interserit :

*Est glacialis aquæ rivus mihi, quem sylvosa*
*Nectareum in potum nivibus fluit Ætna solutis.*

aut si quæ intra fagorum truncos pluviis descendentibus relinquuntur. Atqui res & locus me monuerunt, ut quod ibi vidimus pulcherrimum naturæ opus & mirati fuimus maximè, non præterirem.

Al-

Altiſſima in ſpecula, quà ſylvâ deficiente liberior proſpectus in inſulam, & Tyrrhenum mare eſt, herbidus campus leni decumbit clivo: hunc pini proceræ pari diſtantes intervallo ducta corona circumſepiunt: in medio fagus denſiſſima quadrifido robore ſe attollens, celſior quàm ceteræ, veluti regina ipſa conſurgit: ea non ſtatim diſcriminatur, ſed à tellure per ſpatium cubitale uno trunco contenta eſt: inde ſe in ramos conſimiles æqualibus intervallis diſpartitur: internè uſque ad imas radices arbor deficiens undis pluvialibus urnam ex ſe ſe facit: illæ montano purgante aëre, ac umbris ſolem arcentibus, & fontanis gelidiores ſunt, & putealibus puriores. Ambigeres ibi tu quidem, Pater, ſi quid eorum tibi laudandum eſſet, quidnam potiſſimum laudares, an proſpectum ejus loci, an locum, tum an arborem, an undas: ita ſcitè in alteris decorandis, quaſi quidem id agerent, ut quid magis pulchrum eſſet, ambigeretur, & Hamadryas, & Nais convenerunt: in honeſtandis verò alteris admirabile quidem eſt, quantum gratiæ venuſtatiſque ſibi invicem afferant Jupiter Genio, & Genius Jovi: quo fit, ut in utriſque multum Venus etiam permiſta ſentiatur.

BEMBUS PATER.

O pulchras naturæ delitias, vel etiam Deorum, ut Poëtis placet, ſi qui ſunt, qui eum montem colant!

BEMBUS FILIUS.

Sunt, Pater, ut ajunt, atque incolunt illo ipſo quidem in loco.

BEM-

BEMBUS PATER.

Mirabar, si hæc temerè dicerentur provenire, præsertim à Siculis, quos quidem constat, propter sermonis impunitatem & licentiam, etiam trilingues vocatos. Sed quis inhabitat Deus?

BEMBUS FILIUS.

Fauni esse fontem illum dicunt.

BEMBUS PATER.

Fabellam te video inchoare: sed quoniam in Faunum incidimus, sequere: detineri enim me ab illo facilè patior, cum quo te scio libenter etiam carminibus ludere interdum solere. Istud autem quî sciunt? An ita conjectantur?

BEMBUS FILIUS.

Videre se inquiunt Pastores ipsum Deum, passim errantem per sylvas & pascua, tum etiam sedentem sub illis arboribus coronatum pinu, & tacentem sæpiùs, interdum tamen etiam fistulâ solantem amores. Sed continebo potiùs me hîc, Pater: levia enim hæc sunt, & mihi loqui tecum, nisi reverenter, non licet: quamquam si pergerem, faceres tu quidem hac in re, quod facere etiam reges in cœnis solent, qui quidem inter apros & pavones, quibus abundant quotidie, interdum tamen & allium poscunt & betas. Neque sanè animus noster vacare semper rebus severioribus potest: neque si vacet, tamen ex illis tam plenam capit voluptatem, quàm si ea ipsa remitteret interdum, & mox non longo in-

intervallo intermiſſa revocaret. Ita tu nunc gravia illa Philoſophiæ ſtudia, quibus quidem certè id omne tempus ſoles, quod tibi per rempublicam licet, impertire, meliùs etiam fabellis hiſce levioribus condienda remitteres. Et quidem licet maximè vel in Noniano fabulari.

BEMBUS PATER.

Sanè quidem licet, dum illud tamen ſemper teneatur, ut cerato remige Sirenas, quod ajunt. Et profectò Poëta eſſe ſapientiſſimus numquam Ulyſſi conceſſiſſet, quem prudentiſſimum ſemper facit, ut Sirenum cantus audiret; niſi liceret etiam gravibus ac ſapientibus viris, quorum tamen in numero me non pono, minùs ſeriis adeſſe interdum rebus, & luſus captare non adeò ſeveros; modò ne remiges audiant, hoc eſt, ne ſenſus pateant voluptatibus, quibus & demulcentur ipſi ſemper, &, niſi ratione occluſi ſint, ſæpe etiam facillimè capiuntur. Quod tibi eſſe faciendum in vita maximè ſemper cenſeo, Bembe Fili: nam niſi te ita informaris, ut voluptatum illecebris animum impervium geras, non poſſum dicere, quàm multæ tibi occurrent ſpecies earum, quæ te non adoleſcentem modò, ut es nunc, demulcere poſſint & delinire, ac jam etiam debellare & devincere, ſed planè etiam virum. Itaque illis aut magnanimiter imperandum eſt, quod fecerunt viri omnes magni, & boni, & ii, quos propterea Deos etiam appellaverunt: vel omnino turpiter deſerviendum: in quo quidem tu, ſi me audies, non committes, ut rejectâ continentiâ atque ipſo amore virtutis, ex illorum ſis grege, de quibus præclarè Horatius:

Nos

*Nos numerus sumus, & fruges consumere nati,*
*Sponsi Penelopes, nebulones, Alcinoique*
*In cute curanda plus æquo operata juventus,*
*Quîs pulchrum fuit in medios dormire dies, &*
*Ad strepitum citharæ cessatum ducere curam.*

Sed quoniam inclinata jam est dies, procedamus in atrium: nugæ autem pastorales istæ tuæ, sub umbris sunt potiùs & inter arbores, quàm intrà penates, recensendæ. Quæ cùm dixisset, & jam in atrium pervenissemus, ego finem loquendi feci, ille cogitabundus in bibliothecam perrexit.

F I N I S.



# INDEX

Verborum, loquutionum & rerum, cùm contextûs *Severi*, tum Notarum. Numeri versus significant, n. Notas, f. Fragmentum.

## A.

Ar-

# INDEX.

## C.



Ce-

D.

F.



*Fidem*

# INDEX.

## H.



## I.



In

L.



M.



A

Nasci,

## N.



## O.

Qua-

Q.



R.



S.

So

T.

V.

# INDEX

## Auctorum in Notis ad SEVERUM illustratorum.



Ste-

FINIS.



# Viri Cl.

## *PETRI CUNÆI*

## *J. C.*

# ORATIONES

## Varii Argumenti.

ACCEDIT

*Præter alias ejusdem Dissertationes Consilium in causa Postliminii.*



LUGDUNI BATAVORUM

Ex Officina ISAACI COMMELINI,

ANNO MDCXL.

*Quas nescio an novas an veteres appellare debeam. Novæ certè sunt, quia typis jam mandatæ, & in unum corpus coactæ prodeunt. Veteres, quia ante complures annos aliis atque aliis occasionibus temporibusque ab ipso recitatæ fuerunt. Date hoc meæ in Parentem optimum pietati, si eas debitis laudibus & præconiis non defraudem, quas cum applausu frequentissimi auditorii ipsum elocutum esse, norunt, qui aures attentius dicenti commodavere. Etenim ita à doctissimis Professoribus habeo, quorum me judicio stare æquum est, in Parentis mei dictione Latinæ linguæ puritatem, & rerum copiam, & pronunciandi gravitatem dexteritatemque eminuisse. oderat sermonem fucatum & operosè circumductum, & periodos prolixitate sua anhelantes. quin orationem isti seculo accommodabat, quod sub Augusto & medio ævo*

ſuit terſiſſimum. Itaque Ciceronis dictionem & Horatii phraſin & Senecæ nervoſas maſculaſque ſententias ſupra modum æſtimabat. Nec placebant illi diſcurſus rerum inopes & verborum ſolum lenocinio auribus blandientes, ſed rerum majeſtate & utilitate ponderabat benè compoſita verba. Qua autem gravitate, quam accommodata rebus pronunciatione, quam juſtis reſpirandi & iterandi orationem intervallis dicere ſolitus fuerit, norunt illi, qui artis hujus ſcientiam in hac ipſa Academia ſumma cum laude profitentur. Dixit publicè quà profeſſor, quà orator. Profeſſorem quotidie egit, ſive humaniores literæ, ſive Romana hiſtoria, ſive Iuriſprudentia explicanda foret. Oratorem egit certis temporibus, tunc, cum vel inchoanda eſſet profeſſio nova, aut novi operis vel argumenti tractatio; vel cùm colle-

*Quas nescio an novas an veteres appellare debeam. Novæ certè sunt, quia typis jam mandatæ, & in unum corpus coactæ prodeunt. Veteres, quia ante complures annos aliis atque aliis occasionibus temporibusque ab ipso recitatæ fuerunt. Date hoc meæ in Parentem optimum pietati, si eas debitis laudibus & præconiis non defraudem, quas cum applausu frequentissimi auditorii ipsum elocutum esse, norunt, qui aures attentius dicenti commodavere. Etenim ita à doctissimis Professoribus habeo, quorum me judicio stare æquum est, in Parentis mei dictione Latinæ linguæ puritatem, & rerum copiam, & pronunciandi gravitatem dexteritatemque eminuisse. oderat sermonem fucatum & operosè circumductum, & periodos prolixitate sua anhelantes. quin orationem isti seculo accommodabat, quod sub Augusto & medio ævo*

*suit tersissimum. Itaque Ciceronis dictionem & Horatii phrasin & Senecæ nervosas masculasque sententias supra modum æstimabat. Nec placebant illi discursus rerum inopes & verborum solum lenocinio auribus blandientes, sed rerum majestate & utilitate ponderabat benè composita verba. Qua autem gravitate, quam accommodata rebus pronunciatione, quam justis respirandi & iterandi orationem intervallis dicere solitus fuerit, norunt illi, qui artis hujus scientiam in hac ipsa Academia summa cum laude profitentur. Dixit publicè quà professor, quà orator. Professorem quotidie egit, sive humaniores literæ, sive Romana historia, sive Iurisprudentia explicanda foret. Oratorem egit certis temporibus, tunc, cum vel inchoanda esset professio nova, aut novi operis vel argumenti tractatio; vel cùm colle-*

*gis maximisque viris esset parentandum; aut cum deposito Rectoratu & annuis Academiæ fascibus, tradenda esset ista imperandi dignitas novo successori. Has declamationes partim ipsius jussu, partim studiosorum rogatu publici juris feci. Non poterunt non cum voluptate & fructu legi, quæ avidè audita sunt. Et altius insidebunt animo lecta domi sæpius, quam recitata in publica panegyri, & strepente juvenum corona. Vobis, viri Nobilissimi, Magnificique, has offero & dedico, quia in vestra schola, sub vestris auspiciis, vobis rem Palladiam hic feliciter administrantibus, natæ sunt & dictæ. Est ex dignitate Academiæ vestræ, tales hic Iurisprudentiæ Professores docuisse, quos literarum, & elegantioris doctrinæ studium à reliquis secrevit. Officii quoque mei esse putavi, hoc pignore gratitudi-*

*nem meam humiliter & submissè testari, idque duplici nomine, primùm, quod parenti meo ea otia fecistis, quibus & Academiæ prodesse, & suam laudem illius dignitati sociare licuit. Deinde, quod vestri in ipsum affectus & benevolentiæ non leve testimonium erga me meosque explicavistis. Quare æquis animis excipite Libellum, Vobis, Urbi, Academiæ, Professoribus, Studiosis, adeoque ipsi Palladi, Scholæ hujus tutelari Deæ, debitum devotumque.*

*Lugduni in Batavis.* 1 AUG. AN. cIↄ Iↄ C XL.

Vestris N. N. & A. A. addictissimus & humillime obnoxius

JO. CUNÆUS.

# ORATIO I.

## In Natalem Academiæ Leydensis, *habita cum Rectoratu defungeretur.*

*8. Febr:* CIↄ Iↄ CXXIV.



AGNA olim religione Græci Romanique diem eum, quo in lucem editi essent, velut festum atque solennẽ inter familiares quisque atq; inter amicos singuli suos coluerunt, ut munus annale genio solverent, atque ea omnia dicerent facerentque, quæ boni faustique ominis esse viderentur. Quæ quidem res sicuti justam rationem in privatis quibusque habuit, in quibus recurrentes vitæ annos gratè numerare quoddam pietatis munus erat: ita profecto in natalibus rerumpublicarum aut civitatum aliorumve ingentium corporum longe major hujus observationis causa fuit, quia majus momentum trahunt hæc, quæ publica sunt, & ad universitatem quandam plurimorum simul hominum pertinent. Proditum memoriæ est, Lucium Tarutium quendam apprime Chaldaicis rationibus eruditum, ur-

bis Romæ natalem diem repetiſſe ab iis Parilibus, quibus eam à Romulo conditam accepimus: Romamque, cum eſſet in jugo luna, natam eſſe dixiſſe. Ex quo factum eſt, ut dies xi Cal. Maji, qui in id ipſum tempus incidit, ſumma Romanorum gratulatione celebratus ſit: quemadmodum diem 5 Majas, quo Conſtantinopolis condita eſſet, magno fuiſſe in honore omnibus civibus conſtat. Quare Impp. Valentinianus, Theodoſius, & Arcadius in l. 7. C. de feriis. dies natalitios urbium harum maximarum, Romæ, inquam, atque Conſtantinopoleos, feſtos ſacroſque eſſe juſſerunt, uti quotannis vota publica conciperentur in annum proximum aut plures ſequentes: ut non dicam natalem etiam Salutis diem fuiſſe, quo Saluti dicatum fuerat Romæ templum: & Majas idus majorem quandam ac inuſitatam ſanctimoniam habuiſſe, quod eo die Mercurii ædes fuiſſet conſecrata. Puto vos mecum ſentire, Auditores, atq; ita judicare, Academiã hanc noſtram non Batavię duntaxat, ſed totius Belgii illuſtre miraculum eſſe, in qua jam à multis annis elegantiarum omnium ſedes, literarum domicilium, Muſarum ac gratiarum auguſtiſſimum ſacrarium fuit. Quare qui hujus ortum & incrementa referet, qui decus ejus & ſingulare in rebus maximis fatum prædicabit, næ ille rem faciet, quæ & vete-

tum

ſum religioſo ritu comprobata ſit, & dignum habeat tractatum apud eos, qui doctrinæ literarumque majeſtatem ita, ut oportet, æſtimant. Hoc verò ipſum, cui potius, quam mihi, qui pro muneris mei ratione dicere in hoc clariſſimo eruditorum hominum conſeſſu debeo? aut quando magis, quam hoc tempore, id eſt, octavo hoc Februarii die, faciendum eſt, quo nata primum & dedicata ante quadraginta & novem annos Academia hæc noſtra eſt? Si qui ſunt mortalium, qui ſuperſtitiones & anilium rerum deliramenta penitus reſpuant atque averſentur, in iis ego nomen meum libenter profiteor. Sed tamen, cum annum hunc noſtrum ab Academiæ hujus primo ortu quadrageſimum nonum dico, ineſt in eo quiddam ſingulare, ob quod majore quadam ſolennitate colendus nunc nobis hic natalis ſit. Majores noſtri, ſapientiſſimi cordatiſſimique viri, cum in omni re ſeptimum quemque annum magnam habere vim atque eſſe velut Criſimum vellent, tum vero in anno quadrageſimo nono ineſſe grandius momentum judicabant, propterea quod & numerus ſit quadratus, & ex ſeptenario ſepties multiplicato reſultet: cui inter omnes numeros deferebatur plurimum. Et vero, ne hæc eſſe hominum commenta exiſtimemus, ipſe ille Iudaicus populus, qui leges ſuas

ſanctioneſque ab immortali Deo accepit, anni quidem cujuſque ſeptimi numerationem obſervationemque peragere quadam feſta celebritate juſſus eſt : cæterum, quotieſcunque longa dies fatalem illum temporis orbem perfecerat, ut jam ad quadrageſimum nonum eſſet perventum, ea tempeſtate proprio ritu quodam ex Dei mandato Iubilæum agitavit, qui à reliquis ſeptimis annis permultum differret. Nam & quædam propria is annus ex jure Iubilæorum prę aliis ſeptenis habuit, & ea ipſa, quæ in ſeptenum quemque recurrebant, paulo aliter uſurpata hoc anno fuere, quoniam is utique ſepties ſeptenus erat. Sane quod Hebræorum magiſtri, febriculoſi mortales, adeo ſudant ęſtuantq;, dum anxie quærunt, cur in ſacro Codice Iubilæus quinquageſimus annus dicatur, ex inſcitia profectum eſt, quia communem hominum ſermonem haud intellexere. Nam & ſæpe popularis uſus, quem penes norma & arbitrium loquendi eſt, ſeptimanam octiduum appellat : & olim maximi ſcriptores paſſim olympiadem, quæ duntaxat quatuor annorum eſt, quinquennium vocavêre. Sed hæc longius ex alto arceſſere, aut reconditarum rerum excutere arcana, neque hujus loci, neque inſtituti mei nunc eſt. Utique ut Dei opt. max. beneficia, quæ in hanc Academiam contulit, læta gratulatione

tione prosequamur, etiamsi omnis & septenorum & septies septenorum numerorum ratio abesset, monere tamen nos vel singulis annis hæc jucundissima lux poterat, quæ jam pridem ad decorandum almæ nostræ matris ortum statas feriarum vices habet. Facessat operosa excusatio, ubi orationem nobis res ipsa atque temporis ratio dictat: &, quicquid convenire hisce natalibus videbitur, id omne sine apparatu, sine molitione memoremus. Enimvero inter ipsa belli initia, quod adversus maximum potentissimumque Regem geri cœperat, etsi gravis hostis jugulum nostrum premebat, & omnia incerta ac turbida erant, ac ne in armis quidem satis præsidii apparebat, tamen illustrissimi Bataviæ Ordines, cum pro generosa animi sui magnitudine in tot tantisque malis contra fortunam spei insisterent, de iis etiam rebus cogitarunt, quibus ornari otium duntaxat atque pax solet. Excitanda doctrinæ, literarumque, & omnium honestarum artium studia existimarunt, ut inter hostiles impetus, atque inter libertatis suæ discrimina, reip. suæ gloriam & decus ex disciplinarum perennitate & magnorum hominum ingeniis adderent. Ejus rei causa, cum viri clari atque eruditi toto orbe convocandi essent, Regibus ac Principibus lumina sua eripere, eaque ex pacatissimis ter-

ris in regionem hanc armorum ſtrepitu circumſonantem transferre non verebantur. Erat in hæc urbs aliqua deligenda, in qua ſapientiæ hoc ac bonæ mentis templum erigeretur. Multæ erant Bataviæ civitates opibus firmæ, ac copiis locupletes, quæ ſingulæ ex hac acceſſione magnum adhuc capere incrementum potuiſſent. Cæterum ſola hæc Leyda noſtra fuit, cui poſt longam & difficilem obſidionem, quam recens perpeſſa erat, cum multa aſpera & infanda exantlaſſet, in ſolatium omnium malorum hic tantæ rei ſplendor & honos debebatur. Clauſerat urbem infenſus & pertinax hoſtis, qui cum vim nullam, nullam impreſſionem in muros faceret, novum victoriæ genus excogitaverat, nolle pugnare. Intellexerat frumentum neceſſariumque commeatum deeſſe civibus. viſum fuerat ſine ferro eos vincere. Graſſata erat intra mœnia ingens fames, ac orta exhinc gravis inſuper peſtis. Aſſumptum erat in cibos quicquid juſſerat longi jejunii imperioſa neceſſitas. Noviſſime nihil relictum fuerat præter eſurientes & mortuos. & cum minima hominum portio ſupereſſet, hæc tamen ipſa nimis magna eſurienti populo fuerat. Tantis calamitatibus cum infracta & inconcuſſa civium virtus ſteterat, cum hoſte primum in deſperationem, ac dein Panico terrore etiam in fugam

verſo ſoluta tandem obſidio fuiſſet, eaque res toti patriæ laboranti ſalutem attuliſſet, profectò non debuit adverſus tam bene præclaréque meritos ingrata eſſe Reſp. noſtra. Statim igitur mox quod poterat reperiri ſummum præmium, id communi illuſtriſſimorum Ordinum conſenſu, decreto atque authoritate invictiſſimi Auraici Principis, ſolutum promptiſſime ac repræſentatum huic urbi eſt, ut deinceps artes omnes, omnia illuſtria ſtudia, quæ & admirabilem dignitatem,& pergratam habent utilitatem, in ſinu ſuo nutriret atque augeret. Obtigerat urbi liberatio ad III Octobris 1574. cum deinde quarto poſt menſe, ad octavum Februarii, ſolenni ritu inauguratio Academiæ mirifico ſtudio omnium ætatum atque ordinum, incredibili concurſu Bataviæ facta eſt. Erat exhauſta multis funeribus civitas, &, triſte florentis quondam fortunæ indicium, laxi erant muri. Omnia cito replevit flos delibatus juventutis Batavicæ, ſpes renaſcentis reipublicæ: plane ut lætior ubique ac melior civitatis ſurgeret facies. Ceſſare tunc inclementia hyemis cœperat, & jam altius Sol aſcendebat ſub primi veris initia. Omnia rerum omnium (ſi obſerventur) indicia eſſe antiquitas exiſtimavit, ac prædictiones præſenſioneſque futurorum ex inopinato capeſſi. Traditum literarum mo-

numentis ab iis fuit, quibus annotare singula cura erat, hoc ipso die, nimirum octavo hujus mensis, interea dum studiorum honores primitiæque in hanc urbem inferebantur, ingenti omnium admiratione diu ante consuetum tempus advectam ciconiam esse, quæ profecto avis & olim & hodie, consentientibus mortalium judiciis, lætum facere auspicium, ac rerum esse optimarum nuncia credita est. Enimvero huic divinationi quam sunt omnia consimilia, quæ mox deinde ab illo tempore ad hunc usque diem consecuta sunt? Quam fausto prosperoque successu deinceps, inter media semper arma, non aliter quam rebus omnibus compositis artes disciplinæque magnis auctæ incrementis, ac in illud erectæ culmen sunt, in quo nunc consistunt? Percurrite animo & cogitatione vestra cæteras, quæ uspiam terrarum sunt, nationes. omnia illic belli, si quod forte oritur, vi atque impetu perculsa ac prostrata jacent: ut quacunque illud fulmen pervadit, nihil nisi vastitatem & pauperiem faciat: literarum vero artiumque cultui adeo est inimicum, ut earum superesse nec volam nec vestigium sinat. Apud nos verò, inter ipsa belli initia atque ex ipso bello nata primum Academia est, & quo plures majoresque emergerent belli difficultates, tanto illa major indies pulcriorque effloruit,

ita

ita quod prope inauditum eſt, per damna, per cædes, ab ipſo ferro duxiſſe vires ſuas & augmentum videtur. A primo ortu in hanc uſque lucem nullus fuit annus quo non grandior identidem grandiorque fuit numerus adventantium undique ac confluentium à diſſitiſſimis terrarum oris ad hanc beatiſſimam mentis, ſapientiæ, ac ſanctitatis arcem, ut à populo armato exemplum peterent melioris cujuſdam cultioriſque doctrinæ. Soleo ego, quoties de rerum humanarum conditione cogito, tacite ſic mecum pronuntiare, in una hac gente præpotentem illum ac principem rerum omnium Deum magno documento oſtendere voluiſſe quam poſſit omnia naturæ curſibus contraria efficere, cum in hoc terræ puncto, quod tam multi Principes ac populi conglobati movere & exſcindere voluerunt, inter maris & fluminum ac ventorum tempeſtatumque injurias, literarum tamen imperium & regnum hoc ſtare juſſit eruditionis. Nolite obſecro exiſtimare me inſolenter quidquam facere, ſi quarum rerum latentes cauſas nemo intelligit, earum initia & primam originem ad Deum refero. Quidquid intra hominum mediocritatem non conſiſtit, cœlo debetur: neque in his à natura datis anguſtiis claudenda ſunt, quæ ab ipſa ducuntur Æternitate. Utique ſi quis adhuc eſſe

poteſt, qui non intelligat immortalem Deum ſingulari quodam ac inuſitato modo res noſtras atque hanc ipſam Academiam auxiſſe, is mecum ea tempora ſpectet, quæ ab his multum diverſa paulo ante fuere. Superioribus aliquot annis, cum pauliſper per inducias requieſceret ab hoſtium aſſultibus & impreſſione patria hæc noſtra, jam in eo loco atque eo ſtatu eramus, quo apud alias gentes ſurgere in majus reſpublica, florere pacis artes, Academiæ, quæ ante deſolatæ bello erant, ſpiritum ac vitam recipere, ac alibi etiam novæ condi ſolent. Nobis ſolis alia omnia, hoc eſt, triſtia, dura, aſpera evenere. Nata ſtatim ex hoc, ex hoc, inquam, loco, atque ex his ipſis Academiæ noſtræ ſedibus earum rerum ſemina ſunt, per quæ prope factum erat, ut ipſi nos in noſtra viſcera ferrum verteremus, ac tandem non literarum tantum bonarumque artium apud nos periret omnis ſplendor, ſed etiam patria tota in cineres atque in ruinam traheretur, ut ſine externo hoſte everſa miſerum in modum atque exciſa toti orbi ſpectaculum preberet rerum humanarum. nimirum ita res eſt. Pax & quies acrioribus ſtimulis explorabant animos noſtros, felicitate & otio corrumpebamur, &, ut paucis dicam, rga bona noſtra non ſatis cauti eramus. umpta mox iterum arma ſunt, redintegratum

tum bellum est. Statim reip. præsidium majorque stabilitas rediit. Academia autem hæc spe ipsa adventantis belli recreata ac refocillata est. Jam enim tum, cum arma incepissent parari, sub induciarum exitum restituta illi sua quies est, ut deinceps, quod est dictu mirabile, pax illi in bello esset. Quo quidem ex tempore, cum jam longe acrius, quam unquam ante, hostis potentissimus nos adoriretur, cum Mars totis viribus concussi orbis in nos fureret, nova identidem ornamenta ac insolitas accessiones urbs hæc sensit, ac quotannis plura ac majora habuit quæ cœlo imputaret. Afflicta est gravi & tristi bello Germania, quæ studiorum disciplinarumque omnium diu fuit benigna nutrix. Ejecti per temporum calamitatem suis sedibus homines infiniti, alii jam clari eruditione, & magnis laudibus ac honoribus perfuncti, alii prima scientiarum spatia ingressi, iis in omnibus hic apud nos jucunda fuit requies; ac mirati utique non semel sunt pulpita hæc ac subsellia quotidie eruditissimorum ac clarissimorum virorum vocibus personare, ubi ex propinquo subinde hostium tormenta in obsessas emissa urbes sine periculo ipsi, sine metu audiverunt. Finxit olim fabulosa vetustas Palladem armatam quandam, quam & armis simul & literis præesse voluerunt. Ignoscant mihi Græculi,

homines

homines ventosi & loquaces, sed ignavi iidem imbellesque. nunquam apud illos sedem suam hæc dea posuit. Tribuamus illis litteras. demus multarum artium disciplinã. non adimamus sermonis leporem, ingeniorum acumen, dicendi copiam. Cæterum qui hæc maxime inter illos colebant, artem militarem, ac virtutem bellicam penitus nescivere. Equidem scio Lacones viros fuisse fortissimos, qui neque mortem, & multo minus hostem formidarent. Sed eosdem respuisse doctrinæ omnem cultum, atque hoc ipsum ambitiose gloriatos esse, id quoque scio. E diversa parte Athenienses si spectes, quos omnis industriæ ac eruditionis fuisse principes constat, quid aliud de illis dicere possumus, nisi hoc, quod à maximo sapientissimoque auctore Livio relatum est, bellum eos literis verbisq;, non armis adversus Philippum gessisse? Quare neutra civitas jure sibi suo Minervam illam armatam, quę in omnium ore erat, vindicabat. Credite mihi, Auditores, si ea uspiam terrarum unquã, certe apud Batavos habitat. Et, si in hujus gloriæ communionem adjungendi alij sunt, adjungite terrarum deam Gentiumq; Romam, quę virtutem utramque, licet specie disparem, judicio & prudentia conjunxit. Equidem illi ipsi Romani, cum Batavos nostros jam tum olim socios & amicos suos

appel-

appellabant, quod fide, virtute, & fortitudine præcellerent: haud penitus tamen eorum ingenia perſpexere. Per opprobrium enim aures Batavas, ut indoctas atq; rudes, traducebant. de qua re nemo poteſt ignorare qui fuerint veterum joci. Cæterum, ſi veram ejus rei cauſam exquiramus, non induſtriæ hoc noſtræ, neque cœli aut ſoli vitium tum erat, ſed ſolus fuit, qui culpari potuit illo tempore, diſciplinarum neglectus atque incuria. Horrebant apud nos barbarie tunc omnia, & cum ſinguli Martem & arma ſpirarent, infelicitate morum temporumq; nondum ad cæteras præclaras virtutes adjuncta literarum laus erat. At vero ſero poſt, volventibus ſeculis, cum illa horrida & inculta illuvies abiit, cum traducta ad omnem humanitatem ingenia noſtratium ſunt, re ipſa atque magnis exemplis compertum eſt, eſſe in indole noſtra aliquid ad ſcientias diſciplinaſque capeſſendas natum factumque, quod opponi ac præferri etiam rerum potenti Latio, ac ſuperbæ laudibus ſuis Greciæ poſſit. Poſſem ego hic percurrere eorum virorum nomina, qui dudum, antequam ex hac vita ad beatorum religionem & ſanctimoniam demigraſſent, in hoc ipſo, quod nunc aſpicimus, Academiæ templo atque in his ſedibus, doctrina & ingenio æternitatem quandam & immortalitatem

conſe-

consecuti sunt. Tum & hoc ipso tempore habemus utique, qui supersunt, atque hic intersunt, homines præstantissimos, qui & divinis scriptis suis, & eruditissima voce efficiunt, ne quid in ullo genere honesta & studiosa juventus desideret, quod quisquam summo ingenio, maximoque usu cognitum ac perceptum proponere aliis & tradere possit. Sed nos ne aut defunctos memorando inique præsentes pretereamus, aut præsentes laudando affectasse gratiam aliquam, aut quicquam jactantius gloriosiusque fecisse videamur, totum hoc, quantumcunque est, (quod sane est maximum) silentio preteribimus. Deus Opt. Maximus, qui in remp. atque in hanc Academiam benigno suo nomine tot beneficia congessit, qui inter belli tempestates, & inter tot seculi mala hoc insigne & gloriosum otium nobis concessit, faveat porro ac propitius sit suis muneribus, & juventutis pectora ad bonas præclarasque artes inflammet, faciatque ut & suis & patriæ tandem usui atque ornamento sint. Denique efficiat, ut florente rep. atque incolumi sæpe nobis iterum atq; iterum celebrare hunc Academiæ natalem liceat, atque ut is quotannis jucundior nobis lætiorque redeat.

ORATIO

# ORATIO II.

## De Necessitate & praestantia Litterarum, habita cum Rectoratum deponeret.

8. Febr: cIↄ Iↄc xxv.



UPERIORE anno, cum ex hoc loco verba faceremus, singulare dicendi argumentum nobis dederat temporum revolutio, & seculi ipsius ordo. Cum enim is esset quadragesimus & nonus ab Academiæ hujus prima institutione, in quem incidere veterem, & verum Hebræorum Jubelæum, rejecto vulgi errore, constat, tempestate tam solenni natalem atque primos ortus hujus ipsius Academię nostrę celebravimus, eodem illo die, quo ante quadraginta novem annos feliciter dedicatio ejus atque inauguratio mirifico studio omnium ętatum atque ordinum, & incredibili concursu totius Bataviæ facta erat. Sed talem dicendi occasionem neque quisquam ex hoc ordine nostro, qui nunc hic adest, nactus ante est, & nemo fortasse nostrum, in hac vitæ brevitate, post tam longum temporis decursum nanciscetur. Quare nunc, cum hoc, quod

tam

tam rarum atque eximium erat; nobis ab rit, quicquid supereſt, commune ac vul tum eſt. Quoniam tamen differendi eeſſitatem mos hominum, & muneris ratio mihi hodierno die imponit, ſatius que exiſtimo ea & dicere & tractare nova non ſunt, quam aliquid cum ambiti & per affectationem conquirere, quod enum ab hoc loco, atque ab hoc, quod ſequor, vitæ genere eſſe videatur. Scio non debere in Academiæ umbra de Arc reip., de inſtitutis militaribus, aut alii genus rebus differere. Faciam itaque res ipſa, & præclara juventutis, quæ quens huc confluxit, expectatio poſtulat his doctrinæ ſedibus, in hoc ſapienti bonæ mentis domicilio dicam quan momenti poſitum in litteris ac libera artium diſciplinis ſit, ad civitatum rerum publ. incrementum atque ſtabilitatem. res, etſi nullam habere controverſiam eos videtur, qui hæc ſtudia noſtra ai æſtimantque, cautionibus tamen quibu atque temperamento aliquo indiget, ne quod diximus, præter optimæ ac ſalub mæ rei indolem, redundare ad civium reipub. vitia contingat. Dicam autem verbis ad legem compoſitis, neque ar m accurato tractationis delectu; ſed x alio in mentem incidit cogitant

qui

quidque persequar. Equidem ego circumspectis rationibus omnibus,quę ad rem hanc facerevidentur, ita sentio, atque sic animum induco meum, talem esse remp. quales sunt ejus cives, cum profecto ex singulis hominibus sint familię, ex familiis civitates, ex civitatibus resp. constitutę. Quare quę res animos hominum efficere meliores, eorumque naturam adjuvare potest, uti facilius ad id, quod bonum rectumq; est, perducantur, ea profecto ad beandum civitatis publicum statum magnam habere vim videtur. Enimvero si nihil aliud boni mortalibus literarum cultus attulisset, quam quod asperitatē omnem, & horridos atque feros mores propulisset,permultum foret quod tribuere eruditioni mortales oporteret. Humanitate enim uti, id vero est hominem esse. qua qui carent,eos aut brutis,quibus sunt pene similes, aggregari, aut procul ab urbibus, inter Barbaros & latrones,cædibus, rapinis,atq; omni immanitate pasci,relicta post tergum humani generis securitate, oportet. Disciplinarum illud munus atque beneficium est, quod traducti hominum mores ad civilem quandam vitam, atque ad moderationem & modestiam sunt, cum ante per incultam illuviem horrida omnia & inculta forent, ac tristis ubique esset rerum humanarum facies. At illud vero longe & majus,

& luculentius eſt, quod eruditio in homine ſapientiam virtutemque, ſi quę inſita ei aut innata eſt, juvat, roboratque, & in majus meliuſque promovet, ut ad reip. ſalutem atque ſtabilitatem magni ex ea atq; incomparabiles fructus proficiſcantur. Vetus verbum illud eſt, duplo plus videre, & longe aliis perſpicatiore ingenio eſſe eos, qui vitam in liberalibus ſtudiis egerunt: ut, quemadmodum à circumfuſo aëre lumen ſuum adſpectus accipit, ita mentes quoq; noſtræ illuſtrentur, cum eas artium diſciplinarumque ſplendor irradiat. Non eſt exigua res ex doctrinę pręceptis intelligere quis ſit finis, quid ultimum bonorum omnium: quo modo errores omnes & vanitates, quibus animus à recto tramite perſæpe tranſverſus rapitur, circumcidere & amputare poſſis: quod officium parentibus, patrię, amicis impendendum ſit: quo omnes actiones, omnes cogitationes, cōſilia omnia referri oporteat. Quod ſit judicis, quod ſenatoris, quod ducis bellici officium. quot ſint virtutum & vitiorum genera, quibuſque modis illas aſſequi, ab his declinare poſſis. quibus moribus & legibus temperandę ſint civitates, quibus rebus augeri eæ atque amplificari, ac deniq; copioſiſſimę & tutiſſimę fieri debeant. Quę omnia egregie tradita humano generi, ac literarum monumentis conſignata per eos ſunt,

ſunt, qui toto vitæ ſuæ curſu operam bonæ menti dederunt; qui quicquid ſingulari Dei munere, aſſidua obſervatione, ſtudioque indefeſſo conſecuti erant, ut præ cetæris & viderent multa & ſaperent, id omne ad conſequentium ſeculorum uſum poſteris reliquerunt, ne tantæ & tam præclaræ rei fructus una cum ipſis interiret. Utique niſi vita hominum multis circumſepta difficultatibus eſſet, quæ pleroſque per dura & aſpera verſant, ac in manibus potius & opificio illeberali, quam in literarum diſciplinis præſidium rei domeſticę habere cogunt, eniteſcere reſp. quædam illuſtris atque excellens poterat, cujus omnes cives, non qui imperant modò, ſed & qui his parent, magno animo ſtudia illius veræ elegantiſque doctrinæ colerent. Nunc eos ſaltem, quos ſummi Numinis benignitas in rebus auctioribus lætioribuſque collocavit, atque in cæteros habere regimen juſſit, ſumma ope atque cura eniti oporteret, ut pectus ſuum earum artium cognitione implerent, quibus inſtructi remp. capeſſere, eamque tutari firmiter ac ſtabilire poſſent. Non ego hic de doctrina quadam loquor, quæ nomine magnifico ignavum otium velet; quæ ad pompam & oſtentationem paretur, per quam ſimplex illa & aperta virtus in obſcuram & ſolertem ſcientiam vertatur; ſed eam, hercle, requiro, quæ vitæ hominum

& rebus gerundis deserviat; quæ conjuncta cum multo usu sit, & animi corporisque exercitationem habeat. Proditum memoriæ est, Epaminondam, ducem militiæ fortissimum acerrimumque, inter literas natum ita atque educatum fuisse, ut ipsa hæc scientia causa fuerit rerum ab eo præclarissime gestarum, cum philosophiam sine mollitie aut desidia sequeretur, eamque magistram ad robur & prudentiam faceret. Eademque ratione de Philopœmene per manus accepimus, etsi in rem bellicam studio & indole propendêret, veterum tamen sapientum monita ac præcepta eum legisse, non omnium quidem, sed eorum duntaxat, è quibus progressum se ad virtutem sperabat facturum: semperque illi in ore istud fuisse; Doctrinam debere ad facta tendere, non otii aut inutilis loquacitatis causa usurpari. Permultum natura indolesque ad prudentiam valet, si ad eam & experientia & eruditio accesserit; quarum quidem altera etiam sola magnum naturæ præsidium adfert; sed ex utriusque conjunctione quiddam in rebus mortalium eximium & perfectum efflorescit. Et quidem usus atque experientia ex iis rebus proficiscitur, quas quis vidit ipse in vita, tractavitque, & quibus interfuit. Itaque & unius hominis ætate arctatur, &, cum tempus nobis ad vivendum breve admodum sit præscriptum,

ſcriptum, ignorari ea neceſſe eſt, quæ aut aliis retro ſeculis contigerunt, aut in diverſa orbis parte geſta ſunt. At ſcientia ea, quæ à literis atque ab eruditione eſt, omnium poſt hominum memoriam, temporum, omnium terrarum res, facta, geſtaque repræſentat; &, quod ſapientiæ primum maximumque munus eſt, rei cujuſque cauſam, geſtorumq; rationes & conſilia in ſeſe continet. Poſtquam de civibus ſingulis diximus, quos liberalia hæc ſtudia non cultiores modo humanioreſque, ſed ſapientiores etiam atque prudentiores faciunt; quid de ipſis rebuſpublicis exiſtimandum eſt, quæ ex hujuſmodi civibus ſunt, niſi me tacente res loquatur, dicendo evincere haud cupio. Sane Hebræi, cum primi omnium gentium literas, diſciplinaſque, & rerum tum cœleſtium, tum humanarum ſcientiam ab immortali Deo didiciſſent, atque regundæ reip. inſtituta quædam ejuſmodi haberent, quæ omnium eſſent præceptis potiora; diutiſſime regionem maximam fertiliſſimamque tenuerunt per duodecim tribus, quæ admiranda fæcunditate ſingulæ in magnitudinem gentis excreverant. His inſtitutis dum inſiſterent, nihil adverſus eos vis hoſtilis, bellorumve tempeſtates, aut alia id genus mala valuêre. Semper cladibus ſuis majores erant, & per cædes ac per damna animos opeſque ſumebant ab ipſo

ferro. Ex hac gente ad propinquos Ægyptios, Phoenicesq; propagata doctrinæ semina, incredibile dictu est, quantum non claritudinis modò, sed prosperitatis in eas oras intulerint! Jam Græci, qui artes suas liberales, ac lectissimarum rerum cognitionem, sapientiamque omnem Ægyptiis ac Phoenicibus imputant, quemadmodum ingenii doctrinæque principes erant, ita florentissimo reip. statu omnia circum late subegerunt. Inter hos Alexander, cum iisdem artibus disciplinisque eruditus erat; cum Aristotelem, aliosque primarios seculi viros rerum per terræ orbem gerendarum autores testesque habebat, regiones dissitissimas, & quicquid ubique barbararum gentium erat, non minus cito victoriis suis, quam passibus peragravit, plane uti jam verum esset, quod toties jactatum erat, Græcorum prudentiam, Barbarorum verò propriam esse audaciam. Ipsos quin etiam Romanos terror ille mundi adortus fuisset ac prosternere etiam potuisset, nisi jam ante Romani à Græcis eandem illam regundæ reipublicę in bello atque in pace doctrinam, easdem artes, eadem studia à Græcis hausissent, quibus muniti adversus Imperatorem pari disciplina pollentem iisdem præsidiis valuissent. Ex quo luculen- illa maximi gravissimique scriptoris Titi ivii extat dissertatio, cum exquirit ille longo

go eruditoq; sermone quinam eventus Romanis rebus futurus fuerit, si relicta Asia in Italiam Alexander venisset, ibiq; cum eo foret bellatum. Non committam ego, ut extera omnia persecutus, præteriisse domestica videar. Nimirum si quis consideret, cum à statu incultæ naturæ discesseris recta doctrina ad immutandas hominum res quantum possit, ille in nos, extremos, inquam, Belgas ac Germanos intueatur, qui cum Taciti Procos. temporibus nec urbes, nec leges, nec certam reip. formam haberemus, nunc fere cæteras gentes sive urbium magnitudine, sive multitudine, sive militari laude, sive regundarum civitatum institutis superamus. Adeo nihil negatum illis est, quorum ad industriam eximiamque naturam artium liberalium cultus accesserit, ut vel hoc dicere publici status munimentum firmissimum audeam, non modo si ea tempora occurrant, quibus in pace vivitur; verum etiam si bello atque armis res gerenda sit. Ac de pace quidem dicere supervacuum forte sit, cum ornari eam augerique literarum disciplinis constet, quæ vere sunt otii & quietis honestamenta. Cæterum in medio bellorum tumultu, cum in armis atque in vi jus est, si doctrinam, quæ ex literis est multum valere contendero, nemo mihi quisquam adversabitur, qui militiam non tam corporis quam animi viribus

procedere, ac conſilio hic præcipue prudentiæque locum eſſe meminerit; quæ res ſtudio & meditatione ex veterum lectiſſimis præceptis, atque ex tot ſeculorum eventibus vel augentur inſigniter, vel etiam comparantur. Eſt illud jampridem periculo atque negotiis compertum, boni Ducis atque Imperatoris eſſe non minus arte ſuperare quàm gladio. Quid credimus nobilius in re bellica eſſe, quam ſcientiam inſtruendæ aciei, vallorum, machinarum, & tot, tantorumque, quæ uſus exigit, inſtrumentorum? Atqui ex Matheſi, celeberrimâ illâ maximaque doctrinæ parte, hæc ſunt: Eaque tradidêre olim homines eruditi Ælianus, Vitruvius, aliique, qui ob tantum beneficium reges principeſque, cæteroſque rerum dominos habent debendi reos. Hæc eſt ea cura, quæ magnam illam Cæſaris Dictatoris, quæ nepotis ejus Octavii celſam animam fatigavit; qui inter caſtra, atque inter claſſicorum ſtrepitus libris invigilarunt; non iis modo, quibus, ut dixi, ars militaris conſignata eſt, ſed his quoque, qui ad omnem Philoſophiam, ad vitæ communis inſtitutionem, atque etiam ad literarum elegantiam & amœnitatem pertinebant. Eadem cura Lælium & Scipionem, duo belli fulmina, verſabat; quorum opera in militia, in otio, in negotio civium Rom. quiſque ſuo tempore uſus eſt ſine ſuper-

ſuperbia. quos certum eſt, ut mores etiam civium fingerent formarentque, ad vulgaria & communia deſcendiſſe, ac P. Terentium Afrum in conficiendis comædiis adjutaſſe, aſſiduóque unà ſcripſiſſe. Faceſſat longe illa Caji Marii efferata, & indigna bono cive vox, non placere ſibi literas: inutilem eſſe eam ſcientiam, quæ ad virtutem doctoribus nihil profuerit. Audite obſecro; homo ruſticus, incultus, enormis ſtrenuè & cum oſtentatione doctrinam ſpernit. Et quid fecit igitur ſapiente dignum, qui hæc dicit? Sanguine, cædibuſque, & mille malis remp. implevit: crudelitatem in omnes cives exercuit, etiam in eos, quorum nullum erat aliud crimen, niſi quod mori poſſent. Homo factioſus, inquietus, truculentus; qui ſi doctrinæ præcepta vel leviter attigiſſet, didiciſſe poterat, haud plus contendere in rep. quemque debere, niſi quantum probare ſuis civibus poſſet: vim neque amicis, neque patriæ afferre oportere. Sed quis tandem exitus illum ſuſtulit? dignus profecto fatuitate ejus. Annos natus ſeptuaginta, is, qui primus inter mortales ſeptimùm conſul fuerat creatus, qui cenſum opeſque multis regibus pares poſſidebat, ſortem lamentabatur ſuam, quaſi egenus, & nondum conſecutus ea, quæ appetebat, ante tempus & immature è vita decederet. Qua

ex re bene illud ac divine Plutarchus de illo indicat, ſatis illum pænarum dediſſe, cum ſapientiæ ſtudium neglectum ſeſe ulciſceretur, ita ut ejus contemptori in ſumma etiam proſperitate nunquã fuerit bene. Nihil jam opus eſſet literarum cauſam amplius agere, aut oſtendere eas rebuſp. magno pręſidio & ſtabilimento eſſe, niſi ex adverſo quidã nobis occurrerent, qui reſp. quaſdam memorant, Græcorum & Romanorum ſcilicet, quæ, cum ad ſummum doctrinæ & artium veniſſent, ceciderunt utiq; & ſubverſæ tandem ſunt. Verba magna invidiæ & malitiæ augendæ & hæc & alia eſſe ſciò. Non enim profecto hæc eruditionis, non diſciplinarum culpa fuit: quarum pręceptis reguliſque, ſi civium mores ſtetiſſent, non vis externa, neque cunctæ gentes conglobatæ movere potuiſſent utrumque iſtud imperium. Sed habet hoc omnis magna fortuna, ut ex ſumma rerum affluentia vitium trahat, cum à negotio ad otium, à temperantia ad luxum, à bonis rectiſque artibus ad fæda omnia & prava deſciſcitur. hinc ſcelera erumpunt, & improba vota, hinc ſeditiones, factioneſque, quæ tandem in iram ſummi Numinis, veluti ultima malorum vertunt. Ita tandem oneri ſuo fortuna cedit, ac proprio pondere ſubſidit, ut defeſſi & exangues cives, mutuis vulneribus fracti, regi alicui aut exteræ nationi

prædæ

prædæ ſint. Quod utique in duabus illis rebuſpublicis, quas memoravi, egregie contigiſſe, haud difficile eſſet magnis documentis comprobare, ſi hoc & temporis ratio, & mea veſtraq; patientia ferret. Addunt etiam, ſi Deo placet, de Turcarum regno neſcio quid; quod cum in omnibus gentibus formidabile ſit, ejuſmodi tamen eſt, ut omnes ex eo literæ, omnes artium liberalium diſciplinæ lege quadam procul exterminatæ ſint. Equidem ego nullam felicitatem in mera & horrida barbarie agnoſco, quæ aliena ab omni humanitate ſit; ſed nec ullus reip. beatus ſtatus in fœdiſſima ſervitute eſſe poteſt; in qua omnes earum regionum incolæ ætatem agunt, quibus ille non rex, ſed tyrannus tanquam mancipiis, non tanquam civibus imperat. Eſt ita natura comparatum, ut dimidium virtutis Deus Opt. Max. illis auferat, queis libertatem ſemel ademit. Et hoc igitur illud ipſum eſt, cur doctrinę ſtudia violentus ille Princeps procul à finibus ſuis arceat. Scit enim facile futurum, ut, cum artes diſciplinæque ingenuum in homine pectus faciant, in libertatem ſuam ſe vindicent qui tantæ rei bonum ſemel intellexerint. Ad hæc, magni ſua intereſſe credit, ne errores & deliria Mahometicæ religionis pateant: quæ neſcire non poteſt, qui ſtudiis liberalibus excultus falſum potius à vero diſcer-

nere,

nere, quam ſupina ignorantia omnia & putida & vernilia admirari mavult. Ut jam non addam, triſte illud & dirum imperium non hercle ſuis ipſius viribus, aut bonis reip. inſtitutis, ſed per Chriſtianorum & ignaviam, & diſcordiam creſcere: qui ſi ambitionem ſemel eam & æmulationem deponerent, quæ ſpecioſis & fucatis quibuſdam prætextibus in varias partes, atque in ſeceſſiones eos abduxit, longe jam melior lætiorq; rerum ſtatus orbi Chriſtiano illuceſceret, & literarum, bonæque mentis fructus citò ad eas nationes proferretur, quæ ſordibus jam ſuis, inſcitiaque, & illuvie ingemiſcunt. Sed tantam & tam jucundam rem optare potius, quam, ut conditio horum temporum eſt, ſperare nobis licet. Interim ingentes & immortales gratias immortali Deo debemus, cujus eſt in Bataviam hanc noſtram, in hoc terræ punctum, tanta & munificentia & benignitas, ut in his ipſis ſedibus, atque in hoc noſtro Athenæo, artes omnes ſcientiæque, non, ut apud barbaras gentes, exulent, neq; etiam, ut fit apud multos Chriſtiani orbis populos, ineptis aut adulterinis coloribus ad defendendos pravos quoſdam religionis errores incruſtentur; ſed fide quam optima, ad veterum morem & majeſtatem, in florentiſſima libertate excolantur. Cujus rei cauſa ex regionibus omnibus Europæ diſſitiſſimis,

tiſſimis, tanquam ad quandam ſapientiæ bonæque mentis arcem, magnus cotidie fit concurſus ab his, qui doctrinæ melioris, & incorruptæ antiquitatis exemplum quoddam à nobis, & imaginem petunt. Faxit ille idem clementiſſimus Deus, ut hæc, quæ in nos contulit munera, propria nobis & perpetua ſint, ſuiſque beneficiis porro faveat ad reip. noſtræ & omnium bonorum ſalutem atque incolumitatem.

---

# ORATIO III.

## *Ad Authent. habita. C. ne filius pro Patre. habita cum Rectoratum deponeret.*

*8. Febr: cIɔ Iɔc xxxiii.*



UM dicendi neceſſitatem hodierno die mihi impoſuerit muneris mei ratio, fallam expectationem veſtram, & à more meo, quem ſequi in his ſolennibus diſſertationibus ante conſuevi, recedam pauliſper, ac longe diverſo vos ſermonis genere

tenebo.

tenebo. Non enim Oratorem ege nunc, ſed Juriſconſultum agam, atque ex Conſtitutionibus Codicis id argumentum tractabo, quod & vobis ſcitu utile, & huic tempori eſſe conſentaneum ſcio. Nolite exiſtimare omnia, quæ libris legum noſtrarum continentur, eſſe tetrica, ſpinoſa, ac J C$^{tis}$. pervia. Sunt enim in his utique quædam ejuſmodi, quæ, ut ad omnes omnium diſciplinarum artiumque cultores pertinent, ita etiam capi atque intelligi æqualiter poſſunt ab omnibus. Non referam ejus rei plura documenta. Extat luculenta ac celeberrima Frederici Ænobarbi conſtitutio, quam vulgo Authenticam, habita, appellant, quæ in Juſtiniani Codicem relata eſt ſub titulum, Ne filius pro patre, aut pater pro filio conveniatur. In qua ſummus ille Princeps uberrima quædam beneficia tribuit illis, qui in Academia vivunt, atque illic in doctrinę ſtudia incumbunt. Ex hac Authentica ſi pauca quædam, quæ maxime eniteſcunt, exſecutus fuero, nihil hercle inepte aut præter rem facturus mihi videor. Hoc enim ipſum cui potius, quam mihi convenit, qui & juris profeſſione fungor, & hoc anno juriſdictioni & privilegiis Academiæ prę̨fui? aut quando potius faciendum eſt, quam hoc ipſo tempore, cum ſtatim mox poſt novi Rectoris, ſucceſſoris mei, creationem recitabuntur ea ſtatuta,

ta, quibus augetur indies efflorescitque in hac urbe literarum doctrinæque decus? Sed facessat operosa excusatio, ubi argumentum nobis res ipsa dictat: &, quicquid convenire nostro instituto videbitur; id omne sine apparatu, sine molimine dicamus. Utique hæc non eo pertinebunt, ut privilegiis vestris ad fastum aut ad insolentiam vos inflammem. (Nulla res magis abhorret ab indole mea, cui ipsa severitas, & gravis ac recta ratio semper placuit.) Sed ut sciatis qua ex causa & quibus hæc data sint, atque ut iis recte utamini. Enimvero Fridericus Barbarossa, laudatissimus Imperator, cum Germaniam Italiamque armis perdomaret, ac jam victrices copias transferret in Asiam, non satis præsidii sibi esse in belli prosperis successibus ratus est, sed animum ad eas res convertit, quibus potissimum in pace atque in otio indiget respublica. Quare primum jura feudalia in certos libros & titulos redigi jussit: atq; his multas sanctiones adjecit, ac Novellæ constitutionis de pace tenenda author fuit. Nondum sublata alia seculi incommoda erant. Diu incubuerat terrarum orbi horrida & inculta barbaries: ac bellorum impetu perculsæ atque prostratæ jacebant artes, disciplinæq;. Existimavit igitur ille, id quod res est, non posse reip. hæc sua ornamenta reddi, nisi magnis privilegiis be-

nefi-

neficiisque excitarentur mortales, ut doctrinæ ac bonæ menti operam darent. Versabantur ei ante oculos non pauca, quæ veteres Romani singulari jure pridem studiosæ juventuti concesserant. Quippe & filiusfam. studiorum gratia absens, furtumque aut injuriam passus, vel viaticum mutuo datum repetens consistere hoc casu in judicio absque patris consensu potuit, ne, dum pater expectatur, impunitum [a] maneat maleficium, vel filiusfam. mendicare aut fame perire cogatur. Et rursus Senatusconsultum Macedonianum in eo creditore cessabant, qui filiofam. studiorum causa alibi degenti pecuniam ad necessarios [b] sumptus subministrasset; cum ad paternæ pietatis officium pertinebat non modò filium alere, verum etiam necessarias ad studia impensas eidem erogare [c]: quasi parentes Deus Opt. Max. magis filiorum moribus, quam corporis educationi [d] præposuerit. Quam rem si neglexissent parentes, filius ipse eos alere ex lege Decemvirali non tenebatur [e]. Adhæc & illud receptum ante Friderici tempora à Romanis fuerat, ut prætor non eos modo in integrum restitueret, qui læsi essent dum reip. causa aberant [f], sed his quoque eandem

[a] L. 18. Parag. 1. ff. de Iudic. [b] L. 7. Parag. 13. ff. ad S C. Maced. [c] L. 6. Parag. 5. de Carb. edict. [d] L. 12. Parag. 3. ff. de admin. tut. [e] Plut. in Solon. [f] L. 1. Parag. 1. ff. ex qu. caus. major.

eandem opem polliceretur, qui studiorum causa abfuissent, tanquam illa justissima absentiæ ratio [a] esset. Postremo quamvis liberi emancipati, quæ à patre vivo acceperunt, conferre post mortem ejus & imputare in legitimam tenebantur [b], tamen ea, quæ pater emancipato filio studiorum causa elargitus esset, in legitimæ computationem non veniebant [c], cum non repetendi, sed donandi magis animo & paterna pietate impendia ejusmodi pater erogasse præsumeretur [d]. Hæc omnia Fridericus & ante constituta fuisse à Romanis rerum Dominis sciebat, & reduci singula in usum voluit. Cæterùm quo citius promptiusq; ex Barbarie caput suum extolleret eruditio, novam hanc, de qua dicere cœpi, constitutionem Authenticam addidit, & Codici expressim inseri jussit: in qua ille post adhibita Episcoporum, Abbatum, Ducum, omniumque judicum, & aliorum sacri palatii procerum consilia, omnibus, qui studiorum causa, & maxime ob addiscendas Leges peregrinantur, hoc suæ pietatis beneficium indulget, ut ad ea loca, in quibus studia, exercentur, tam ipsi, quàm eorum nuntii veniant, & securè habitent, atque ut nullus tam audax inveniatur, qui aliquam his inferre injuriam audeat.



[a] L. 28. Parag. ff. ex qu. caus. major. [b] L. 6. l. 9. C. de collat. l. 29. C. de inoff. test. [c] L. 50. ff. fam. ercisc. [d] L. alimenta. 11. C. de neg. gest.

deat. Equidem ex his Imperatoris verbis mirum in modum gloriose se efferunt juris nostri interpretes, cum primam præcipuamque Friderici curam ad legum studiosos pertinere observaverunt. Quorum scientia idem Imperator subjicit totum mundum illuminari, ac vitam civium informari ut Deo & Principibus Dei ministris obsequium & obedientiam præstent. Non potuit à Friderico lucentius testimonium perhiberi nostro Ordini. Noverat ille ex sacro summi Vatis Danielis [a] oraculo, eos, qui hanc artem edocti forent, fulgere quasi splendorem firmamenti, &, qui ad justitiam erudiunt multos, quasi stellas quasdam censeri in perpetuam æternitatem. Meminerat ex sapientissimi Salomonis judicio [b], leges lucem & viam hominibus prębere: Quare in his reip. incolumitatem & tutelam consistere: ac recte Pomponium inter summa juris capita ponere religionem in Deum, atque ut patriæ, & parentibus pareamus [c]. Hæc res Friderico causam dedit, ut de I Ctis nostris tam magnifice sentiret, cum cæterarum disciplinarum alumnos per sequelam duntaxat & tacito sermonis sensu comprehenderet. utique non debet aliarum rerum disciplinis quidquam detrahi. sed neque assentiendum est

a Daniel cap. 12. b Proverb. 6. c l. 2. ff. de just. & jur.

est Cebeti Thebano, cum in tabula sua Criticos & Poetas in ordine eorum ponit, qui vana scientia se oblectant, hoc est, qui hordeo & avena pascuntur. Intelligo enim magnum in his rebus momentum etiam inesse ad rectæ veræque doctrinæ decus. sed tamen non iniquam rationem secutus Fredericus in hac Authentica fuit, cum jurisprudentiæ tribuit plurimum; quam disciplinam Plato regiam nominavit, propterea quod ad reges principesque, adque ad eos, qui cum his quotidie una sunt, pertinet. Porro non est cur addubitet quispiam, an privilegium hic aliquod studiosæ juventuti Fridericus det, qui injuriam illis fieri vetat, cum ex jure communi nec alius quisquam indoctus plebejusve impune injuria afficiatur. Sed utique omnino jus singulare, quod hic statuitur, in ipso genere pœnæ situm est. Cum enim actio in quadruplum cæteris tunc demum concedatur, si quid illis fur aut prædo lucri faciendi causa abstulit: quæ autem [a] contumeliæ tantum causa alicui eripiuntur, aliam prorsus diversamque & longe minorem æstimationem in legibus nostris habeant, placuit Friderico hæc, quæ etiam per solam contumeliam sine lucrandi animo adempta studiosis essent, in quadruplum restitui:



a Arg. l. 39. ff. de furt. & l. 2. Parag. 4. ff. de privat delict. l. 1. Parag. 2. ff. de furt.

ſtitui: Accedit quod etiam iiſdem infamiam ipſo jure irrogari, ac omni dignitate eos privari idem ille Imperator hac lege voluit. Denique quod eaſdem etiam pœnas urbium locorumque rectoribus ponit, qui vindicare hujuſmodi injurias neglexerint. Aliud beneficium, quod hæc Friderici lex inſuper præclaris ſapientiæ alumnis concedit, eſt, ne ob alterius provinciæ, urbiſve factum, aut delictum, aut debitum poſſint in hos fieri pignorationes, quas Repreſſalias vocãt, neve ex ea cauſa capi, vinciri, aut detineri poſſint. Quod licet jure communi ſatis cautum eſſe Imperator noſter hic ait, tamen novo privilegio opus eſſe exiſtimavit propter perverſam quorundam conſuetudinem, qui talem barbariem in uſum revocaverant. Aut forte ſpecialiter & nominatim in ſcholaſticis id ſtatutum voluit Fridericus, ut magis timeretur quod ſpecialius interdictum erat, quemadmodum de clericis Gregorius [a] Pontifex in jure Canonum tradidit. Nondum claudi his finibus potuit optimi Principis Friderici benignitas. meminerat ille milites, ne à ſignis ſuis avocentur, judicem habere [b] non alium, quàm ducem ſuum, ſi litigandum ſit. Et conſimiliter igitur, honeſtiſſimarum artium diſciplinarumque ſtudioſos,

[a] Cap. 1. de injur in 6. [b] L. 6. C. de juriſd. l. 18, in pr. C. de re milit.

ſos, ſi eos actor aliquis in jus vocaſſet, obtentu forenſium controverſiarum, diſtrahi à literis noluit, ſed optionem illis reliquit, utrumne coram doctore ſuo, an coram civitatis Epiſcopo defendere cuperent cauſam ſuam: cum alias utique conſtitutum jure communi ſit, quoties pluribus locis conveniri aliquis poteſt, electionem fori dandam eſſe actori, non reo [a]. Hæc ſunt illa, auditores, quibus veterum Romanorum in vos munificentiam auxit ſuperavitque Fridericus Barbaroſſa. Propter quæ & manibus ejus bene precari, & conſecrare nomen ejus literarum monumentis omnes bonos eruditoſque decet. Neſcio quo vitio humani ingenii id fiat, ut vetera fere omnia curioſe conſectemur, præſentia autem ſeculi bona non ſatis aut ſciamus aut indagemus. Scio ſupra opinionem veſtram fore id quod dicam. ſed dicam tamen. Longe illa hodie majora & ampliora ſunt quæ per glorioſiſſimam & pulcherrimam æmulationem adjecerunt ad Romanorum omnium atque ad Frederici beneficia Patres Patriæ noſtræ, illuſtriſſimi Batavïæ Ordines. Id autem dignoſci niſi ex comparatione non poterit. Eam ego pauciſſimis verbis perſtringam, quo magis grati ſitis erga tantarum rerum auctores. Tribuit Friderici conſtitutio illud, ut ſecure

 quiſ-

a L. 2. Prag. 2. ff. de eo, quod cert. loc.

quisq; proficisci ad ea loca possit, ubi studia exercentur, atque ut in illis secure habitet. Quibus verbis nihil aliud continetur, nisi ut supradictis personis nemo injuriam inferat. Quare cum verba juris singularis sint stricte accipienda [a], recte interpretes communi consensu tradiderunt, posse ab his & mercium portoria in itinere exigi, & ab iisdem vectigalia, cum in Academiis habitant, peti, quoniam sine ulla injuria exiguntur publicæ præstationes & functiones, quæ Principi & reipublicæ debentur [b]. At vobis & omnia portoria huc venientibus, & quædam etiam vectigalia apud nos morantibus remisit Ordinum liberalitas. Fridericus privilegium fori studiosis tunc demum concessit, cum rei sunt & in jus vocantur, ut agnoscere judicem vel doctorem suum vel urbis Episcopum possint Quod si actores sint, commune cum omnibus aliis jus habent, & rei forum sequuntur [c]. Apud nos, contra legum regulas, sive actores sive rei estis, non alios, quàm proprios, id est, singulares judices habetis: neque ad vos Episcopi ullius, aut aliorum Ecclesiasticorum pertinet jurisdictio. Fridericus in causis tantum civilibus privilegiarium judicem vobis constituit; in delictis vero

[a] L. 14. l. 15. l. 16. ff. de ll. [b] Donell. ad h. auth. num. 7. 8. 9. 10. Dis. Pac. ad h. auth. n. 31. per l. 5. C. de vectig. & commiss. & Gilkenius ibidem n. 38. & seqq. usque ad num. 47. [c] L. 2. C. de jurisd.

vero cognitioni cujuslibet judicis vos subjiciunt interpretes [a], quia privilegio indignus est, qui illo abutitur [b], & reatus & crimen tollunt omnem & honorem [c] & fori præscriptionem. At apud nos supra omnium fere gentium exemplum utriusque generis causa apud Senatum Iuridicum Academiæ peragitur. Ad hæc in ipsis etiam civilibus causis legum doctores Iudici [d] Academico locum tunc duntaxat dant, quoties contractus in Academia est initus. si alibi gestum negotium sit, nec ratione contractus conveniri [e] in Academia potest, qui alibi contraxit, nec ratione domicilii, quia jure pervulgatum est, eos [f], qui studiorum causa in aliquo loco morantur, non credi illic domicilium habere. Apud nos nulla ejus discriminis ratio habetur, ne eorum jura coarctentur, qui sub fide nostra sunt. Postremo Friderici constitutio minime eos spectavit, qui literis operam dant in patria sua, sed peregrinantibus duntaxat consuluit, in quo uberiora sunt Ordinum nostrorum beneficia, quæ omnibus in universum patent. Puto vos satis percepisse, Auditores, quam hæc vobis & utilia, & honorifica sint, quæ Patres Patriæ nostræ vobis indulserunt, quæ constan-



a Pac. ad h. auth. num.70. b L. 37. in fin. ff. de minor.
c L. 1. C. ubi senat. vel clariss. d Pac. ad h.auth. num.71.
e L. 19. Parag. 1. ff. de judic. f L. 2. C. de incol.

ter & magna cura ſemper & ampliſſimus hujus urbis Magiſtratus, & clariſſimorum Profeſſorum Senatus fovet quotidie tueturque. Hæc res effecit, ut Academia hæc noſtra non Bataviæ duntaxat, ſed totius Belgii illuſtre miraculum ſit. Quæ jam à multis annis elegantiarum omnium ſedes, literarum domicilium, Muſarum ac Gratiarum auguſtiſſimum ſacrarium fuit. quæ ex ipſis belli initiis nata primum, mox inter belli calamitates, quod prope inauditum eſt, per damna, per cædes ab ipſo ferro duxit vires & augmentum. Eodem autem modo, atque iiſdem incrementis res noſtras etiam deinceps ad ſummum culmen proceſſuras eſſe fidenter auguror ominorque, ſi procul ab omni luxu & faſtu ea vigilantia, modeſtia, ac indefeſſa diligentia fueritis, quam in candidatis ſuis efflagitat bonæ mentis ardor. Ait Fridericus, ſe hæc privilegia vobis dediſſe, quod eorum miſertus eſſet, qui ſcientiæ amore exules, facti de divitibus pauperes, ſemetipſos & corpora ſua curis & meditationibus exhauriunt, vitamque ſuam & valetudinem periculis exponunt. Hoc qui faciunt, digni vero his privilegiis ſunt: neque commune quicquam cum iis habent hi, qui titulo, non re ſtudioſi ſunt, & præclari nominis appellatione abutuntur: qui inter graſſationes & pocula, atque in luſtris & ganeis

ac popinis magis quam inter libros ætatem agunt. Commemorat D. [a] Hieronymus, laudandum esse non quod quis Hierosolymis vixerit, sed quod ibidem bene vixerit. Traditum in jure Canonico est, merum mendacium esse, Episcopum [b], Sacerdotem, vel Clericum se profiteri, & contraria huic ordini facere. Privilegia militibus concessa, his solis competunt, qui in expeditionibus [d] sunt, & pro salute patriæ excubant. Eandem rationem esse in studiorum causa, atque in iis beneficiis, quæ diximus, necesse est. Sed meliorem mentem præclaræ nostræ juventuti Deus Opt. Max. largitur, cum ingentem de virtute contentionem inter plerosque concitavit, ut ad sapientiæ & bonæ mentis templum non remisse nec oscitanter festinent. Faveat porro propitiusque sit tantis muneribus suis idem ille Deus, efficiatque ut ex his Academiæ nostræ sedibus majora quotannis commoda ad reip. nostræ salutem atque stabilitatem profluant.

a C. gloriam. 71. circa fin. 12. q. 2. b C. cavete 22. q. 2.
c L. 16. l. 17. C. de test. mil.

# ORATIO IV.

## *De Annis Climactericis, & eorum vi in rerump. & civitatum Conversione,*

*Habita 8. Febr: cIↄ Iↄc xxxiix. cum Rectoratum deponeret.*



Am hodie annus decimus & quartus est, cum Rectoris Academici munus primo depositurus verba ex hoc loco publice facerem. Contigerat autem illud tunc mihi nescio qua sorte, ut singulare dicendi argumentum daret temporum revolutio & seculi ipsius ordo. Erat enim is annus quadragesimus & nonus ab Academiæ hujus prima institutione, atque idem ille illuxerat dies, quo feliciter dedicatio hujus sacrarii atque inauguratio mirifico studio omnium ætatum atque ordinum, & incredibili concursu totius Bataviæ ad hunc octavum Februarii diem ante annos quadraginta novem facta erat. Nimirum majores nostri, sapientissimi cordatissimique mortales, cum in omni re septimum quemque annum magnum habere

habere vim, atq; esse Criticum & Climactericum vellent: tum verò in anno quadragesimo nono inesse grandius momentum judicabant, propterea quod & numerus sit quadratus, & ex septenario septies multiplicato resultet, cui inter numeros deferebatur multum. At nunc verò hodie, hoc eodem octavo Februarii die, qui Academiæ huius natalis est, annum habemus sexagesimum & tertium, quem antiquitas omnis Climactericum Magnum appellavit, quia cæteri fere anni critici & scansiles ex imparibus quidem numeris, sed ejusdem generis constant, quadragesimus nonus videlicet ex septies septem, & octuagesimus primus ex novies novem: at hic sexagesimus tertius non ex uno climate, septenario nempe vel novenario, sed ex duobus diversi generis imparibus, ipse etiam impar, sit conflatus, ex novies septem, & ex septies novem. In quo omnis vetustas majorem quandam vim efficaciamque inesse credidit, ut singula hujus momenta observaret multo exactius pensitatiusque, eumque Ægyptii Audrodem, Græci autem etiam Audroclem appellaverint. Quare profecto qui jamdudum ante in hoc ipsō loco atque in hac conventus celebritate priorem illum gradarium ac criticum annum non prætermisi indictum, non debeo etiam hoc tempore præterire hunc qui notabilis
semper

ſemper præ cæteris atque illuſtris fuit. Ac tunc quidem alia tractabam & longe diverſa, ſed huic diei tamen ac feſtæ ejuſdem ſolennitati etiam conſentanea. Dicebam quippe magna olim religione Græcos Romanoſque coluiſſe eum diem, quo in lucem editi eſſent, & munus annale Genio ſolviſſe, ſanguine omni & victimarum mactatione abſtinuiſſe, ea autem duntaxat & dixiſſe & feciſſe, quæ boni fauſtique ominis eſſent. Et ſicut ea res juſtam rationem in ſingulis atque in privatis quibuſque habuit, cum annos vitæ recurrentes grate numerare quoddam pietatis munus eſſe videretur, ita profecto in natalibus rerumpublicarum aut civitatum aliorumve ingentium corporum longe majorem hujus obſervationis cauſam fuiſſe, quia majus momentum trahunt hæc, quæ publica ſunt, & ad univerſitatem quandam plurimorum ſimul hominum pertinebant. Fuiſſe olim L. Tarutium quendam, hominem apprime Chaldaicis rationibus eruditum: eum urbis Romæ natalem repetiiſſe ab iis Parilibus, quibus ea à Romulo condita fuiſſet: Romamque, cum eſſet in jugo Luna, natam eſſe dixiſſe: atque ex eo factum eſſe ut dies x I Cal. Maji, qui in id ipſum tempus incidit, ſumma Romanorum gratulatione celebraretur. Ad hæc inſuper eodem modo diem 5. Idus Majas, quo Conſtantinopolis condita

condita esset, magno fuisse in honore omnibus civibus: atque ex ea causa etiam Impp. Valentinianum, Theodosium & Arcadium, in l. 7. C. de feriis, dies natalitios urbium harum maximarum, Romæ, inquam atque Constantinopoleos, festos sacrosque esse jussisse, uti quotannis vota publica conciperentur in annum proximum aut plures sequentes. Quin & non civitatis tantum, sed etiam natalem Salutis diem fuisse, quo die Romæ dicatum Saluti templum: & Majas Idus majorem quandam ac insitatam habuisse sanctimoniam, quod eo die Mercurii ædes fuisset consecrata. Proinde non esse novum, natales, ortum, & incrementa hujus Academiæ stato die memorari, quæ non Bataviæ duntaxat, sed totius Belgii illustre miraculum esset, ubi jam à multis annis elegantiarum omnium sedes, literarum Musarumque domicilium, ac bonæ mentis augustissimum sacrarium fuisset. Denique addebam in anno quadragesimo nono, qui climactericus est, illud etiam eximium fuisse, quod Populus olim Iudaicus, qui leges suas sanctionesque ab immortali Deo acceperat, quotiescunq; longa dies fatalem illum temporis orbem perfecerat, ut jam ad annum quadragesimum nonum esset perventum, ea tempestate proprio ritu quodam ex Dei mandato Jubilæum agitaverit, quoniam is

utique

utique annus septies septenus erat. Ineptos autem fuisse Hebræorum magistros, sive Rabbinos, febriculosos mortales, dum anxie quæsiverunt cur in sacro Codice Jubilæus quinquagesimus annus diceretur. Totum quippe illud ex inscitia literarum esse profectum, quia communem hominum sermonem haud intellexere. Nam & sæpe populari usu, quem penes vis & norma loquendi est, septimanam octiduum appellari: & olim maximos scriptores passim Olympiadem, quæ duntaxat quatuor annorum est, quinquennium vocavisse. Hæc, & id genus plura alia neque auditu indigna erant, & tunc ea executus sum cum ante annos quatuordecim natalem hujus Academię quadragesimum nonum annum nimirum priorem climactericum, celebraremus. At nunc vero, cum sexagesimus hic tertius sese offert, qui annorum scalarium princeps habetur, & curas omnium pene Mathematicorum fatigavit, omittenda hæc sunt, quæ ante tractavi, atque aliud quiddam excutiendum est, quod à maximis eruditissimisque quibusdam hominibus constanter traditum, pectora pene omnium pervadit turbatque. Nimirum inhęret plerisque illa pervulgata opinio, esse in climactericis annis vim quandam, quę non hominibus tantum ac vitæ eorum & fortunę, sed rebusp. etiam atq; regnis, & imperiis in-
teritum

teritum, aut certe mutationem quandam in pejus meliusve vel grande periculum adfert. Hæc an vera sint, & quid tribuendum huic opinioni sit, id verò exquirere operæ pretium foret. Equidem ego ut veterum receptissimis sententiis non libenter obluctor, ita existimo servile & ingenuo homine indignum esse, præjudicatis opinionibus se mancipare. Quod si quid uspiam sit in artium disciplinis cum aliqua superstitione & anilium rerum deliramentis conjunctum, id vero neque probare ego possum, & libenter nomen meum inter hos profiteor, qui ea respuunt atque aversantur. Plane autem existimo neque hæc, quæ multi pertinaciter de vi annorum climactericorum asserunt, justis rationibus subnixa esse: &, si forte quis confutare exacte omnia in rebus obscurissimis neque possit, neque velit, recte tamen atque ordine facturum esse, qui neque adsensum his præbeat, & amplius deliberandum esse existimet. Porro cum bipertita esse hæc disquisitio videatur, ut aut ad singulorum hominum vitam fortunamque, aut ad civitatum & rerump. conversionem pertineat, magis instituto nostra accommodata erit posterior hęc pars, quę societatem quandam civilem & universitatem plurimorum simul hominum intuetur. Sed & nimium angusta res foret, controversiam hanc ad A-

cademiæ

cademiæ hujus ortum & incrementa arctare, longeque satius erit, occasione ab anno hujus climacterico arrepta, de vi porro annorum scalarium ac Genethliacorum quæsivisse circa civitatum, & rerump. atque imperiorum stabilitatem aut interitum. Utique qui urbium aut rerumpublicarum mutationem ex scansilium annorum numero dimetiuntur, justam etiam proportionem & analogiam, quæ inter homines singulos, atque inter provincias integras & regna est, sequuntur. Non enim hic annum sexagesimum tertium spectant, cum numerus uterque septem & novem, qui decretorii ac malefici putantur & ad vitam succidendam pollentes, in unum quasi confluunt: sed nec annum quinquagesimum aut alios minores climactericos, qui per septem aut novem consurgunt, & vitam hominum quasi per gradus quosdam agunt. Hæc enim personarum singularum fatum, & vitam cujusq; attingunt. At Mathematici, cum de civitatum & imperiorum conversionibus agunt, septenarios & novenarios numeros non in simplum accipiunt, sed quadratè sive cubicè multiplicant, & unus potissimum numerus accommodari ab his ad rerumpublicarum occasum solet, scilicet 496 annorum, qui ex septuaginta septenariis annorum conficitur, efficitque ut jam antiquitus proditum me-

moriæ

moriæ sit civitates omnes anno quingentesimo converti aut everti. Non ego adversus hæc ex jure nostro civili dicam usumfructum civitati relictum centesimo anno terminari. Quippe id non ex illa causa fit, quod ultra centesimum annum civitates non stent, sed quod leges nostræ caverint, ne rerum proprietas foret inutilis abscedente diutius usufructu. Sciunt I C[ti] nostri, scio ego, civitates & respublicas in plura secula perdurare, nec cum hominis longævi vita debere eas conferri; cæterum illud statuo, cum de rerumpublicarum ætate quæritur, non esse earum terminum fatalem & decretorium quadringentesimum & nonagesimum sextum annum, cum multæ fuerint civitates, quæ longe pluribus constiterint seculis, aliæ autem brevissimo tempore interierint. Neq; ad rem quidquam facit quod exempla quædam referuntur earum civitatum, quæ ad finem ejus spatii interierint, cum multo sint plures, quæ fixum illum & definitum genethliacorum terminum aut excesserint aliquot seculis, aut diu ante collapsæ dirutæque sint, quam eum attigissent. Enimvero Deus quidem Opt. Maximus, qui rerum omnium naturam mirabili sapientia coagmentavit, ac singula suis quibusdam numeris, modo, ratione, consensu, vinxit, idem ille res etiam publicas suis quibusdam numeris circum-

ſcripſit, ut ſtato quodam annorum decurſu intereant, atque etiam expreſſis verbis, literiſque ab ipſo ſummo Numine exaratum illud in Balthazaris regis palatio meminimus. *Numeravit Deus regnum tuum, & perfectiſſime numeravit.* Sed tamen eas periodos & myſticas eſſe ſcimus, & fruſtra eas abſque ſacri vatis divina interpretatione indagaverit mens humana. Quod autem Plato in libro octavo de repub. imperiorum mutationem perveſtigans multa de numeris loquitur, adeo nihili eſt, ut qui verba ejus inſpexerit, mera ænigmata eſſe exiſtimet. Etſi enim mox Ariſtoteles obſcuram præceptoris ſui ſententiam breviore oratione complexus ſit, atque ita expreſſerit, cauſam mutationis in rebuſpubl. eſſe numeros, quorum radix ſeſquitertia binario juncta duos concentus ſive duas proportiones efficit, plane tamen rem non expedivit. Quid enim per illam ſeſquitertiam radicem binario junctam, intelligi oporteat, adeo nemo ſcivit, ut Marcus Tullius Cicero etiam in proverbium abiiſſe Platonicorum numerorum obſcuritatem dicat. Quare & Proculus, ſeptem priores Platonis de republica libros accurate interpretatus, octavum ne attigit quidem. Et Theoni Smyrnæo non tantum Platonicæ Philoſophiæ, ſed artium quoque Mathematicarum peritiſſimo aqua hic hæſit, nec ſibi locum
hunc

hunc interpretandam putavit. De Polypo pisce traditum illud per manus accepimus cum irretiri aut capi non vult, eum atramento undequaque suffuso elabi. Idem etiam Plato fecit, atque in eo secutus Heraclitum est, ad cujus scripta Delio natatore opus esse ajebat. Ipse quoque Plato, si numeros suos assecutus fuisset, nunquam à Musis precatus postea esset neque vota fecisset ut numeros illos judicarent. Quanto rectius omnia hæc & perspexit & confutavit Aristoteles, maximus ubique autor naturæ verique? Is ut statas has rerumpubl. mutationes, quas ex annorum numeris pendere Plato voluit, nullas esse evincat, argumento usus gravissimo est, propterea quod inde efficitur, ut omnia, quæ simul eodemque tempore sunt cœpta aut primum instituta, eodem etiam tempore illa post desinant mutenturque: & rursus è contrario, ut quæ eodem tempore intereunt & mutantur, hæc eodem etiam temporis momento cœperint. Id verò falsum esse omnes ii mecum fatebuntur, qui rerum earum, quæ in hoc orbe evenerunt, cognitionem aliquam ex gentium annalibus vel levissimam saltem habent. Quippe permulta videre licet in rebus humanis, quorum ortus in idem temporis punctum incurrat, interitus non item: & ex altera parte, quorum interitus concurrat, quæ tamen alio at-

que alio tempore fuerint cœpta. Ita omnino evitare id, quod absurdum erat, Plato non potuit. Cum enim causam mutationis hanc tēpore æstimet ac definiat, omnisq; in numero ratio ab eo ponatur, necesse est eodem temporis intervallo hanc causam contineri. Alioqui si una resp. longiore, altera ejusdem generis breviore tempore constaret, sequeretur causam mutationis non tam in tēpore, quàm alia aliqua in re esse ponendā. At contra Plato in tempore hanc mutationē posuit. Quare ex ejus sententia, si cōversionis causam tempori duntaxat & annorū cursibus tribuamus, fatendum erit eadem etiam eodem tempore interire, quo cœpta fuerint: ut si pridie solstitii aliquid cœperit, pridie quoque ejus mutetur, aut desinat. Quibus duabus rationibus Aristoteles Platoni, quicquid præsidii pro ea causa adferri poterat, ademit. Quoniam semel initium de hac re dicendi feci, longius me provehit hæc tractatio, & aliud quasi ex alio suggerit. Puto vos omnes mihi id concedere, nullam in toto hoc genere disceptationis certiorem esse normam, quam quæ capi ex sacris literis atque ex immortalis Dei oraculis potest. Pronunciavit Hieremias vates populum Judæum liberatum iri anno septuagesimo captivitatis, ut certe liberatus est, ac civitas una cum templo restituta. Esaias Tyrum urbem clarissimam

mam anno ſeptuageſimo poſt oraculum deſertam fore; ac deinde rurſus ab ejuſdem urbis everſione anno ſeptuageſimo reſtauratū iri effatus eſt. Idem numerus congruit Atheniensium reip. urbis vero expugnatio, & victoria Atheniensium ad Salaminē intra idem tempus contigit. Utiq; ſeptuageſimus annus neq; inter eos annos eſt, qui hominibus ſingulis, & eorum vitæ climacterici ſunt. Hi enim quadrageſimus nonus, & quinquageſimus quartus, & ſexageſimus tertius, & octoageſimus primus perhibentur. Civitatum autem & rerump. fatalem ac Climactericum annum omnes hi, qui hanc diſciplinā tradere ſe, quaſi ſolidiſſimā rati ſunt, annum quingenteſimum & nonageſimum quartū poſuerunt, qui ex ſeptuaginta ſeptenariis annorum redundat, ut mox diximus. cum quibus nihil commune habent iſta tempora, quæ ex ſacris Vatibus Jeremia & Eſaia de exilio Babylonico, deque Tyri everſione & reſtauratione, atque ex Græcorum hiſtoriis de Atheniensium rep. retuli. Quin video hercle hos ipſos fatalium annorum calculatores, qui integra regna & reſpublicas ad Climactericos numeros alligant, ingenue & rotundo ore confiteri oracula Danielis de Imperiorum ortu & occaſu non liquere ſibi. Iam felix fauſtumque ſit, jam tandem ignorare aliquid incipiunt & in ordinem ſe cogi vident, mo-

destiores ut sint. Apprimè vero septuaginta illæ hebdomades ejusdem Vatis, quæ tantopere celebratæ ab omnibus sunt, & ab extremo captivitatis Babylonicæ anno mox novissimum urbis Jerosolymæ excidium in tempora Dei dominique nostri Jesu Christi portendunt, annos quidem quadringentos & nonaginta in se continent, cæterum hinc sex illi anni absunt, qui rerumpublicarum decretorium exitum faciunt, & annum Climactericum quadringentesimum nonum ac sextum implere debebant ex scitis & præceptis eorum, qui hæc omnia ad leges suas & placita arctant, ne quid vel minimum deesse tam consummatæ doctrinæ videatur. Sed profecto boni illi viri, quibus tantopere computatio isthæc placet, ut eam veluti filiolam suam exosculentur, cum vident se ex vario & dubio rerum eventu in laqueos posse indui, unde pedem eos efferre pudor mox vetet, effugium sibi aliquod servant, ut, quoties res id feret, tenebras & caliginem offundere scientiæ suæ possint apud eos, qui scalares hos numeros exagitant. Quare præclaris illis & fatalibus numeris suis trajectiones ac conjugationes cœlestium corporum syderumque adjungunt, casque cum numeris illisnunc hoc, nunc illo modo componunt & ab interventu Saturni atq; aliorum Planetarum præsidium quærunt. Quæ connexio infinitis

infinitis obſcuritatibus involuta atq; in intimis retruſa naturæ receſſibus, certum finem nuſquam neque exitum reperit. Conjunctio illis Planetarum eſt maxima, quæ fit octingenteſimo anno. Eam conjunctionem & in mundi primo ortu fuiſſe, & recurriſſe ſub tempus diluvii ac Noachi, in exitum etiam Iſraelitarum ex Ægypto, item ſub conditam Romam, ſub nativitatem Chriſti domini noſtri, atque etiam ſub tempora Caroli Magni aſſerunt. Hac conjugatione, quæ Saturni, Iovis, & Martis præcipue eſt, mirabiles mutationes rerum, & novam mundo ac nationibus faciem indui autumant. Ego ut mutationes illas rerum humanarum, quas retuli, ingentes eſſe ſcio: ita conjunctiones eas ſyderum in id tempus incidiſſe, adeo apud pleroſque incertum eſt, ut nec ex artis ſuæ principiis inter ſe conſentiant, ac conjecturis non tantum diverſiſſimis, ſed inanibus inter ſe mirifice pugnent: dum minorem conjunctionem alii, alii majorem, multi etiam nullam ea tempeſtate interceſſiſſe exiſtimant. Horum ſi argumenta & opiniones diſcrepantes audiveris, plane illud tibi eveniet, quod apud Terentium Demiphoni contingit, qui, cum Advocatos tres eodem tempore conſuleret, incertior ſum multò, inquit, quàm dudum. Nondum anni centum & viginti ſunt, cum prædixerant Aſtro-

logi quidam, inusitata & eruditione & autoritate viri, eandem illam fore astrorum conjunctionem anno millesimo quingentesimo & quarto, quæ olim fuerat cum Noachus ex totius orbis inundatione solus cum familia sua superstes humano generi fuit. Igitur constans & consentiens assertio fuit, futurum etiam eodem illo anno fatale toti mundo diluvium, neque evelli ea opinio ex multorum animis potuit. Et vero jam non deerant qui naves sibi ad aquarum perfugia fabricarent; in primis Auriolus Tolosas, vir juris civilis consultissimus, qui tamen parum memor erat fœderis illius sempiterni, quod cum Noacho Deus fecerat, juratus mundum hunc nunquam deinceps aquis interiturum. Et sane secutus est Astrologorum illam augurationem eventus longe alius. Quippe proditum memoriæ Ludovicus Vives, autor certissimus, reliquit, nullum annum æque serenum, nullum æque faustum, & ubertate notabilem fuisse. Quæ hactenus dixi, illuc redeunt omnia, ut ex incertitudine artis hujus divinatoriæ, Mathematicis ac Astrologis indignæ, appareret Deum Optimum Maximum ignorare nos rerum humanarum & imperiorum mutationem conversionemque ideo voluisse, & animos nostros & cogitationes ad se solum pertraheret, ut potestatem illius vereri, sapientiamque admirari

omnes

omnes & singuli discant, qui in hoc terrarum orbe judicia illius, ut nulla iniqua, ita tamen pleraque esse occulta credimus. Bene rectéque habebat illud in ore identidem Stephanus Poloniæ Rex, tria esse, quæ sibi soli reservasset Deus, ex nihilo aliquid facere, conscientiis dominari, & scire res futuras. Hic est rector custosque universi Dominus mundani huius operis & artifex. Hic est, ex quo suspensa sunt omnia, causa causarum is est, cujus spiritu vivimus. Ipse est, qui implet totum hoc, quod vides, & quicquid non vides: totus suis partibus inditus, & se sustinens vi sua. Ille vitæ necisque gentibus arbiter est. Qualem quisque populus sortem statumque habeat, in manu ejus positum est. Nulla pars mundi usquam, nisi volente illo propitioq; floret. Quas nationes funditus exscindi, quas transportari: quibus libertatem dari, quibus eripi, quos Reges mancipia fieri, quorumq; capiti regium circumdari decus oporteat: quæ ruant urbes, quæ oriantur, illius jurisdictio est. Vox divini Vatis in sacro Codice est; *Mutat tempora atque ætates Deus, transfert regna atque constituit. dat sapientiam sapientibus, & scientiam intelligentibus disciplinam.* Omnes quæ usquam rerum potiuntur urbes, quæque alienorum imperiorum magna sunt decora,

ubi fuerint, aliquando queretur, & vario exitii genere tollentur. Quasdam destruunt bella, alias rursus desidia, paxque ad inertiam versa consumet, & magnis opibus exitiosa res, luxus. Interdum etiam, quæ domesticis bellis steterant regna, quæ externis, nullo impellente ruunt. Ad Alexandum suum, Principem maximum late dominantem, Aristoteles scripsit, Quod in navi Gubernator, in curru Auriga, in choro Præcentor, in urbe Lex, in exercitu Imperator est; id in orbe est Deus: Hoc tantum discrimine, quod illis quidem laboriosum suum regimen, anxium, & exercitum est: Deo autem sine dolore aut labore, sejunctumque ab omni corporis nisu. Hic ille est, quem spectare nos potius, quam insanos nescio quos numeros, & annos Climactericos, & Mathematicorum deliria decet. Hujus ira peccatis nostris lacessitur, precibus & pœnitentia placatur: hujus benignitas in gentes populosque pietate elicitur. Is unus & solus est, qui huic urbi difficillima obsidione, ante sexaginta tres annos laboranti opem tulit. Ejus muneri Academia hæc, & hoc sapientiæ nostræ templum debetur. Ejus ope studia bonarum artium, in mediis armis, atque inter bellorum difficultates decus grande & incrementum cœperunt in annos pene singulos. Rogandus ille etiam atque etiam

est

est, ut qui inter tot seculi incommoda & mala hoc insigne otium nobis concessit, faveat porro ac propitius sit muneribus ipse suis; denique efficiat, ut florente republ. nostra atque incolumi, sæpe nobis iterum atque iterum celebrare hunc Academiæ natalem liceat, atque ut is dies quotannis jucundior nobis lætiorque redeat.

---

# ORATIO V.

*sive*

EXERCITATIONUM

## ORATORIARUM,

*quæ autoritate publica in Academia* Leydensi *institutæ sunt,*

*Inauguratio.*

*Habita 10. Novemb: cIↃ IↃcxx.*



EST illud ita natura comparatum, auditores ornatissimi, ut rebus omnibus insit quidam velut orbis: atque ut ea ferme, quæ ad summum perducta sunt, rursus ad infimum, velocius multo, quam ascen-

aſcenderant, relabantur. Hoc non in imperiorum duntaxat aut rerumpublicarum conversionibus contingit. Haud arceſſenda ita ex alto res eſt. Fidem nobis faciunt illæ ipſæ ſcientiæ diſciplinæque, quarum in tractatione verſamur quotidie. Plane enim, quemadmodum in cæteris rebus quędam temporum vices, ita & in his, ſtudiorum vertuntur. Romani olim, cum artes omnes ſummè excolerent, nihil ſe egiſſe admodum exiſtimabant, niſi de re qualibet ornate & apte dicere didiciſſent. Enimvero homines ad imperium nati cogitabant, id quod res eſt, hac via ſe parare ſimul & tueri amicitias, adſciſcere nationes, complecti provincias poſſe. Quare eorum infinitus labor, & cotidiana meditatio in hoc genere fuit, quo non aliud ad urbis famam pulcrius, vel ad totius imperii, atque omnium gentium notitiam illuſtrius erat. Murc. Tull. Ciceronem accepimus Græce declamaviſſe, uſque dum Prætor fieret: eundemque Latine id feciſſe etiam in extrema ætate, cum diu jam reip. præfuiſſet: atque inſuper adjunxiſſe ſibi Hirtium & Panſam conſules: quos per jocum identidem diſcipulos & grandes prætextatos vocabat. At Cneus Pompeius vero longe his major & dignitate & rerum geſtarum laude, conſuetudinem dicendi ſub ipſum civile bellum repetiit, uti C. Curionem, promptiſſima indole,
facun-

facundiaq; juvenem, pro Cæsare sæpius dicentem, refelleret. Tum & de M. Antonio, atque item de Cæsare Aug. relatum est, ne Mutinensi quidem bello eos inter arma has exercitationes omisisse. ut Neronem, aliosq; principes prætercam, qui secuti Oct. Cæsarem fuêre. Ita cum magnum studium hominibus injectum esset, evecta in summum culmen ars illa fuit, nihil uti ad ejus perfectionẽ accedere posset: donec tandem, cum ad extremum progressa esset, & stare loco nesciret, nescio qua iniquitate temporum in deterius quotidie data est. Primum enim oratoribus sophistę successerunt, qui in paucissimos sensus & angustas sententias omnia detruderent. mox & barbaries supervenit: quæ non sensus modo, sed verba quoq; conspurcavit: ut jam clarissimæ rei studia non inepta amplius, & nulla essent, cum Gottorum, Hunnorumq; copiæ late omnia signis positis tenerent. Hoc malum incredibile dictu est, quam longo tempore velut pestis quędam, aut alius morbus epidemicus, terrarũ orbi incubuerit, & quam pervagata per cunctas gentes fuerit publica ingeniorum lues. Cæterũ rursus, cum habeat has vices conditio mortalium, uti nec calamitates continuæ sint, & interventu meliorum pensentur, extiterunt demum beatioris seculi ortu homines summo ingenio atq; eruditione, quibus unum certamen fuit, uti

quæ

quæ barbarorum impetu perculſa atque proſtrata erant, ea erigerent omnia, ac in ſolido collocarent. Quoniam tamen natura infirmitatis humanę tardiora ſunt remedia, quam mala, & ſubit miſeros plerumque etiam malorum ſuorum quædam dulcedo: utiq; multo facilius fuit opprimere ingenia ſtudiaque, quam oppreſſa excitare. Igitur cæterarum quidẽ rerum diſciplinæ magno animo à pleriſq; excultæ ſunt: atq; etiam progreſſio admirabilis, incredibiliſque curſus ad omnem excellentiam factus eſt. ſed incurioſius contemptiuſq; habita apud juventutem dicendi ars fuit, in qua veteres utique plurimum deſudabant. Inhæſerat aliquamdiu in animis multorum hæc opinio, ſatis id videri, ſi rerum momentis pectus implerent: verborum vim omnem nihil niſi pompam & inutilem apparatum videri. Ac licet antea ſæpe hunc errorem evellere ex hominum animis conati ſunt viri præſtantiſſimi, clariſſimique, quos noſtro hoc & ſuperiore ævo virtus ſua atque eruditio in ſublimi poſuit: tamen permoveri vix potuit obfirmata vehementius multorum mens, quin artem optimam aut aſpernarentur penitus, aut non attingerent profecto. donec tandem hoc tempore ſpes ingens affulſit omnia in poſterum in melius proceſſura. Exſtitêre quidam è nobili & generoſa juventute, cum noſtratium, tum eorum, qui
ab

ab exteris nationibus huc adfluxerunt, quorum animum insolitus ardor invasit præclara hæc studia capessendi. & cum deesse sibi ducem atque auspicem cernerent, honestissima desideria sua Magnifico Rectori exposuerunt, uti is de ea re ad Nob. & Amp. viros Academiæ hujus Curatores referret. Enimvero intelligebant præclari illi juvenes, sibi quondam in luce reip. victuris, cum modo ad populum, modo in senatu, tum in comitiis aut legationibus verba facturi sunt, nihil æque frugiferum fore, quam si de rebus omnibus bene & cordate disserere possint. Est illud omnium opinione verissimum, rem arduam & difficultatis plenam esse, in regunda Republica versari : id quod multis sane haud feliciter cessit. Nullum animal morosius est, nullum majori arte tractandum, quam homo. Natura enim contumax est animus humanus : & ipse populus bellua est multorum capitum. Itaque excellentibus ingeniis sæpius defuit ars, qua cives regerent, quam qua hostem superarent. Vires enim armis constant: & sæpenumero hic plus homini fortuna, quam ratio valet. At id vero quiddam longe maximum est, cum mens una sapiens verbis atque oratione multorum trahit retrahitque animos, & quæ natura perplexa atque impedita sunt, consulendo & dicendo expedit. Negat vulgus lupum auri-

bus

bus teneri. idque certum eſt profecto. Sed ipſe populus, omnibus lupis violentior, tenetur auribus, duciturque in omnem partem. Hæ cum graves atque juſtæ cauſæ eſſe viderentur, cur lectiſſimi hi juvenes hoc quod tantopere cupiebant, impetrarent: dubitandum neutiquam eſt, quid animi conſiliive nobiliſſimis & ampliſſimis Curatoribus fuerit. Dederunt illi id ſedulo operam jam à multo tempore, uti in hac Academia nihil cæterarum rerum omnium deeſſet, quas profuturas eſſe ſeculo judicarent. Quare viſum ills etiam fuit, ex dignitate celeberrimi hujus loci, atque ex bono publico omnium fore, ſi hæc quoque pars non inculta aut deſerta penitus jaceret. Cæterum petiverunt à me iidem nobiliſſimi & ampliſſimi viri, uti curam hujus rei ſuſciperem ego, utque præclarum hoc inſtitutum adjuvarem, eique præeſſem. Petiverunt, inquam, hoc ii, quorum neque benevolentiam erga me ignorare, neque dignitatem contemnere, neque judicium negligere debebam. Ego, quoniam in gravioribus ſtudiis ętatem ago, & Iuris civilis interpretationem exequor, cujus fines patent latiſſime, multa initio dixi, cur abire excuſatus debuiſſem: ac rogavi etiam uti alius quiſpiam deligeretur, cui plus aut otii aut animi ad eam rem foret. Sed cum teneri vndique me cernerem, feci quod res
atque

atque ratio postulabat. permoveri me passus sum, uti hac via seculi commoda atque ornamenta adaugerem. Cupio vehementer, auditores ornatissimi, & mihi & vobis ita in omnibus meis vestrisque rebus optatis felicem eventum obtingere, quemadmodum ego, quicquid hujus negotii susceptum à me est, non cupiditate gloriæ (cujus præsidium quærendum aliunde est) sed singulari in Academiam affectu, & moris optimi atque antiquissimi reducendi studio suscepi. Cæterum illud apud animum meum etiam statuo, dum in hac re aliquid conabor, nihil tamen me facturum quod sit loco meo, & ordine, aut existimatione indignum: primum quod proceres olim Græci, Romanique, homines amplissimis dignitatibus perfuncti, atque ipsi quoque Cæsares, his exercitationibus se dederunt, à quorum magnitudine nimium longe abest mediocritas mea. deinde quod harum rerum etiam usus maxime ad eos pertinet, quibus legum & juris civilis perspecta & cognita ratio est. Equidem M. Tullio Ciceroni non assentior, qui Servium Sulpitium, quod jurisprudentiæ magis, quam aratoriæ artis principatum appetebat, *maluisse* ait, *in secunda arte primum esse, quam in prima secundum.* Existimo enim primam omnium esse juris scientiam, atque eam esse disciplinarum omnium reginam. Sed idem

E tamen

tamen scio, circumcisam eam & amputatã, sine apparatu, sine honore, ac pene etiam, sine ingenuitate videri, nisi præsidium ab hac arte accipiat. Fateor in causarum controversiis judicandis nihil admodum vim orationis cursumque valere. etenim, quemadmodum in medicina Celsus elegantiis & sententiarum luminibus ait morbos non curari: sic & in Iure, quod Iustinianus medicinæ simile facit, decidendis litibus inutilis est dicendi apparatus. Sed tamen meminimus superesse alia juris consultorum munia, defendere reos, in privatis rebus ac publicis lapsa erigere, fatigata reparare, regibus principibusque ope & consilio adesse, fœdera & societates componere, atque in universum haud minus prodesse humano generi, quam si prœliis atque vulneribus patria defenderetur. Poterat nobis & alia hujus incepti nostri occurrere defensio, quod non multo ante, cum viri omnis ingenii & eruditionis principes veterum Græcorum Romanorumque resuscitarent eruditionem, extiterunt in hoc ipso juris consultorum nostrorum ordine aliqui, qui in legibus expediendis ita operã insumpserunt, uti oratorum hanc artem, rem vitæ humanæ inprimis accommodatam, adjuvarent ipsi restituerentque. Inter eos Udalricus Zasius fuit, primarium seculi decus, qui in media juris civilis explicatione ad M. Ciceronis de re oratoria

libros

libros transiit, eosque faventibus auditorum studiis ea commentatione illustravit, quæ extat etiam nunc, extabitq; semper in manibus hominum. Franciscus autem Hottomannus, vir omni prædicatione dignus, sed omni major, cum nihil in ulla juris parte præteriisset; quicquid de dicendi præceptis tradi ex Cicerone, atque ex aliorum veterum observatione potuit, subtilissime singulari libro executus est. Sed inepte facere videor, qui tot causas & prætextus tam anxie conquiro, cur operam meam his juvenum exercitiis addixerim. Iam enim, etsi cæteræ omnes rationes deessent, tamen una hæc sufficeret, quod isthæc studia revocari reducique temporum horum jubet necessitas, quibus ita in desuetudinem abiit florentissima quondam ars, uti ostentandi causa prædicetur à multis, opinor: à paucis aut serio, aut pro dignitate tractetur. Quare sicut noster Papinianus in l. 43. de relig. & sumpt. fun. *summam esse rationem* dixit, *quæ pro religione facit*, & quemadmodum pervulgatum apud omnes est bonis auspiciis ea geri, quæ pro salute Reip. fiunt: ita ego summi numinis propensam benevolentiam haud defuturam mihi confido, cum restituere dignitatem studeo ejus rei, quæ olim nunquam sola, sed omnium fere scientiarum pulcherrimo comitatu pectora implebat. Nolite credere, ornatissimi auditores, eum,

qui de re omni proposita bene diserte dicturus sit, jejunum quendam aut mise rhetorem fore. Opus est enim uti is i instructus sit omnibus disciplinis, quæ summare laudem hominis eruditissimi sint. M. Tullius Cicero, cum in extr parte libri, qui Brutus inscribitur, initia studiorumque velut quosdam gradus, fert, ait se Q. Mucio Scævolæ, juris con tunc principi, multum operæ dedisse. & cum Philone Academico, & cum St Diodoto, diu una fuisse, studiumque pl sophiæ, à prima adolescentia cultum & per auctum, his rursus doctoribus ren visse. Cæterum nondum exsatiata disc cupidine, relictis iis magistris, quibus in usus fuerat, etiam in Achajam atque i siam profectum esse, postquam esset b nium versatus in causis, & jam in foro men suum famamque nobilitasset. It omnium doctrinarum meditatione, & i tibus plurimis commoratum esse, quo hac rerum ipsarum varietate & magr dine luculentus ille nitor exurgeret, q mirabiliter excipit, prosequiturque fa hominum existimatio. Quæ quidem or profecto nunc adeo negliguntur ab ho temporum disertis, ut plerique jus c ignorent, rem ad privatas publicasque sas maxime necessariam: sapientiæ vero
di

dium, & præcepta prudentum, ac memoriā omnis antiquitatis penitus aſpernentur. Atque ego quidem hanc primam & præcipuam cauſam eſſe arbitror, cur tantum ab excellentia veterum oratorum receſſerimus. Nimis hodie impares majorum noſtrorum eruditioni ſumus, ut illi nunc ſcientia cæteros antecellant, qui olim vix locum tenere in extremis potuiſſent. Non ſum inter eos, qui ſemper de conditione temporum queruntur. Memini naturam mortalium hoc quoque nomine pravam ac ſiniſtram dici poſſe, quod apud pleroſque vetera ſemper in laude, præſentia in faſtidio ſint. Sed tamen, ſi extra hanc urbem, quæ ſeculi veneno minime afflata eſt, pauliſper per reliquum terrarum orbem oculos mentemque circumferamus, veſtram ego conſcientiam teſtor, auditores ornatiſſimi, quid occurrit nunc alibi, quod ſit cum illa majorum noſtrorum eruditione comparandum in ullo genere ſcientiarum? Utique ſi communem rerum naturam intueremur, è contra in promptu magna cauſa eſſet, cur veterum laudem non ſolum exæquare, ſed vincere nos oporteret. Etſi enim morum virtutumque integritas major apud antiquos fuit, quia quo propius aberant ab ortu & divina progenie, tanto conſtantius, quod bonum honeſtumque eſt colebant: tamen ſcientiis doctrinaque exuberare magis

poſſunt qui noviſſimi ſunt; propterea quod ingenio atque induſtria ſenſim ad ſummum diſciplinarum aſcenditur; & rerum indoles ea eſt, uti ſuperaddere inventis & facile & jucundum ſit. Quidnam eſt igitur? Utique quod tanto antiquis inferiores ſumus, non ita natura fert, verùm in culpa noſmet ipſi ſumus. Cujùs rei cauſas ſi quis requirat, non ſunt reconditæ, ſed in oculos incurrunt. Quis ignorat parentes pleroſque liberos ſuos ita à teneris formare, non uti ſolidam eminentemque imaginem eruditionis appetendam eſſe intelligant, ſed uti ſatis eſſe credant artes ingenuas in tranſitu à ſe attingi? tum uti in ſordido & illiberali lucro ſpem omnem ponant? Hoc toto die nutrix illis, hòc mater, hoc pædagogus optant. hoc inter ſeria luſuſque loquuntur. ut mirum non ſit, ſi à pueritia eos omnia mala ſequantur, qui inter parentum execrationes creſcunt. His ſacris domi initiati nihil ſpirare magnum aut generoſum poſſunt. rerum enim viliſſimarum amore imbuti literas ſcientiaſque, tanquam ſordidum artificium, addiſcunt. Multum poteſt mens ſub fauſtis enutrita penetralibus; & parentum diſciplina ac ſeveritas eo pertinet, ut verecundia quadam & ſanctitate temperata cujuſque natura ingenti ardore ſtatim præclaræ cujuſdam artis famam quærat. Hæc tam accurata educatio ubi abeſt, contraria

fere

fere omnia eveniunt. Sane vero si qui sunt, qui domesticæ disciplinæ pravitatem rectitudine innatæ indolis exsuperarunt (quod datum utique perpaucis fuit) ii tamen mox præceptoribus traditi ut ab his erudiantur, bonam mentem rectamque indolem inter studiorum elementa perdunt. Id quod mirum videri non potest. autoritate enim eorum, quibus se committunt, decepti, cum ex eorum ore pendent, eos admirantur; si nugas ineptiasque & vernilia addiscant, vix est ut postea deponere ea vel in senectute possint. Est in multorum animis, infixumque alte hæret hoc malum. *Adhuc non pueritia in illis, sed, quod gravius est, puerilitas remanet. Et hoc quidem pejus est, quod autoritatem habent senum, vitia puerorum: neque puerorum tantum, sed infantium.* Super omnia autem est, quod vexat, perditque multorum animos spei impatientia atque festinatio. Ætatis & annorum legitima spatia virium fiducia antevertimus. Pueri in adolescentum, hi in juvenum, juvenes in virorum studia cogitationes suas propellunt, &, uti verbo rem complectar, præcipitant curas. M. Cato quondam in suis senilem juventutem incusabat; Idem in nobis deprehenditur. Non meminimus esse ætatis cujusque propria quædam: sensim perveniri ad maturitatem; & in rerum natura quidquid

est futurum summum, ab imo enasci. Accedit ad hæc immane vitium, desidia multorum; & oblivio ejus moris, quem apprime placuisse vetustati accepimus. Audio M. Fabium præcipientem, his qui vim dicendi aliquam esse sibi cupiunt, quotidie de re aliqua disserendum esse, & quidem audientibus doctis. Sed jam pridem ex consuetudine & usu sublata est hujus rei observatio. Nobiles illæ exercitationes, quibus olim ingenia ad magnæ fortunæ cultum excitabantur, jacent penitus, atque etiam, quod turpissimum est, contemnuntur ab iis, quos ad veterum imitationem se componere degeneris animi humilitas, & virium desperatio non sinit. Memini M. Ciceronis vocem, fatentis, quicquid in eloquentia effecerit, id se non rhetorum, sed Academiæ spatiis consecutum. Et quisnam est igitur omnium, qui nunc sunt, Marce Tulli, qui te sequatur? ad sapientiam quis accedit? quis dignam judicat, quam in transitu noverit? quis ullum liberale respicit studium, nisi cum aliud agere non potest, aut cum aliquis pluvius intervenerit dies? Pudet me dicere, sed dicam tamen. Effectum illud est summi numinis benignitate, & majorum nostrorum virtute, uti omnia parta, parata, exprompta nobis sint, quæ excogitari in ullo genere possint. Et tamen neque uti his, neque frui libet. Sicut qui dubiis epulis inter-

sunt,

ſunt, ſtomacho faſtidioſo ſunt: ita & nos ſumus in tanto veteris doctrinæ apparatu. Somnus, languorque, ac ſomno & languore turpior novarum rerum libido invaſit animos. Sed non libet mihi diutius in ſeculi hujus incommodis maliſque immorari, deſidiamque & inſcientiam noſtram cum acerrimis & fecundiſſimis veterum ſtudiis componere. Ego, quæ huc uſque dicta à me ſunt, illuc contuli univerſa, ut, cum publica temporum vitia recenſui, quæ late in terrarum orbe invaleſcunt, interim gratuler Academiæ noſtræ. Eſt enim profecto, eſt hic illud bene & gnaviter jam pridem cum ope & vigilantia ſummorum hominum, quibus hujus rei curam illuſtriſſimi Ordines impoſuerunt, tum clariſſimorum profeſſorum induſtria atque diligentia proviſum, ne contagionem juventus traheret ex hac ſeculi labe. Non vereor ne quid inſolenter facere videar, ſi quod res eſt effabor. Videtur illud huic urbi fato quodam datum eſſe, uti in hoc mundi ſenio eſſet literarum artiumque omnium domicilium. Memoriæ proditum eſt, medicis olim ad commendationem artis ſuffeciſſe, ſi dicerent ſe Alexandrię vixiſſe. Longe melius ac honorificentius gentes pene omnes de hoc auguſtiſſimo ſacrario noſtro judicant, in quo non medicinam duntaxat, ſed omnino omnes diſciplinas fide coli quam

optima existimant. Quare & qui vicini nobis sunt, quotidie ingenti multitudine ad nos adfluunt: & qui regiones habitant terrarum ultimas, qui alium solem, alia sydera intuentur, postquam omnes provincias scientiarum amore peragraverint, nullum se tulisse itineris pretium credunt, nisi hinc, ex hac, inquam, mentis, sapientiæ, sanctitatis arce exemplum petiverint melioris cujusdam cultiorisque doctrinæ. Atque antea quidem in his sedibus præclarę artes magnis incrementis positæ sunt in illo fastigio, in quo nunc consistunt. Cæterum hoc tempore etiam ingens accessio facta mihi videtur, postquam nobiles has dicendi de re qualibet exercitationes, incorrupto veterum exemplo, reduci efflagitarunt quidam præstanti spe atque indole juvenes. Horum ego generosum ardorem cum intueor, nescio qua animi divinatione totus in optimam spem opinionemque sum ingressus. Plane enim futurum illud scio, ut qui tam laudabile institutum capessunt, ii quoque deinceps, id quod necesse est, in autoribus cognoscendis, & in evolvenda antiquitate, atque in notitia vel rerum, vel hominum, vel temporum, multum operæ insumant. Equidem ego, ut de instituti hujus ratione aliquid dicam, cum apud animum meum etiam atque etiam agitarem, qua maxime via exsequi hoc, quod

suscepi,

ſuſcepi, deberem, circumſpectis rebus omnibus ſummam feci cogitationum mearum hanc, penitus abducendos eſſe juvenum animos ab ea orationis materia, qua febriculoſi quidam rhetores diſcipulos ſuos in ſcholis ſtultiſſimos faciunt, cum nihil eorum, quæ in uſu habemus, illis proponunt, ſed piratas cum catenis in litore ſtantes, virginum vitiatarum electiones, tyrannos edicta ſcribentes, quibus paricidium filiis imperent; & ſi quæ alia ejus generis ſunt, quæ in umbra poſſunt ingentibus ſonis dici, vitæ autem hominum & rebus gerundis minime ſunt accommodata. Mihi longe ſatius videtur non imagines rerum, neque commenta quædam caſuum conſectari, ſed veterum res geſtas excutere, ac differendi argumentum arceſſere ex hiſtoriis. Sed in his ipſis hiſtoriarum monumentis, cum multa occurrant, quæ inſinuare ſe in pectora legentium ſolent, non tamen omnia ejuſmodi ſunt, uti eorum tractatio digna inſtituto noſtro ſit. Lucretiæ mortem, vatum prodigia, Hetruſcorum portenta ingenti ſecuritate præteribimus, quod hæc ad admirationem magis, quam ad vitæ uſum ſint compoſita. Sed neque placere animo noſtro ineptiæ Græculorum poterunt: apud quos, ſi quis verba facturus ad populum erat, ſemper Athos mons navigabatur, aut Xerxes Helleſpontum pedibus

tran-

transſibat, & mari injiciebat compedes, aut Perſarum ſagittæ ſolem tegebant. ne quid addam de Salamine, deque Marathone: de Othryadæ literis, deque Cynegyro, aut Leonida, ſine queis omnia frigebant. Ita vaniſſimo tumore, & incredibilium relatu animos percellebant, & auditorem aliud acturum, ſi per quotidiana duceretur, rerum miraculis excitabant. A quibus quidem quoniam ſemper mea longiſſime ratio voluntaſque abhorruit, intelligitis utique ſi quæ alia in hiſtoriis occurrunt, è quorum tractatione verus ſplendor atque inſignis aliqua utilitas eniteſcat, eorum omnium noſtram poſſeſſionem, & jus atque proprietatem fore. Exſtant apud Thucydidem, Xenophontem, Polybium: apud T. Livium, Corn. Tacitum, Dionem Caſſium, illic ſuaſiones, diſſuaſiones; petitiones, denuntiationes, conciliationes: hic accuſationes, defenſiones, expoſtulationes, comminationes: alibi gratulationes, laudationes, diſceptationes, gratiarum actiones, quas verbis principum, ducum, legatorum, magiſtratuum luculenter referunt clariſſimi illi ſcriptores. In his apprime illud erit ſalubre & frugiferum, *omnis exempli documenta in illuſtri poſita intueri, uti inde ſibi quiſque ſuaque reipub. quod imitetur capiat: inde fœdum inceptu, fœdum exitu, quod vitet.* Quicquid in hiſtoria reliqui eſt, id ludicrum magis erit,

quam

quam doctrina. Igitur in hoc tanto tamque immenſo campo, cum licebit nobis late excurrere, & ubicunque libitum fuerit, conſiſtere tanquam in noſtro, certum eſt nullo nobis tempore defuturam rerum plurimarum copiam & varietatem. Quod ſi qui vero fuerint etiam, quos animi ſublimis ardor in Iuriſprudentiæ noſtræ adyta intulit, dabit nobis ars illa rerum domina multas juris & civilis & feudalis controverſias illuſtres, de quibus in utramque partem dici copioſe & illuminatè poſſit. Qua quidem ex re incredibile eſt quam ingens præſidium, quantumque conſtantiæ & judicii ſtatim iis ſit futurum, qui in foro mox, atque inter cauſarum diſcrimina verſabuntur, ubi impune nemo ineptire poteſt, quem non & judex reſpuat, & adverſarius aſpernetur. Dicam libere, uti ſentio. Mea ſic eſt ratio, & ſic animum induco meum, nimium nos hodie à veterum more & exemplo receſſiſſe, poſtquam diſceptationes pleræque, quæ vulgo inſtituuntur, ſtare cœperunt intra minutas concluſiunculas, atque intra contortas quaſdam captiones, quibus acumen irritum exercetur, & contexuntur ſophiſmata, quæ ubi diſſolveris, nec pretium habes operæ, neque doctrinæ compendium facis. Solebat quondam Ageſilaus hujuſmodi cavillationes præſtigiatorum acetabulis & calculis comparare,

parare, in quibus fallacia ipsa delectat, non prodest. Ubi enim semel effectum est, ut quomodo ista fiant intelligas, periit usus. Majores nostri, cordatissimi mortales, qui artes & scientias primi condiderunt, haud ignorabant quibus esset modis de unaquaque re disceptandum. Quoties enim agitari controversiam aliquam vellent, partes dicendi ita dividebant, primum uti unus pro opinione sua, quæ in rem esse videbantur, luculenter diceret, rationesque adferret, & eas rursus argumentis confirmaret: mox denique è diverso alius dissereret in contrariam sententiam, & quæ prius dicta essent, confutaret. Ita ad eruendam rei veritatem non per devios anfractus, sed regia via grassabantur. Utique non hæc idcirco à me dicuntur, quod obsecundare temporum nostrorum mori publico recusem. Nam & secutus eum fui hactenus, & sequar etiam porro in ea muneris parte, quæ imposita mihi est. sed cuperem tamen fugitiva vetustatis vestigia reduci, & artibus scientiisque eam dignitatem ac majestatem plenissime ristitui, quam illis longa dies, & sophistarum intemperies ademit. Sed utcunque hæc futura sunt, sane etiamsi nihil horum attingere placuerit, tamen si ex solis historiis atque ex civili doctrina occasiones dicendi capiantur, satis adhuc circumafluemus omni copia, & in magna

rerum

terum illustrium abundantia erimus. Illud omnium primum erit, ut in hac veterum imitatione, quorum de rebus civilibus & publicis dissertationes in historiis exstant, virtutes quoque eorum & inaffectatam simplicitatem sequamur. Non apud illos operosus principiorum apparatus, aut narrationis alte repetita series, & multarum divisionum ambitiosa ostentatio, aut quicquid aridissimi rhetores sequentibus mox seculis præceperunt, in honore erat. sed ars eorum omnis fuit, artem dissimulare; uti effectum ejus cuncti cernerent, cujus lateret habitus. Nihil æque & dicentis auctoritatem & orationis fidem imminuit, quam artificii suspicio. Omnia efficiet, qui ab indisertis re potius, quam opinione hominum differet. estque illud summum ac fere incomparabile, si dissertantem qui audiunt, quamvis ipsi rudes, indoctique, & infantes sint, tamen illo modo confidant se posse dicere. Erit insuper danda etiam opera, ut genus eloquendi vigeat temperatum & virile, vitatis sensuum ambagibus atque inconcinnitate, & reconditorum verborum fætoribus. Quare sicut arida ac strigosa & quasi vepribus obsita oratio neutiquam nobis probabitur, quod hæc exsurgere naturali pulcritudine non possit: ita maculosa ac turgida compositio cum cristis & superciliis nata, quoniam est diverso genere

vitiosa,

vitiosa, pari erit fastidio spernenda. Ita fiet ut florentissimi olim seculi redeat vera imago, atque uti spiritum & sanguinem recipiat ea ars, qua non minus, quam armis victoriisque, populus Romanus late per orbem nominis sui majestatem porrexit. Existimo jam satis multa me dixisse, uti præclarum aliquid & luculentum saltem me velle & optare intelligeretur. Cætera, quæ de exitu sperare licet, à Dei optimi maximi coelesti ope, atque à vestra, omnium, præstantissimi juvenes, diligentia & alacritate exspectabimus. Agite vero, generosa pectora: in has veterum laudatissimas exercitationes, quas exsuscitari demuo desideravistis, sedulo atque ardenter incumbite, & honesta æmulatione de principatu hujus rei inter vos contendite. Nulla esse potest pulcrior & fructuosior, quam quæ de virtute inter mortales suscipitur, concertatio. Hic ardor in maximis animis, splendidisque ingeniis existit plerumque acerrimus, & tempore adeo non flaccescit, uti vires ab annis capiat, & ægre tandem cum vita exuatur. Obsecro vero vos, date id operam, uti deinceps in incerto sit, utrumne ego meliori fide vobis præivisse, an vos me secuti esse videamini. Non exigua profecto, neque vilia præmia vos manent, qui in spem gerundæ reipublicæ, curarumque ingentium sepositi

estis.

estis. Quod si hæc spectare non vultis, tamen ipsa lucalentissimæ artis pulcritudo suis vos illecebris trahat oportet ad verum decus. Sane quoniam quidam è vobis per Magnificum Rectorem à nobilissimis & amplissimis Academiæ hujus Curatoribus petiverunt ut ad hoc institutum ope sibi consilioque & ductu cujusdam è nostris uti liceret, providendum omnino vobis est, ne desideria hæc vestra potius ab impetu aut inconsulto calore, quam à pectoris constanti proposito profecta videantur. Vos vero, viri nobilissimi & amplissimi, Academiæ hujus Curatores, pergite, ut facitis, & studiis scientiarum ornamenta sua ac præsidia omnia, si tamen aliquid excogitari adhuc ab hominis industria potest, tribuite. Efficite pro ea, qua valetis, gratia atque auctoritate apud illustrissimos Ordines, uti intelligant provehendas ad summum esse veterum artes, colendam esse fovendamque eruditionem, uti ad honestissima studia inflammetur animorum ardor, atque ut scientiis disciplinisque honos suus sit ex vero. Satis jam armis partum est gloriæ. Gestum est cum rege potentissimo bellum. Ad extremos Indos vires nostras transmittimus: & jam haud procul absumus à fine mundi, quem egressi alium orbem, aliam naturam aperiemus. Hæc est reliqua pars, hic restat actus, uti ea excitentur atque

effloreſcant, quibus domi reſpublica in pace atque in otio decoratur. In hoc ſi, quemadmodum cœpiſtis, ita porro elaboraveritis, ingens vobis cumulus ad conſummandam amplitudinem veſtram accedet. Etenim etſi jam ea conſecuti in luce reipublicæ eſtis, quæ ſumma inter mortales habentur, tamen & hęc cum pluribus communia vobis ſunt, & certe cum vita exſtinguuntur, fluxa, vana, mutabilia. At reſtauraviſſe literas, ſcientias diſciplinaſque ornaſſe & auxiſſe, ea vero immortalis laus erit, quæ vos in omnia ſecula ſacratos dabit, nomina uti veſtra eruditorum hominum monumentis perpetuo illuſtrentur. Ego Deum optimum maximum, præſidem cuſtodemque Academiæ, ſupplex veneror & quæſo, ut quæ feciſtis, quæque facturi eſtis, propitio numine ſuo fortunare velit, atque uti munera ſua propria nobis faciat, tantiſque beneficiis addat incrementum.

ORATIO

# ORATIO VI.

## Habita cum Iuris prudentiam esset prælecturus.



UM antea lectionum munia obiremus, antiquitates atque historias, easque Romanas interpretati sumus, quarum cognitio pariter & jucunda, & longe erat utilissima. pulcrum enim fuit vidisse urbem mundi miraculum, Terrarum reginam, gentium Arcem, in qua natura velut in compendio quodam repræsentavit quicquid ubique esset magnum atque invidendum. ejus prospera & adversa, ortusque ejus atque incrementa cum pervestigassemus; dehinc ad ea transgressi sumus, quæ paulo sublimioris erant contemplationis. Etenim, quoniam non satis esse videbatur, acta, eventusque & res gestas exponere, historiis adjunximus scita quædam præceptionesque eorum, qui civilem & politicam doctrinam tradidere: ac simul in rationes & causas inquisivimus, per quas pulcherrimi istius imperii contextus stetit. Sane enim optimis sapientissimisque

que institutis usos fuisse eos homines oportet, qui tantam rempubl. totque gentes sub utroque Sole sitas, domitasque, tam bene atque feliciter rexerunt. Ea enim res, incredibile memoratu est, quam difficilis sit. nullum animal morosius est, nullum majori cura tractandum quam homo: atque adeo ab omnis ævi memoria excellentibus ingeniis citius ars defuit, qua civem regerent, quam qua hostem superarent. Atque in his quidem exquirendis aliquamdiu nos operam nostram studiumque posuimus, & posuisse non pœnitet. nunc vero, muneris nostri ratio, quod impositum ab iis est, qui Academię hujus curam gerunt, ad juris interpretationem nos vocat. quæ res, ut mihi vobisque omnibus, Nob. juvenes, bene atque feliciter vertat, Deum Opt. Max. qui huic Academiæ præses & tutor est, supplex quæso & veneror. Equidem ego hoc munus eo lubentius suscepi, quod viderem haud longe mihi recedendum fore à priore instituto. leges enim quidem interpretabimur, sed Romanas, hoc est, illas ipsas sanctiones, per quas respubl. omnium, quæ in terris sunt, maxima, cujus incrementa, causasque incrementorum ex historiis tradidimus, tam firmiter stetit, ut non orbis terrarum, neque cunctæ gentes conglobatæ movere eam aut contundere potuerint. Credite mihi, A. O.

in

in his legibus pervestigandis, quæ tam sapienter latæ à principe terrarum populo sunt, nullo nobis tempore defutura est rerum pulcherrimarum maximarumque copia. M. Tullius Cicero, author gravissimus, & omni laude dignus, sed omni major, incredibile esse ait, quam sit anne jus civile, præter illud Romanum, inconditum ac pene ridiculum, adeo, si quis ejus fontes & capita viderit, autoritatis pondere & utilitatis ubertate, omnium Philosophorum biliothecas superat. docet enim quantam vim rerum optimarum mens humana contineat, cujus muneris colendi efficiendique causa nati & in lucem editi simus, ut non male Ulpianus illud veram Philosophiam, non simulatam appellaverit. Ea causa est, cur hujus cognitio atque interpretatio Romæ summo semper in honore fuerit, eamque florente republ. viri principes (quod idem ille Tullius ait) in possessione sua retinuerint. sed neque postea confusio, quæ secuta est, temporum, cum omnem dignitatis gradum deleret, hujus scientiæ tollere splendorem potuit: Nam & Labeo consulatum sibi ab Augusto oblatum recusavit, quod in hac juris professione ætatem agere malebat, & Massurius Sabinus, cum in Tiberii fragrante gratia esset, eaque consequi omnia posset, quæ per mortales avide cupiuntur, in hujus muneris claritudine

 con-

conquievit. Non eſt mihi propoſitum de juris origine proceſſuq; hic loqui, aut oſtendere quibus modis Romæ olim ad legum multitudinem infinitam perventum ſit. hoc enim alias fiet magis tempeſtive. *Illud* conſtat Juſtinianum Principem maximum, & quod caput rei eſt, religioſiſſimum, cum ingenti beneficio devincire genus humanum vellet, leges majorum, ut quæque optimæ & maxime neceſſariæ erant, in unum corpus coegiſſe, conſtitutioneſque ſuas & aliorum addidiſſe Imperatorum, atque eas omnes ſacraviſſe & confirmaſſe, uti vis earum & autoritas ubique valeret. Atque hoc eſt illud jus, quod hodie in pleriſque Academiis interpretamur. Quod quoniam ſumma induſtria, atque cura ad hominum conjunctionem atque æquabilitatem conſtitutum à Romanis rerum dominis eſt, quorum reſpubl. ejuſmodi fuit, ut nulla unquam nec major, nec ſanctior, nec bonis exemplis ditior fuerit, poterant cuncti populi, quibus cultus aliquis humanitatis eſt, contenti illo eſſe, atque hoc cogitare, ſuper omnibus negotiis melius atque rectius olim proviſum eſſe, & quæ convertuntur, in deterius mutari. non convaleſcit planta, inquit ille, quæ ſæpius transfertur. & in minimis quoque rebus omnia majorum inſtituta ſervanda ſunt. Sed profecto plane illud aliter cecidit. Ius

enim

enim illud Romanum, cujus summa est perfectio, propter excellentem seculi nostri perversitatem, ita deformatum, interpolatum, luxatum est, uti solidam & expressam effigiem ejus nullam teneamus, umbra autem & imaginibus utamur. Ejus mali prima origo à Pontificibus est, qui, ut potentiam stabilirent suam, tum ut aliquid sui viderentur adferre, etiam recta commutaverunt. Hinc jam illa sunt prava, perversa. erat jure civili cautum, ne quis ab interlocutoria sententia appellaret. Pontifices, uti major litium cumulus esset, id permisere. Cum olim instantia judicii post triennium periret, jure Pontificio abrogatum hoc est, & lites prope immortales factæ sunt. jure civili inter adulterum & adulteram nuptiæ non consistunt, jure Pontificio consistunt, si conjugi defuncto perniciem machinati non sunt. illic, quæ rapta est, nubere raptui prohibetur. hic, fas & jura illud sinunt; illic affinitatis gradus nulli sunt, hic iidem adfinium gradus, qui & cognatorum numerantur. Mille alia istiusve generis sunt, quæ si Romani veteres cordatissimi mortales viderint, scient suorum institutorum nec volam nec vestigium apparere. Neque vero his modo malis perfuncta est illa veræ sapientiæ divina soboles: sed accessit aliud quoque,

quod longe pejus eſt, ambitio pravaque libido quorundam, qui in jus civile cum immanes commentarios ſcriberent, pene omnia ſubtili argumentorum collectione in diſceptationem vocavere, juſque dedere nobis controverſum, quod tam actoris quam rei partibus deſervit. Hinc nulla cauſa æqua, iniqua, juſta, injuſta reperitur, ad quam defendendam deſit doctoris alicujus autoritas, aut cavillatio ab iis excogitata, qui intelligendo effecere, nihil ut intelligerent. Nemo ægrotus quidquam ſomniat tam infandum, quod non aliquis dicat ſapiens. Non vane hariolatus eſt M. Terentius Varro. quotidie magis magiſque hoc verum repiritur. Ejus rei cauſa non longe arceſſi debet. in promptu eſt. Enimvero inſidet animis multorum hæc opinio, nihil eſſe in hoc jure noſtro certum. qui profecto error perniciosus in Republ. & animadverſione dignus eſt. Equidem fateor verum eſſe quod Imperator Juſtin. in novella 44. ait, *nihil inter homines ita ſemotum ab omni dubitatione* eſſe; tametſi maximam cum juſtitia cognationem habeat, quin controverſiam recipiat, ſi ſubtiliter animi curas intendas: tum quod Ulpianus inquit lib. 17. ff. de receptis qui arbiter. *naturalem eſſe hominum ad diſſentiendum facilitatem*; ſed hæc vitia adeo juris non ſunt, ut contra vitiis iſtis remedium ab illo ſit. *In*

*jure*

*jure civili*, inquit, M. Cicero, *docemur non infinitis concertationumque plenis disputationibus, sed autoritate nutuque legum.* Quidnam est igitur? hominum hæc culpa est, quibus tergiversatio hæsitatioque ex omni occasione placet. Argesilaus olim, cum ex Platonis libris nihil esse certum didicisset, omne animi sensusque judicium aspernatus est, primusque instituit, non quid ipse sentiret, ostendere, sed contra id, quod quisque se sentire dixisset, disputare. idem animus, idemq; consilium quibusdam fuit, jura cum tractaverunt. Atqui hercle hæc subtilitas non jurisprudentia nominanda est, sed opprobrium labesque tantæ rei, tam gravis, tam severæ. Menandri verbum est, leges rem esse optimam, sed qui nimis acute illas inspiciunt, fieri eos sycophantas. Summa illuc redit, in pestem certam & ante oculos positam iri, cum jus illud, quod controversiis finiendis constitutum est, alendis illis, augendisq; adhibetur. Aristoteles dixit, deterrimam esse injustitiam, quæ instructa armis sit. recte quidem illud maximus autor naturæ verique, sed tamen longe deterior ea est, quæ speciem quandam juris præ se fert. Quemadmodum cicuta, si sola bibatur, meri potione, ne exitio sit impediri potest: sin *permista* cum vino hausta sit, nullus jam superest remedio locus: ita hominum

impotentia cupiditasque, si per se bacchetur, imperio legum frænari potest: sin juris autoritate adjuta, in rempubl. semel penetravit, ilicet actum est. non ipsa salus populum servavit. desperata & profligata res est, ubi se cum venenis remedia miscuerunt. Cum omnia animo & ratione lustraveris hoc malum tale tantumque, ut jam dixi, à commentationibus quorundam profectum est, qui omnia in utramque partem dum agitant, ingenium illi quidem suum industriamque nobilitaverunt, sed prope abfuit, jurisprudentiam ut perderent. Iustinianus sane cum videret antea quoque per contrarias interpretantium sententias totum pene jus conturbatum esse, bis disertis verbis l. 1. & 2. Cod. de vetere jure enucl. edixit, ne quis eorum, qui vel tunc juris peritiam haberent, vel sequentibus seculis habituri essent, auderet commentarios legibus addere, nisi quid forte per titulorum subtilitates annotare vellent, & ea quæ παράτιτλα nuncupantur, componere. Sed id spretum neglectumque à posteris est, pessimo mediusfidius exemplo. Nos, qui in hac Academiæ luce jus Romanum, sed vetus illud, & incorruptum, profiteri cupimus, id operam dabimus uti exemplum imitemur hominum clarissimorum, collegarum nostrorum, qui in hac urbe, atque in his

ipsis

ipſis ſedibus leges ſacratiſſimas interpretantur. A quibus profecto illud hactenus non ignave elaboratum eſt, uti non litigandi cavillandique via, ſed juſtitiæ & æquitatis ars traderetur. Qui viri cum nihil in ullo genere prætermittant, quod quiſquam ſummo ingenio, acerrimis ſtudiis, optima doctrina cognitum ac perceptum proponere aliis poſſit, inflammat animum meum ardor quidam, qui me quieſcere, aut aliquid remiſſe agere non patitur. Atque ego quidem, cum diligenter de inſtituti mei ratione, uti debeo, cogitarem, ita in animum meum induxi, omnino me recte atque ordine facturum, ſi hanc juris interpretationem ab ea parte inchoarem, à qua maximus Imperator Iuſtinianus pulcherrimi corporis contextum orſus eſt. paulo enim altius repetenda tantarum rerum initia erant, explicanduſque titulus luculentiſſimus, qui de Iuſtitia & Iure eſt. hoc enim explicato, fons legum inveniri poteſt, quæ ex optimis naturæ principiis, & veritatis exemplis latæ cum omnibus ſemper eadem voce loquuntur. Sed quoniam nulla lex ita ſcribi poteſt, ut omnia, quæ quandoque inciderint, complectatur, opus arte fuit, quæ legem quamcunque ſcriptam ad bonum & æquum redigeret. id autem I C.torum fuit olim, ſiquidem jus ipſum, quod

Ulpianus inquit, nihil eſt aliud quam ars æqui bonique: Laudat Paulus in lib. ſi ſervum. 91. ff. de verb. oblib. ſcitum Celſi adoleſcentis qui dixit, *in hoc genere, cum de æquo & bono quæſtio eſt, plerumque ſub autoritate juris ſcientiæ pernicioſe errari.* non enim profecto de ea re pronuntiare cujuſvis eſt, ſed artificis, hoc eſt, hominis eruditi & vere I C[ti.] Jam cætera, quæ in hoc titulo occurrunt, de diſcrimine juris publici & privati, tum de jure naturali, gentium & civili, prætorio, plane ejuſmodi ſunt ut qui ea non attigerint, nimis inconſulte ſe illi in ſacroſancta juris prudentiæ templa inferant. Sunt enim hæc fundamenta rerum maximarum graviſſimarumque. Ne autem ignoretis, A. O. quam viam inſiſtere conſilium nobis ſit, jam ante illud ſignificandum exiſtimavi, decreviſſe me in hujus tituli atque aliorum interpretatione, libero animo erectoque verſari, eaque excutere, quæ ex verbis legum, atque ex ipſis rebus exurgunt, ac ſponte ſe nobis velut offerunt. recitare autem hic omnes doctorum opiniones, quæ magna in varietate & diſcrepantia poſitæ ſunt, tum quæſtiones longe arceſſitas, quæ huc afferuntur, enodare, neque patientiæ noſtræ eſſet, & ambitioſum magis, quam utile foret. Utique Hercules, ſi in eas incideret, putaret ſibi decimum & tertium laborem veniſſe. toto

anno

anno opus esset ad eas non dicam explicandas, sed enumerandas. adeo infinita, supervacua & sine modo sunt. putamusque, si ea persequeremur variam nostram fore & ingratam in docendo operam. Reprehensus olim Albutius Rhetor est, quod in omni controversia dicere cuperet, non quicquid debebat dici, sed quid poterat. Nobis in jure tractando non operosum molimen, aut eruditionis ostentatio, sed simplicitas sensuum frugalitasque placet, ex qua nitor aliquis, sed haud quæsitus, exurgat. Quemadmodum in ambitu vitæ, si quis oculos mentemque circumferat, plurima occurrunt, pauca delectant, pauciora prosunt: ita in interpretis pectus cum multa se insinuant, non omnia sunt admittenda. Quid? quod quidam doctores, cum in hunc titulum moles commentationum ederent, ea perscrutati anxie sunt, quæ infra I C.torum curas cogitationesque posita erant? Dixit Celsus jus esse boni & æqui artem. ex illo disputatum à quibusdam est, an in artis modum redigi præceptionibus logicæ posset? Quæ lis adhuc sub judice est, & à me, quod jam prædico vobis, non decidetur. Ait Ulpianus, Jus à justitia dictum. Quot moles convectatæ sunt, ut ista originatio statet? Dixeris omnium Romanorum fortunas in eo sitas esse; tanto studio ea res acta inter eruditissimos est.

Dixit

Dixit idem Ulpianus, Iustitiam esse constantem & perpetuam voluntatem jus suum cuique tribuendi. Quæsitum est, quam recté? & rursus, Iurisprudentiam esse rerum divinarum atque humanarum notitiam. etiam hoc solicitavere. visum aliis est laxas, hiulcas, inconcinnas esse hujusmodi descriptiones. alii, quasi pro aris & focis pugnarent, eas defensum ivere. Quæ omnia eorum sunt, qui tempus, rem pretiosissimam, absumunt ad illa investiganda, quæ minuta, frigida, & ut verbo dicam, nihili sunt. Ulyssem olim in vestibulo sedentem proci risere, quod non enses, clypeos, lebetes, sed frustula panis peteret. Et Apion omnibus cordatis ludibrium debuit, cum Homeri ingentem illam ænimam ab inferis evocavit, non ut præclara quædam disceret, sed uti rogaret quibus parentibus ille esset genitus. Profecto in eadem causa esse videntur ii commentatores, qui cum in jure nusquam rerum illustrium majestas desit, de apicibus istis solliciti sunt. non enim Romani illi Iurisprudentiæ magistri in has angustias se concludunt, sed ipsa rerum momenta sectantur, &, quod recte judicatum ab homine ingenii & eruditionis principe est, civilem scientiam non Philosophorum decretis, sed populari captu ac sensu metiuntur. Descriptiones vero cujusque rei plenas, perfectasque tradere usque adeo

adeo non curarunt, ut ipse Javolenus L. omnis ff. de R. I. dicat, vix ullam definitionem in jure esse, quæ everti non possit. Quare hæc ad vivum non resecabimus, ne operam ludamus. Puto satis me significavisse, quid illud sit, quod sequi cupiam. Etenim cum semel ea audivistis, à quibus mea longissime ratio voluntasque abhorrebit, videtis, quæcunque in rerum atque legum cognitione adhuc supersunt, quæque in instituto summorum virorum, qui in hac Academia vivunt, vixeruntque, posita sunt, ea omnia nobis quoque relinqui. Ceterum propositum nobis est, non illos modo titulos interpretari, quos ab omnibus intelligi, vulgaris hodie usus litium causarumque postulat; sed etiam illos in manus sumere, sine quibus vetus illa, quæ apud Romanos fuit, juris dicundi ratio intricata, difficilis, & penitus in obscuro est. Esto enim, ne pertineant ista ad praxin, uti ajunt, & ad forum nostrum; sunt tamen ejusmodi, in quibus permagnum momentum est ad omnem doctrinæ excellentiam. Quanti enim est profecto in illa erudita antiquitate versari, & actionum ortus ad discrimina, totam rem judiciariam, magistratuum officia, denique omnia cernere, quæ ad rempublicam eam pertinent, quæ legum parens nobis est? Enimvero

ego,

ego, hæc cum dico, haud illud volo, ne in omni jurisprudentiæ studio animum vestrum ad ea potissimum convertatis, quæ scitu sunt maxime necessaria. imo ut hæc sectemini, suadeo potius, & nos ea ubique solicite exquiremus. Sed tamen meminisse potestis, vobis qui in spem gerundæ reipubl. curarumque ingentium sepositi estis, non id agendum, uti causas orando, sportulas tantum aliquot in foro lucremini, sed ut præclaræ cujusdam eruditionis laudem consequamini, & omnis juris justitiæque consulti sitis. Ad illud autem non usitata via, neque mediocribus consiliis procedendum est, cum sit in hac antiquitatis cognitione infinitum quiddam & immensum, quod vigilantissimi cujusque fatigat industriam. Quare agite, Nobiles generosæque animæ, &, quoniam ad omnia summa itis, capessite mecum hanc quoque partem, & scientiæ terminos, paulo latius, quam solet vulgus, proferte. Postremo, quoniam viris amplissimis, Academiæ hujus curatoribus, & urbis Coss. visum fuit, ne penitus priorem nostram professionem, quæ politica erat, desereremus, interdum, titulum unum, atque item alterum absolverimus, quod muneris nostri ratio jubet, eam cathedram, quam reliquimus repetemus, atque ex historiis quædam, quæ civili politicæque doctrinæ convenire videbuntur, excutie-

curiemus, & ubicunque aliquid præclarum & singulare occurret, consistemus tanquam in nostro. Neque vero ea res procul distabit ab hac juris interpretatione, cujus apparatus in latissimo disciplinarum ambitu atque orbe constitutus, nullis limitibus præscribitur. Nam & historiam veteres tertiam juris partem dixere; & altera ejus pars civilis prudentia est. Tum vero illud hercle apprime salubre ac frugiferum erit, omnis exempli documenta vos in illustri posita intueri, ut inde sibi quisque suæque reipubl. quod imitetur, capiat, inde fœdum inceptu, fœdum exitu, quod vitet. Sed hæc vobis operose commendare, id vero esset vestris judiciis diffidere. Intelligo autem, A. O. me non apud imperitos, sed in lectissimorum juvenum multitudine loqui, quibus literarum cultus, & hæc studiorum humanita, jam non exiguum judicii sensum dederunt. Quod dum cogito, totus jam in optimam quandam fiduciam opinionemque sum ingressus. magna enim me spes habet, futurum, ut ex his, quæ conabimur, aliquid nobis jucundum, & optabile redundet: nam & vobis, si ita vultis, utilitatem aliquam adferam, & mihi rursus vestræ de me existimationis fructum reservabo.

# ORATIO VII.

## *In tit. ff. de pactis.*



UM ob oculos mihi pono clarissima superiorum temporum lumina, I C.tos quosdam incomparabiles, qui omnis ingenii atque eruditionis principes fuere, video plerosque, quoties tituli cujusdam explicandi auspicia facerent, dedita opera facunde atque copiose de luculentiore aliquo argumento disseruisse, ut ardorem liberalissimæ cujusque atque honestissimæ mentis ad studia earum rerum, de quibus acturi deinceps essent, excitarent. Animadverto enim Andream Alciatum, magnum renascentis jurisprudentiæ incrementum, Ulricum Zasium primarium togæ decus, atque alios sane quamplurimos, quorum sunt nomina famæ consecrata, ad titulos quosque pertractandos ita accessisse, uti initium eorum à solenni præfatione caperent. Quorum quidem virorum si exempla cuperem sequi, possem equidem magnis me autoribus tueri, & de studiis legum deque jurisprudentia pro tante rei majestate ad vos verba facere. Non deessent

deessent forsan nobis, non deessent lectissima rhetorum præcepta, aut ulla dicendi præsidia, quibus generosa juventutis pectora ad juris scientiam capessendam inflammare possemus, si modo semel luberet nobis sacra nostra movere atque in oratorum spatiis pedem nostrum ponere. Sed cum cogito nihil posse de hoc genere etiam gravissima oratione dici, quod non ab eruditissimis hominibus dictum sit antea vel centies, constitui apud animum meum, ab his operosis dissertationibus penitus abstinere. Audivistis aliquando opinor, illam P. Maronis jocosam querelam de temporum illorum conditione:

*Cætera, quæ vacuas tenuissent carmine mentes*
*Omnia jam vulgata. Quis aut Eurysthea durum?*
*Aut illaudati nescit Busiridis aras?*
*Cui non dictus Hylas puer? & Latonia delos?*

Idem omnino etiam hic contingit. non enim delibata jam pridem, sed consumpta atque exhausta sunt omnia hujusce generis argumenta, plane ut, si quid superest, id vero totum relictum sit miseræ & febriculosæ ostentationi. Accedit, quod, si naturam earum rerum, in queis interpres juris versatur, intuearis, pene sophisticum videtur hoc quicquid est declamationis. Etenim profecto in

his tot ac tantis maximarum rerum momentis, quæ in hac juris tractatione animum cordatissimi hominis explent, rhetorem aliquem velle agere, id vero aliud nihil est, nisi majestatem legum ex suo fastigio in terram detrahere. Satis superque suis ipsa opibus pollet rerum domina jurisprudentia, nihil ut opus habeat prædicantium pigmentis. Sed ne, ego ipse, qui ita sentire me profiteor, pugnare mihimet ipsi, & quandam hic instituere declamationem videar, accipite, quæso, quid causæ sit, cur ante hanc tituli nostri de pactis interpretationem compellandos vos præfatione existimaverim. Intelligetis enim profecto non temere istud aut moris explendi duntaxat causa à nobis fieri, sed quod sunt quædam quæ vos nunc scire, mea interest. Enimvero jam ab initio, quod muneris nostri ratio exigebat, in Pandectarum explicatione ita versati sumus, ut per certa intervalla ex Suetonio aliisque autoribus Romanis solito more nostro ea exceteremus, quæ politicæ & civili doctrinæ convenire maxime videbantur. Hujus me rei nondum hercle poenitet. Et ut in posterum quoque publico bono in hac parte inserviam, etiam atque etiam opera à me dabitur. Sed tamen cum modum vicesque earum recitationum mecum ipse perpendo, circumspectis rationibus meis omnibus

summam

ſummam feci cogitationum mearum hanc, incredibilem in modum eſſe moleſtam mihi hanc viam, quam hactenus ingreſſi ſumus. Cum enim ſingulos dies lunæ martiſque juri Romano, & legum interpretationi ita dederim, ut reliquum ſeptimanæ cujuſque tempus in tractationem impenderem rerum politicarum, quæ in hiſtoriis ſeſe offerunt: permultum incommodi nobis afferebat biduorum illud intervallum, & toties recurrens iterum iterumque interruptio. Non enim uni rei paulo diutius inſiſtere nobis licebat, ſed identidem ut quidque cæptum erat, intermittendum rurſus fuit. Hinc animus noſter in diverſa trahebatur, ſubiitque languor quidam & etiam inertiæ dulcedo, &, ut fit plerumque, inviſa primo deſidia poſtremo amabatur. Igitur ut animo ipſe meo obſequar, conſtitui breviſſima iſtæc biduorum intervalla omittere, & in utroque recitationis genere ſpatia deligere aliquanto longiora menſium duorum triumve, aut pauciorum, etiam pluriumve, prout res ipſa, de qua agemus, feret, & temporum ratio poſtulare videbitur. Scio equidem exiſtimaſſe me antea, commodiorem eſſe hanc rationem, quam hactenus inivi. At nunc ſecus ſentio, cum incommoda uſus ipſe nobis objecerit longe plurima. non puto autem levitatis eſſe ab eo, quod tute improbes, diſce-

dere, &, dum eundem ſemper finem tibi proponas alia identidem atque alia via, ut maxime commodum erit, ad illum tendere. Quod igitur Deus opt. Max. bene & feliciter evenire ſinat, primum his diebus exequemur interpretationem tituli ff. celeberrimi de pactis. quæ, ut opinor, abſolvi tota ante ferias caniculares æſtivo hoc tempore poterit. Mox ubi inde evaſerimus, Valerii Maximi illuſtria aliquot capita è medio arripiemus, & ubicunque aliquid præclarum & ſingulare occurret, conſiſtemus tanquam in noſtro. In quo quidem autore illud hercle apprime ſalubre & frugiferum erit omnis exempli documenta vos in plano poſita intueri, ut inde ſibi quiſque ſuæque reipubl. quod imitetur capiat: inde foedum inceptu; foedum exitu, quod vitet. Et ſcio quidem, quæ illic dicenda occurrent, amoeniora pleriſque & floridiora videri poſſe, quippe quæ omnibus omnium facultatum ſtudioſis apta ſint, grataque: cum iſtæc juris explicatio diſciplinæ cujuſdam difficilioris graviorisque momenta contineat: ſed me tamen haud poteſt iſtæc res ab inſtituto deferre: ſi quidem, hercle, in omni vita id præcipue agimus ſemper, uti non tam jucunda & ſpecioſa dictu quam uſu neceſſaria ſequamur. Quanquam profecto, ii ipſi, qui ſeſe hiſtoriarum & doctrinæ politicæ amantes profi-

profitentur, si bene rem apud animum suum perpenderint, studiorum suorum uberrimum sese fructum ferre intelligent, cum in perquirendis excutiendisque Romanorum legibus operam ponunt. Nam & historiam veteres tertiam juris partem dixere, & altera ejus pars civilis prudentia est. Quare sciant illi qui in spem gerundæ reipubl. curarumque ingentium sepositi sunt, ex nullis sapientum veterum scriptis plura posse pulcherrima præcepta erui, quæ vitæ & hominum usui, atque reipubl. conveniant, quam ex jure Romano. Cum enim reipublicæ incolumitas omnis in legum sanctionibus posita sit, legibus autem optimis utilissimisque constituendis apud omnes gentes sapientissimi quidam prudentissimique viri semper operam dederint, nullis tamen felicius meliusq; res hæc processit, quam Romanis rerum dominis. Sane quantum I C.ti nostri & antiquissimis & magni nominis philosophis præcelluerint, eo argumento satis ostenditur, quod Platonis & Aristotelis, qui curiose prolixeq; de legibus & civili doctrina scripserunt, nemo libros in eum usum recepit unquam, ut secundum eorum decreta jus diceret. Imo hercle nec ipsi quidem Græci unquam admiserunt. itaque proverbii vice, cum quid inconcinnum & frivolum significare volunt, ψυχρότερον πλάτωνος νόμων,
 frigi-

frigidius Platonis legibus esse, ajunt. At verò I C.torum nostrorum responsa Romanasque leges non Romanæ solum provinciæ, sed hostiles quoque populi observare non sunt dedignati. Et illi ipsi qui Romanum imperium armis everterunt, Romanis tamen legibus propter earum æquitatem, vim, acumen, majestatem libenter cervices suas submiserunt. Itaque hodie Gothi, Vandali, Alani, qui in Hispania sedes posuere: sic Heruli, Burgundi, Franci, qui Gallias tenent, juri huic dant operam, quod prima condidit illa armorum legumque parens, *Terrarum dea gentiumque Roma, cui par est nihil, & nihil secundum.* Sed non est mihi propositum, quicquid hujus generis dici potest, exequi. Latissimum enim campum ingrederemur, unde tam cito pedem efferre non sineret nos rei dignitas & incepti lex. De titulo duntaxat, qui nobis deinceps in manibus erit, illud dixisse sufficiat, talem ejus & tantum usum esse, pene ut nullus sit in ff. cujus sit interpretatio magis necessaria. Nam & in libris Institutionum pactorum tractationem Justinianus omisit: & omnino materies eorum per omnes contractus latissime se diffundit. Memini ego amicos quosdam meos, viros amplissimos eruditissimosque utriusque Curiæ juridicæ, quæ apud Batavos est, senatores, significavisse nobis, ad decidendas gravissi-

vissimarum causarum controversias maximum momentum habere his temporibus ea, quæ de Pactis, atque de Verbor. obl. in Pandectarum libris subtiliter quidem, hercle, sed utilissime tradita sunt. Quare sciant utique nequaquam se tempus atque operam perdituros, qui in hujus tituli pervestigatione serio atque diligenter versari cupient. Atque anteà quidem, in iis titulis, quos explicuimus, materiam potius ipsam, quam singulas leges persecuti sumus, servavimusque ordinem quendam, quem ipsa rerum, quæ ibi occurrerent, natura, & tractationis facilitas perspicuitasque requirebant. Atque id quidem, ob justas gravesque quasdam causas ita fieri à me debuisse, satis tunc, ut opinor, dixi. At nunc vero alia erit instituti nostri ratio. Propositum enim mihi est leges omnes & singulas, eo ipso ordine, ut in hoc titulo collocatæ sunt, interpretari, & quæ observatu digna erunt, maxime autem quæcunque referri ad usum possunt, expedire. Est enim tanti profecto nobilissimus hic titulus, nulla ut pars ejus, nullus paragraphus præteriri sine piaculo possit. in l. jurisgentium. 7. Ulpianus I C.tus ea tradit, quæ ignorare nemo quisquam debet, legisque usus multus frequensque est. Tum vero ad l. si tibi decem. 17. itemque ad l. si unus ex argentariis 27. tum ad alias plerasque

pene integri commentarii possent scribi. Equidem ego pro virili mea operam dabo, ut dicam non utique Albutii Rhetoris exemplo quicquid dici potest, sed fortasse quantum debet. Quemadmodum in ambitu vitæ, si quis oculos mentemque circumferat, plurima occurrunt, pauca delectant, pauciora prosunt: ita in pectus interpretis cum multa se insinuant, non omnia sunt admittenda. Scio quam arduum sit, ita ad amussim placere omnibus, nemo uti sit qui conqueratur. Supra humanas vires est, talem se gerere, ut nihil desideretur. Est enim quadam naturæ lege sic comparatum, ut dissentiant homines, atque alia aliis placeant. Quin imo etiam uniuscujusque judicium mutatur ipso tempore, & quæ olim vulgo probabantur, negligi jam incipiunt. Veteres illi, Azo, Accursius, Pileus, cæterique glossematici D D. qui glaciem primi secare, atque per invia incedere ausi sunt, in eum modum jura interpretabantur, ut tanquam in Ægypto biberent & fugerent. paucis enim oppositionibus legumque contradictionibus contenti, ad alia sub inde festinabant. Mox vero qui secuti illos sunt, Bartolus, Baldus, Paulus Castrensis diffusius omnia attigerunt: certisque regulis atque doctrinis, tanquam compedibus quibusdam, jus civile concluserunt, non usque adeo tamen uti omnia in unum locum congererent.

'erent. Duntaxat enim vacationum die-
; aliquam legem iterum interpretandam
ipiebant, ſuper qua copioſius diſputa-
t. atque idcirco Repetitiones appella-
unt. Itaque illo tempore Repetitiones
plurimum celebrabantur. Atque adeo
rique ſic animum ſuum inducebant, ni-
ſe dixiſſe videri, ſi omiſſum aliquid fuiſ-
, quod commodius reſervari in alium lo-
n potuiſſet. Unde effectum fuit, ut ſin-
is annis paucarum admodum legum in-
pretatio abſolveretur. Et viget verò etiam
ic in quibuſdam exteris Academiis iſte
s. habetque quælibet docendi via atque
o defenſores ſuos, adeo ut permulta dici
tramque partem poſſint. Utique meum
ı eſt de illorum clariſſimorum hominum
itutis ſententiam ferre, quorum neque in-
ıparabilem eruditionem ignorare, neque
ɔritatem contemnere, nec judicium ne-
;ere debeo. Ipſe autem ad ea, quæ in ma-
us jam erunt, ſic me componam, ut, quo-
ejus fieri poteſt, plurimum progrediar,
taſque expediam leges, & tamen nihil
ım deſiderari ſinam, quæ uſui convenire
:antur. Non detinebo vos, O. A. per
ʒa exorſa. ſcio enim quam ſit odioſa Cir-
ſibus pompa. Itaque ad rerum ipſarum
tationem die craſtino, ſi deus opt. Max.
ıerit, pergam.

ORATIO

# ORATIO VIII.

## *Habita cum* SUETONII AUGUSTUM, *publicæ interpretaturus esset.*



UM Suetonii Iulium vobis explicuissem, Ornatissimi Auditores, diu mecum anxia deliberatione agitavi, quem tandem scriptorem eligerem cujus interpretatio & vobis jucunda & mihi foret accommodatissima. Sciebam neque plerósque ea esse animi constantia, ut semper eadem amarent, & me jam dudum à priore instituto abducebat vitiosa animi libido. Quare, quoniam initio constitueram per omnia disciplinarum genera liberrimo cursu vagari, jam tandem tempus esse existimabam, uti relictis historiarum monumentis, in quibus diu hæseram, ad Philosophos virtutis & morum magistros me conferrem. Erant ante oculos tot luculentissimæ dissertationes de animi tranquillitate, de vita beata, & ne singula recenseam omnia ea, quæ animum in sapientiæ possessionem introducunt. Hoc igitur consilium nostrum antea fuit.

fuit. Cæterum ingenue fatebor quod res est, sententiam mutavi, & certum mihi est à Suetonii nostri interpretatione, in qua hactenus versatus fui, non temere discedere. Cujus rei causam, quoniam mos publicus & consuetudo Academiæ id fert, præfationis vice, breviter exponam. mea sic est ratio, atque sic animum induco meum, quicquid in disciplinarum ambitu, qui latissimus est, continetur, quicquid boni in se habet, sapientiæ doctrina id omne abunde in his reperiri libris, in quibus res gestas populorum Principumque olim perscripsere homines cordatissimi, omnisque ingenii & eruditionis principes. Nam ut de his, qui sapientiæ nuda præcepta tradunt, judicium meum proferam, videtur mihi major pars eorum nimis longe mentem ab ipsis rebus abducere, & ex communi vita quasi exulare. Quare qui hos sequuntur, saluberrima illi quidem dicta, ac magnificas voces audiunt de virtute, honestate, animi magnitudine: cæterum si à sapientum subselliis in lucem hominum protrahantur, ad res gerendas ineptissimi sunt, & in alio orbe posuisse pedem suum videntur. Scientiam enim præclaram quidem adepti sunt, sed qua uti nesciunt, &, cum in scholæ umbra doctissimi sint, in vita nihil nisi tyrones & pueri sunt. At vero qui res in orbe gestas memoriæ tradunt, qui non

acta modo eventusque, sed consilia quoque rationesque & causas exponunt, ii demum & prudentiæ veri parentes sunt, & bene de mortali genere merentur. Hoc enim apprime utile est, omnis exempli documenta in illustri posita intueri, ut inde quisque sibi suæque reipublicæ quod imitetur, capiat. Enimvero mximus autor, & omni laude dignus, sed omni major Corn. Tac. præcipuum esse munus annalium putat, ne virtutes sileantur, utque pravis dictis factisque ex posteritate & infamia metus sit. quicquid in historia reliqui est, id ludicrum magis erit, quam doctrina. Est illud omnium opinione & consensu verissimum, rem arduam & difficultatis plenam esse, rempubl. gubernare. Id quod multis sane haud feliciter cessit. Nullum enim animal morosius est, nullum majori arte tractandum, quam homo. Natura enim contumax est animus humanus, & ipse populus bellua est multorum capitum. itaque excellentibus ingeniis sæpius defuit ars, qua civem regerent, quam qua hostem superarent. Vires enim armis constant, atque sæpenumero hic plus homini fortuna, quam ratio valet, & rei bene gestæ laudem cum victore dividit. At ea vero maxima gloria est, si mens una sapiens, multorum vincat manus, &, quæ natura impedita sunt, consilio expediat.

Hoc

Hoc autem sola potest rerum domina prudentia, quam gignit & format historia, unde recte eam divinus vir M. Tullius appellat animam memoriæ, lucem veritatis, magistrum vitæ. Hic suave est sine periculo aliena discrimina intueri, eosque scrupulos noscere, circa quos aliorum vita infeliciter obhæsit. Atque in cæteris quidem gentibus rerum humanarum conversiones, imperiorum præcipites casus, bonorum virtutes, improborum vitia abunde reperiet is qui earum annales lustravit. At nulla usquam respubl. est, nulla civitas in quam plus sibi fortuna permiserit, quam illa terrarum Dea Gentiumque Roma. Hujus civitatis prospera & adversa didicisse, quæ vita civium, qui mores fuerint, per quos viros quibusque artibus domi militiæque & partum & auctum imperium sit, credite mihi non postrema eruditionis pars est. Sunt in manibus hominum infinita illustrium autorum monumenta, quibus memoriam populi terrarum principis ad æternitatem consecrarunt. Sed eorum ut est ingens multitudo & diversissimum scribendi consilium, ita non eadem est omnium gloria. Alii primas origines, & proxima originibus referentes, ex alto rem repetunt, ut primordia urbis augustiora faciant. pars prolatum bellica virtute imperium, &

late

late vagata per orbem terrarum arma memorant. pars cuncta simul complexi sunt, & per singula ætatum momenta universam imperii magnitudinem longa commentatione ostendere. Horum ego industriam nec damnare possum, & contemnere non debeo, quippe de qua tot & tam præclara judicia olim fecit consentiens vetustas. Sed tamen restat præterea aliud genus scriptorum, quod nescio quo pacto præ cæteris mirum in modum semper animo meo placuit. Intelligo autem eos, qui singulatim vitas illustrium virorum, Principumque scripsere. qui mihi tanto sæteris antecellere videntur, quanto utilius est seorsim singulas unius actiones, quam multorum facta simul & universim contemplari. In priore illo commentationis genere ipsa sibi obstat magnitudo, rerumque diversitas aciem intentionis abrumpit. Hic in unam personam defixa mens facilius tanquam in speculo ornat & componit se ad alienas virtutes. Itaque si quis Livium, Polybium, Halicarnasseum majores & divinos scriptores dixerit, non pugnabo. Sapit enim profecto, & mecum facit, & Iove æquo judicat. At vero qui aut Plutarchum, aut hunc ipsum Suetonium nostrum, quem nunc interpretamur, ideo minores cæteris illis aut contemptiores existimaverit, quia res & vitas singulorum illu-

ſtrant, ei ego judicium relinquam ſuum, ſed hac lege, ut me ferat diſſentientem. neque vero illud mihi dicat aliquis, ex perpetua & continuata hiſtoriarum ſerie ideo majorem naſci voluptatem, quia hic mira caſuum varietas, & inexſpectati eventus animum identidem reficiant legentis. Specioſa oratio fateor, ſed cujus vis nimis facile eluditur. Ego vero ſic exiſtimo. qui ſubitas & momentaneas rerum cunctarum vices perdiſcere cupiat, non eſſe illi inſpiciendam integram nationem aut urbem. Ad ſingulos homines eat, Uniuſcujuſque vita theatrum eſt ludentis fortunæ. Trahunt quidem magna illa corpora, regiones, inquam, urbeſque ortum ſuum & interitum: ſed illud diſcrimen hic tenendum eſt: ſicut in populo & republ. aliqua poſt longam ſeculorum revolutionem, & multa annorum millia fortaſſe ſemel iſtæ converſiones contingunt, ita in hominis cujuſque rebus accidunt quotidie. Habet enim leviſſima illa diva miſeros mortales quaſi pilas, quas pro libidine verſat in omnem partem. In tanta rerum ſurſum ac deorſum euntium inconſtantia, quod non exſpectatur, ex tranſverſo fit. Illi ipſi quoque, qui in ſublimi ætatem agunt, & vitæ neciſque gentibus arbitri, anxii ſceptrum tenent, & fortunam ſuam, quia lubrica eſt, vix preſſis manibus tenent. Nulli ex magnitudine ſua ſecuritas

est. Per vulnera, per sanguinem, per infinita rerum discrimina ad summum gradum potentiæ conscendunt. Ubi pervenerint, jam aut consistunt ægre, aut in illo ipso fastigio tot adversa & tristia experiuntur, ut, si tuto liceat, descendere optent, & priora vota damnent ipsi. Non circumagam vos longa & ambitiosa oratione. Ecce, Augusti vitam in posterum lectionibus his nostris explicandam suscepimus. Igitur, quod maxime ad rem hanc, de qua sum locutus, pertinet, attendite obsecro, & Principis illius dubia fata paulisper mecum animo & cogitatione considerate. Fuit hic ille Princeps, in quem dii hominesque omnia ornamenta contulerant. ut merito dubitari queat, majorne virtus illius, an felicitas fuerit. Primus enim nondum subactis reipubl. cervicibus manum imposuit, atque ejus rei fructum percepit, quem petierat, ut optimi status autor diceretur, moriensque hanc secum spem tulit, mansuram in eadem semper prosperitate urbem, quam pro majestate imperii ornaverat. Magna hæc erant & invidenda: sed ad quæ non ante perductus est, quam asperis multis & duris casibus juvenile adhuc pectus fortuna prætentasset. C. Iulius Cæsar magnus ejus avunculus rerum jam potitus dictaturam invasit. Restabat, uti ex more Romanorum magister

equitum,

equitum, qui secundus à dictatura honos est, crearetur. Octavius hic, cujus animus jam tunc generoso ardore omnia magna & excelsa agitabat, honorem illum ab avunculo petit, & repulsam fert. Præfertur Lepidus. Intolerandam ignominiam acceperat ab eo, qui nepoti nihil negare debuisset. Paulo post victima suorum civium Cæsar fit, & illum ipsum Octavium, cui antea levissimum honorem negaverat, (mirum dictu) hæredem non bonorum modo, sed imperii Romani facit. Nihil adhuc actum erat, in possessionem paternæ hæreditatis gladio & armis mittendus fuit. Primum cum civibus bellum gerit, & prælio Philippensi, ægro corpore, fugâ evadit, & caput illud, cujus nutu postea mundus tremuit, per triduum in palude abscondidit, donec jam fusa subter cutem aqua utrumque ei latus intumesceret. Vix ex limoso stagno depositum illud suum rursus in lucem protraxerat fortuna, cum adversus collegam Lepidum, ac dehinc contra sororis maritum Antonium armis decernere coactus, maria terrasque sanguine infecit. Mox in mari Siculo bis, & quidem æstate, classem amittit, & rursus denuo latet in spelunca. parta orbi & reipublicæ pax erat, nondum tamen pericula evaserat. Ecce, post Salvidienum Lepidus in

eum conjurat, Lepidum Murena secutus, Murenam Cæpio, Cæpionem Egnatius. vindicaverat se ab illis, sed frustra. Paucorum enim odium dum reprimit, omnium irritat, &, quod tot præliis incolume fuerat, jam suis est civibus expositum caput, in quod mucrones acuebant. Vitæ etiam suæ illum tæduit, cum ut solus non periret, tam multa perdenda cerneret. Omnia, quæ avide concupiscunt mortales, propter quæ navigant, currunt, fatigantur in unum Octavium congesta erant, sed domino suo incumbebant gravia. itaque de imperio reddendo bis cogitavit, omnisque sermo ejus ad hoc semper revolutus est, ut sibi speraret privati hominis vitam, quam nunquam consecutus est. Atque hæc quidem, quæ dixi, publica fuere mala. Sed quæ ludus tamen jocusque sunt, præ his calamitatibus quas domi & in familia tulit. Nullius unquam felicitas tot luctibus pensata est. principibus non legiones, non classes æque firma imperii monumenta sunt, quam numerus liberorum. Etiam hic illum fortuna destituit. Liberos enim ex uxoribus nullos sustulit, nisi unam Juliam. Et hæc quoque in pænam illi vixit. omnibus enim probris contaminatissima mulier, gregatim adulteros admisit, qui velut sacramento adacti fessam senis ætatem territaverunt. Sed nemini fortuna semel nocere con-

tenta est. Aliud malum processit. Per imprudentiam enim ipse flagitia suæ domus publicavit, missa in exilium filia. Videbat orbitatem suam, qui sine mascula prole erat, contemni. C. & Lucium, Agrippa genitos, in familiam suam adoptat. Utrumque mors fato præpropera, aut, quod verius est, novercæ dolus abstulit. sequitur pudenda Agrippæ Posthumi ablegatio. In qua re cum errorem suum agnoscit, expirare destinat, & quatridui inedia majorem mortis partem in corpus recipit, nec mori tamen potest. reliquam senectutem inter Liviæ imperia exegit. Quam utrum inconsultius assumpserit, an retinuerit patientius, haud certum est. Ita hominem foris clarum domestica deturpabat infamia, & ne maximus Princeps haberetur, hoc efficiebat, quod maritus minor esset. Tandem deus ille, cælumque jam omnium opinione meritus, vitæ exitum reperit, sed uxoris scelere; &, ne quid tantis malis desit, hæredem relinquit Tiberium, hostis sui (vereor dicere) hostis, inquam, sui filium. Totam hujus rei scenam Suetonius noster aperit, & præter illum è Romanis scriptoribus nemo. Nam Tacitus pauca tantum de Augusto & extrema tradidit. Vellei Paterculi ingenium fœda adulatione detritum est. noster omnia & accurate persecutus est, & (quod caput rei est) ex fide.

Incorruptam enim veritatem (quam ego historiæ animam appello) ubique amat, à qua ne recedere vel metu vel studio videretur, defunctorum tantum principum res composuit. De Nervâ autem Trajano, Adrianoque ubique tacet, inter quos vixit tamen. Sed nimirum vir prudentissimus judicium posteritatis formidavit. & ab adulationis crimine tam longe abesse voluit, ut etiam suspicionem fugerit. Hunc talem & tantum scriptorem ut de manibus deponerem, à me ipso impetrare non potui. Nescio enim quo pacto virtutes illius magis magisque in dies admiror. &, si is error dicendus est, eo me non carere fateor, imo glorior potius. Vivunt enim profecto, vivunt hac ætate viri inusitato judicio, divino ingenio, doctrina incomparabili, quos ego hujus erroris mei, vel socios habebo, vel autores. Illud affirmo dum in hoc scriptore versabimur, futurum semper ut omni circumfluamus copia, atque in magna simus rerum pulcherrimarum abundantia. Florentissima enim sub Augusto respublica hoc est, imperii Romani juventus, ac veluti robusta quædam maturitas oculis se nostris jam deinceps offert. Videbimus urbem potentem, urbem (ut ait Hieronymus) Apostoli voce laudatam: cujus admiratio D. Augu-

ſtini, animam ſanctiſſimam, & à rerum vanitate alieniſſimam ita percelluit, ut ſumma omnium votorum illi fuerit hæc tria cernere: *Chriſtum in carne, Romam triumphantem, Paulum concionantem*. Neque vero exiſtimet aliquis hæc quæ interpretamur ad nudam rerum geſtarum narrationem potius pertinere, quam ad graviora quædam, atque majora, quæ in ſcientiarum diſciplinis, & in quadam varietate doctrinæ poſita ſunt, vel verſantur. Perveſtiganda erit morum, legum, optimorumque inſtitutorum antiquitas. ſine cujus rei notitia quicunque ad ſacra iuriſprudentiæ templa contendunt, næ illi magno malo ſuo neſciunt tertiam juris partem eſſe hiſtoriam. Etenim quod de imperio & juriſdictione, de ſtipulationum diviſionibus, de poſthumorum inſtitutione incertis ſententiis diſputetur, quod literarum obligatio, quod totus denique ordo judiciarius in obſcuro ſit, ab antiquitatis ignoratione eſt. Sed mihi propoſitum non eſt, hiſtoriæ dignitatem defendere. conſilium duntaxat meum exponere & commendare volui. Quare in Suetonii explicatione adhuc pergam, de quo autore (iterum dico) quiſquis male ſentit, eum ego ineptum, & putidum, & literarum omnium rudem judico. Et ſunt tamen non

nulli qui in luculentissimo scriptore quædam crepant. primum illud est, quod fœda illa crudelitatis Principum & obscenitatis exempla silentio non præterierit. Quibus quidem hominibus nos cum M. Tullio Cicerone, maximo, hercle, viro, ita responsum volumus, cum prima historiæ lex sit, ne quid falsi dicat, secundum hanc esse, ne quid veri non audeat. narrat noster immania & fæda multa. Esto. Temporum hæc culpa est, non Suetonii. Nimirum est illud omnibus summis imperiis annatum, ut à felicitate vitium tandem trahant, & magnitudo sua illis perniciosa sit. Animus Principum inflatus temere & insolens, dum humana omnia infra se posita videt, falso quæcunque potest, etiam licere sibi existimat. Ita à contitentia ad libidinem, à temperantia ad luxum, à lenitate ad sævitiam desciscunt. Pietatem, fidem, & cæteras, quas optimus quisque colit, virtutes, inter privatorum bona numerant, ne si his quoque legibus astricti sint, precario regnare videantur. Viguit igitur diu crevitque suis momentis Cæsarum improbitas, & in Domitiano tandem, qui novissimus fuit, velut consummata est. Ultra, quo procederet, non habebat. Et profecto, videtur id in fatis fuisse, ut semel ille quid ultimum in sceleribus & flagitiis esset, ostenderet. Hujus tristissimi seculi imaginem cum ante oculos

poste-

posterorum posuerit Suetonius, sane quod illi reprehensores maledictum vehemens existimant, ea mihi laus videtur maxima. Accedit huc, quod vitia sic recenset, ut juxta & in aperto ponat quoque virtutes, quæ jam ex illa facinorum fæditate lucem majorem & quoddam veluti decus capiunt. Unum restat quod nonnulli objecere odium, inquam, in Christianos, de quibus noster non semel locutus est, perquam acerbè. Hoc equidem ingenuo candore excusare, quam inficias ire satius est. Enimvero nemo miretur id à pagano factum. miseratione dignus est, qui in rerum divinarum ignoratione vitam egit, eaque insectatus est, quæ per errorem oderat. non admittebat mens tenebris & sordibus oppleta tantam lucem. non capiebant angustiæ pectoris illius, non egestas animi tantam rem, tam gravem, tam sublimem. Verum hæc & frivola sunt, & jam alii ea confutarunt. Itaque longiore oratione opus haud est. Nos profecto in Suetonio non religionis mysteria scrutabimur, sed antiquitatem Romanam & rerum gestarum persequemur memoriam. Quæ res ut mihi vobisque omnibus & reipub. literariæ bene ac feliciter vertat Deum Opt. Max. qui huic Academiæ præses & tutor est, supplex quæso & veneror.

# ORATIO IX.

## In Suetonii Galbam.



INITIO cum Haga-Comitis in hanc urbem reversi essemus ad obeunda Professionis nostræ munia, publice omnibus significavimus, quam viam deinceps ingressuri essemus. Pandectarum enim explicationem illa tempestate sic orsi sumus, ut in ipsa præfatione diceremus, visum esse viris amplissimis, hujus Academiæ Curatoribus & urbis Coss. ne penitus priorem nostram professionem, quæ Politica erat, desereremus, sed per certa intervalla ex historiis, solito more nostro, ea excuteremus, quæ civili doctrinæ convenire maxime viderentur. Sed nos, qui æstatis amœnitate invitati, interdum longa otia egimus, nondum hactenus serio, id quod propositum nobis erat, executi sumus. Nam & in juris interpretatione admodum oscitanter & languide versati sumus, & hanc alteram Professionis nostræ partem ne attigimus quidem. Quare profecto jam tempus est, ut in viam semel redeamus, & quod nos officii nostri ratio monet,

monet, id naviter agamus atque cum cura. Igitur, Auditores, quod huic Academiæ mihique & vobis omnibus bene atque feliciter evenire ſinat Deus Opt. Max. deinceps in tractationem rerum politicarum, quæ in hiſtoriis ſeſe offerunt, impendemus ſingulos Jovis Veneriſq; dies, hoc eſt, in quaque hebdomada biduum: reliquum ſeptimanæ tempus erit juri Romano, & legum interpretationi conſecratum. Utique nos, qui antea Suetonium Tranquillum, Corn. Tacitum, atque alios ſummos ſcriptores vobis faventibus libentibuſque expoſuimus, cum fructu aliquo, uti opinor, veſtro meoque: profecto etiam nunc, neſcio qua animi divinatione futurum confidimus, ne vobis inutilis noſter labor, aut vana in docendo opera videatur. Poſſem ego me magnis autoribus atque exemplis illuſtribus tueri, & M. Antonium Muretum, alioſq; doctrinæ & ingenii principes memorare, qui in publica profeſſione cum verſarentur, recitationes ſuas lectioneſque ita inſtituerunt, ut mox jus Romanum legeſque, & quicquid Maſuri rubrica notavit perſequerentur: modo ſepoſita hac cura, in hiſtoricorum atque in oratorum ſpatiis conſiſterent. Sed nihil nobis opus hac defenſione eſt. Magnæ enim imprudentiæ ſit, patrocinium à perſonis arceſſere, cum nobis abunde præſidii in ipſa re ſit,

quæ

quæ etiam me tacente loqui pro me, atque emittere vocem videtur. Sane quoniam jurisprudentia rerumpubl. domina & gubernatrix est, omnino nihil indignum aut loco nostro, aut existimatione facimus, cum ad hæc politica quoque descendimus, ut ex historicorum monumentis rerum humanarum conversiones, imperiorum præcipites casus, principum artes, vulgi naturam & studia, éaque omnia, quibus vita hominum constat, eruamus. non sine causa est, quod divinus vir Plato identidem politicam scientiam appellat regiam, quippe regum Principumque & præstantium in rep. virorum propriam. Hanc qui tractandam suscipit, is cogitare debet, de rebus magnis & arduis quotidie sibi fore differendum. videbit illum ex sterquilinio extolli, & in sublimi locari, illum ex summo ad infima deturbari, multo, hercle, velocius, quam evectus erat. Ac sæpe non nisi horam interesse inter solium & aliena genua. videbit illam nationem funditus exscindi, hanc transportari. libertatem aliis dari, aliis eripi. denique nunquam universi eandem faciem esse. Surgere illic urbes, hic ruere, & momento redigi in cinerem, quod longa constituerat ætas. Cæterum ita res habet. In hac tanta rerum sursum ac deorsum euntium vicissitudine non semper, neque ubique eadem dexteritate se

expedit vis humani ingenii. Sed ut quisque rebus aut fortuna recte aut secus utitur, ita aut sapit maxime, aut desipit profecto. Quidam sine cupiditate, sine impotentia secreti quietique agunt, atque id longe beatius putant, quam suas alienasque fortunas spe metuque versare. Alii fata sua lacessunt, & contra fortunam insistunt spei, neque tam præmiis periculorum, quam ipsis periculis læti, pro certis & olim partis nova, ambigua, præcipitia malunt. Jam infidæ principum amicitiæ, procerum fides in servile obsequium submissa, tum adulandi infamis libido, atque alia denique reipubl. mala, in hac scena spectantur. Quæ omnia excutere, & diligenti observatione examinare, illius est, qui politica profitetur. Hic suave erit sine periculo aliena discrimina intueri, eosque scopulos noscere, circa quos aliorum vita infeliciter obhæsit. Cogitanti autem mihi etiam atque etiam de instituti mei ratione, visum est plurium quidem gentium respublicas, imperia, resque gestas præterire, quod in hoc commentationis genere ipsa sibi obstaret magnitudo, rerumque diversitas aciem intentionis abrumperet. Ire autem ad unam Rom. rempubl. libet, cujus illustrem speciem quandam nobis ob oculos posuit C. Suetonius Tranquillus, in vitis Cæsarum. Certe nulla usquam fuit civitas,

in quam plus ſibi fortuna permiſerit, quam illa *terrarum Dea gentiumque Roma*. Quare hujus proſpera & adverſa didiciſſe, quæ vita civium, qui mores fuerint, per quos viros, quibuſque artibus domi militiæque ſteterit imperium, credite mihi non poſtrema eruditionis pars eſt. Atque antea quidem, cum in hujus ipſius Suetonii interpretatione verſabamur, res geſtas C. Julii Cæſaris dictatoris, & Octavii Auguſti luſtravimus, ut extincta libertas Romana ſtabilitum imperium ſit, utque Principum magnitudo in illud culmen evecta primum fuerit, in quo diu poſtea ſtetit. Cæterum nihil ibi præcipue atrox aut triſte fuit. Mutata enim quidem reipubl. forma erat, ſed tamen ſtabat legibus ſuus vigor, & magnis virtutibus ingentia præmia, ſceleribus ſuæ erant pœnæ. Ipſi Principes, C. Cæſar & Octavius omnia, quæ belli civilis impetu, quod neceſſe fuit, perculſa ac proſtrata jacebant, prudentia ſumma excitaverant, plane ut jam reſpublica haberet rurſum pleraque & ornamenta dignitatis, & præſidia ſtabilitatis ſuæ. Dehinc, cum ad Cornelii Taciti librum XIII Annalium tranſiiſſemus, Neronem quidem vidimus, Principem ſævitia & immanitate graſſantem, qui per animi petulantiam capitibus civium quaſi inſultavit; cæterum,
quia

quia imperium adhuc intra Cæsarum familiam, stabat, & de principatu invadendo nondum certare inter sese audebant, qui illustrem illam domum nulla consanguinitate attingebant: Non ita validis motibus conquassata respubl. est per eos, qui regnum esse rem inter Deos hominesque pulcherrimam rati, per flagitia perque cædes ad hoc, quod est eorum opinione maximum, nituntur. At hic vero nunc, cum se oculis nostris offerent Galba, Otho, Vitellius, aliique Imperatores quorum vitam ex Suetonii descriptione enarrabimus, omninò illud reperiemus rem Romanam depositam esse ad aliud schema. Utique Cornelius Tacitus, cum res horum temporum in libro primo historiarum orditur, postquam illud dixit; *Initium mihi operis Sergius Galba erit*; statim ita subjicit; *Opus autem aggredior plenum variis casibus, atrox prœliis, discors seditionibus, ipsa etiam pace sævum. Quatuor principes ferro interempti. tria bella civilia, plura externa, ac plerumque permixta.* Memoriæ proditum est Apollonium Tyanæum dixisse de Galba, Othone & Vitellio, esse eos Thebanos Imperatores. quod illorum scilicet, ut etiam septem Thebanorum regum, & brevis dominatio fuerit & cruentus exitus. Plutarchus vero de Galba dicturus, eosdem hos tres appellari posse

posse Tragicos Principes autumat ratione, medius fidius, optima. Nemo ignorat quales sint, qui in Tragœdiis exhibentur reges,

*Quem dies vidit veniens superbum,*
*Hunc dies vidit abiens jacentem.*
*Ima permutat brevis hora summis.*

Omnino quiddam simile accidisse hic videtur. Etenim Palatina Cæsarum domus intra menses non totos decem (inquit Plutarch.) quatuor excepit Imperatores: dum hic quasi per Scenam introduceretur, ille educeretur vero, & rerum humanarum spectaculum præberet. Mihi quidem cum inquirerem in causam toties & tam brevi tempore translati principatus, optima visa fuit, quam eruere ex Cornelii Taciti verbis licet, cum in hunc modum infit: *Finis Neronis, ut lætus primo gaudentium impetu fuerat, ita varios motus animorum, non modo in urbe apud patres, apud populum, apud urbanum militem; sed omnes legiones ducesque conciverat, evulgato imperii arcano, posse principem alibi quam Romæ fieri.* Enimvero, erat Roma caput & sedes imperii orbis æterna, ut est in l. 3. C. de Coss. eratque illic Capitolium, pignus imperii, atque habitaculum Jovis Opt. Max. auspicato inauguratoq; à majoribus conditum. Quare equidem, quoniam illic habitare fortuna Roma-

Romanorum credebatur, plane neque consul rite fieri extra Romam, vel in Provinciis potuit, quod Livius testatur: &, quoniam sub Octavio, Tiberio, Cajo, Claudio, & Nerone, qui omnes Romæ principatum acceperant, diu fuerat imperium quasi unius familiæ hæreditas, hinc ea opinio multos tenuit, non posse principem alibi, quam in sacra & æterna illa urbe creari. At postquam progenies Cæsarum in Nerone defecit; postquam Galba extra Romam procul in provinciis esset princeps ab exercitu salutatus factusque, evulgatum imperii arcanum est, de quo Tacitus loquitur, cujus ignoratio antea multorum improbas spes coercuerat. Ex illa igitur tempestate, cum jam milites intellexissent, principatum sui beneficii, atque à se dari posse, sanè sicut Galbæ nunc, ita mox Othoni, ac dehinc statim Vitellio summam rei detulere. Hoc est quod Plutarchus ait, quassatam convulsamque rempubl. Rom. quasi fabulosis Titanum motibus fuisse, cum eodem pene tempore hinc inde transferretur principatus, ex avaritia & licentia militum, qui largitione & præmiis corrupti, imperatores imperatoribus tanquam clavum clavo, pellebant. Hinc jam porro Principes, qui malis artibus adepti imperium erant, retinere illud justitia, æquitate, atque virtute nequibant. Etenim, etsi ipsi suapte na-

tura atque indole boni essent, tamen profecto necesse fuit ut non ea solum fierent, quæ volebant ipsi; verum etiam ut iis morem gererent, quibus ministris adjutoribusque partus erat principatus. ii autem erant, militaris multitudo, homines ex omni colluvie collecti, purgamenta urbium suarum, quibus ob egestatem & flagitia maxima peccandi necessitudo erat. Hi, cum deinde se civibus miscuissent, quæcunque vitia ex consuetudine licentiaque bellorum civilium conceperant, ea in urbem infuderunt. Ac pleraque jam pessimi exempli in perniciem publicam invalescebant. Ita præcipiti gradu itum est in omne nefas.

*Rupere fœdus, impius lucri furor,*
*Et ira præceps, quæque succensas agit*
*Libido mentes. venit imperii sitis*
*Cruenta: factus præda majori minor;*
*Pro jure vires esse.*

Atque hinc illa Taciti querela, de temporum conditione sub Galba, atque sub illis, qui deinceps secuti sunt, principibus. *Polluta*, inquit, *ceremoniæ, magna adulteria, plenum exiliis mare. infecti cædibus scopuli. atrocius in urbe sævitum. Nobilitas, opes, omissi gestique honores, pro crimine; & ob virtutes certissimum exitium. nec minus præmia delatorum invisa, cum*

*alii*

*alii sacerdotia & consulatus, ut spolia adepti, alii procurationes & interiorem potentiam, agerent, ferrent cuncta.* Quasi illud dicat, non jam in occulto fuisse scelera, sed præter omnium oculos ivisse, & transvecta esse velut in triumpho. Sequitur illud; *præter multiplices rerum humanarum casus, cælo terraque prodigia, & fulminum monitus, & futurorum præsagia, tristia, ambigua, manifesta.* Hactenus recte cordatissimus scriptor. At illud vero perperam, & ex impatienti dolore addit; *Nunquam atrocioribus populi Romani cladibus, magisve justis judiciis approbatum est, non esse diis curæ securitatem nostram, esse ultionem.* Enimvero hoc ait; tantum in pœnas vigilare cœleste numen. Quam profecto si quis imprudentiã in summo scriptore dixerit, nimis levi vocabulo utitur; appellanda impietas est. Sane quidem, cum resp. Rom. ex minima facta maxima sit, cum victor terrarum populus pene ultra Saramantas & Indos imperium protulit, cum innumeras pugnas uno tempore gereret, & Gallum terra, Pœnum æquore prosterneret, cum post clades ad Cannas atque ad Trebiam acceptas per damna, per cædes animũ viresq; duceret ab ipso ferro; profecto, ut ego opinor, non tunc in pœnas Rom. sed in salutem vigilarunt dii. Et vel ipsa urbis primordia cum intuearis, recte illud dixisse Livius videbitur, si cui populo licet

consecrare origines suas, & ad Deos referre authores, Romanis id licere. Quidnam est igitur? Urbs illa rerum domina, cum in illud summum culmen evecta est, ipsa se ferre nequiit, felicitatique suæ impar fuit, & mersa suis vitiis est. Itaque libidinem dominantium, sceleratorum nefarias molitiones, avaritiam, ambitionem luxuriamque civium, quod necesse erat, insecuta tandem numinis vindicta est. Crispus quidem Salustius, primus in Romana historia, ad Cæsarem, cui præcepta condendæ reipubl. tradit, ita infit; *Mihi pro vero constat, mortalium vitam divino numine invisi, neque bona neque mala facinora pro nihilo haberi, sed ex natura diversa præmia bonos malosque sequi.* & rursus eidem Cæsari caussam designat propinquiorem, quæ in ipsis rebusp. hæret. *Sæpe jam audivi, qui reges, quæ civitates, per opulentiam magna imperia amiserint, quæ per virtutem inopes ceperant.* Sed hæc, aliaque id genus per occasionem excutiemus, in Suetonii interpretatione: qui auctor imaginem status publici, qui sub Galba, aliisque Impp. fuit, breviter quidem descripsit, sed accurate tamen, & (quod caput rei est) ex fide. Hunc talem & tantum scriptorem, ut iterum in manus sumerem, admodum facile à memetipso, utilitatis inprimis vestræ caussa, impetravi.

ORATIO

# ORATIO X.

## *Habita cum ordiretur explicationem Libri XIII Annalium* TACITI.

IN Suetonii scriptis explicandis ea fide versatus sum, ut ejus rei fructum uberrimum liceat mihi ad conscientiam referre meam. Quia autem rerum omnium satietas quædam est, placet tandem à priore illo instituto paulisper recedere, & quid in aliis id genus scriptoribus observatione dignum sit, experiri. Quæ igitur res mihi vobisque omnibus bene & feliciter eveniat, C. Cornelius Tacitus nobis deinceps in manibus erit, omnis memoriæ summus & gravissimus scriptor, de quo veteres universi, id quod maxime facit auctoritatem, tanta & tam præclara judicia fecerunt. In Suetonio obtulit sese oculis nostris, veneranda quædam Romanæ antiquitatis species, cujus cognitio pariter & jucunda, & longe fuit utilissima. Pulchrum fuit vidisse urbem mundi miraculum, terrarum reginam, gentium arcem, in qua natura

velut in compendio quodam repræſentavit quicquid ubique eſſet magnum & invidendum: hanc voluptatem haud minor fructus conſequitur. Etenim, qui mores, rituſque & inſtituta veterum recte perveſtigaverit, magnum is ſibi adjumentum paravit ad luſtranda annalium & hiſtoriarum monumenta, quod cum abunde à nobis in Tranquillo præſtitum hactenus ſit, laxanda jam ſunt induſtriæ vela, & eundum illuc quo noſter nos ardor vocat. Haud diu eſt cum Academiæ curatoribus, & urbis hujus Coſſ. viſum fuit mihi deferre profeſſionem politicam, quippe quam æſtimarent naturæ meæ, meiſque ſtudiis maxime eſſe convenientem & idoneam. Quorum judicium ſicut mihi glorioſum eſt, ita ego tantæ & tam præclaræ provinciæ ſentio me eſſe imparem. Hoc enim munus qui ſuſcipit, is cogitare debet, de rebus magnis & arduis quotidie ſibi fore diſſerendum. Non enim hic de ſtillicidiis jus dicitur, aut vacuo municipio pannoſus aliquis ædilis vaſa minora frangit, aut litem de tribus capellis dirimit: Sed ſedet rerum domina fortuna, ſublimi nixa ſolio, & res mortalium pro libidine verſat volvitque, qualem quiſque ſortem ſtatumque habeat, illius juriſdictio eſt. Illam nationem funditus exſcindit, hanc tranſportat, libertatem aliis dat, aliis eripit. Hunc ex ſterquilinio eruit, & in

& in sublimi locat; illum sceptro superbum ad infima deturbat, multo hercle velocius, quam evexerat. Et sæpe non nisi hora interest inter solium & aliena genua. Nunquam universi eadem facies est. Surgunt urbes, ruuntque & momento fit cinis, quod longa constituerat ætas. In hac tanta rerum sursum & deorsum euntium vicissitudine non eadem dexteritate se expedit vis humani ingenii. sed ut quisque fortuna recte aut secus utitur, ita aut sapit maxime, aut desipit. Quidam sine cupiditate, sine impotentia secreti quietique agunt, & id beatius putant, quam suas alienasque fortunas spe metuque versare. Alii contra fortunam insistunt spei, nec tam præmiis periculorum quam ipsis periculis læti, pro certis & olim partis nova, ambigua, præcipitia malunt. Jam infidæ principum amicitiæ, procerum fides in servile submissa obsequium, adulandi infamis libido, alia denique reipubl. mala, in hac scena spectantur. Quæ omnia excutere, & diligenti observatione examinare, illius est, qui politica profitetur. Itaque non immerito divinus vir Plato identidem hanc facultatem appellat regiam, quippe regum principumque & præstantium in republ. virorum propriam. Cogitanti autem mihi quam viam potissimum insisterem,

visum est, non in philosophorum præceptis hærere, qui politica dum tradunt, rempubl. quandam constituunt in aere, cujus speciem nemo quisquam post homines natos vidit. qui viri si extra chartas & libros, quibus impallescunt, evocentur, næ illi quadam vertigine laborare, & in ignoto orbe posuisse pedem suum videbuntur. Nobis ipsa hominum vita inspicienda est, & eundum ad rempubl. non quæ animo fingitur, sed quæ fuit Romæ maxima & potentissima, quam nobis repræsentat scriptor omni laude dignus, sed omni major Corn. Tacitus. In quo dum versabimur, licebit nobis late excurrere, &, ubicunque libitum fuerit, consistere tanquam in nostro. Itaque nullo tempore nobis defutura est maximarum rerum & plurimarum materies. Pervestigandi erunt omnes animorum motus, quos hominum generi rerum natura tribuit. Agendum de mentis æquabilitate, de constantia, de artibus patriciis, deque omni vitæ morumque ratione. Et antea quidem, cum Tranquilli Julium Cæsarem & Augustum lustraremus, veteris reipubl. prospera & adversa vidimus, ut extincta libertas, stabilitum imperium sit, utque principum magnitudo in illud culmen evecta primum est, in quo diu postea stetit. Cæterum nihil ibi præcipue atrox aut tragicum fuit. Mutata enim quidem reipubl.

reipubl. forma erat, sed tamen stabat legibus suus vigor, & magnis virtutibus ingentia præmia, sceleribus suæ erant pœnæ. Ipsi principes, C. Cæsar & Octavius, quicquid belli impetu prostratum & perculsum jacebat, summa severitate excitabant. At Tacitus nobis aliam rempubl. alios mores, alia tempora exhibet. Post Octavium enim non gradu, sed præcipiti cursu à virtute descitum, ad vitia transcursum. Tiberius enim, Cajus, & qui hos secuti sunt, ex magno imperio nihil nisi licentiam usurpaverunt; cædibus, adulteriis, rapinis quisque principem agebat. Cæterum est hæc conditio principum, ut, quicquid faciant, præcipere videantur. libenter enim imitamur, quæ animos nostros magnis autoribus subeunt. Itaque vitia non solum ipsi principes concipiunt, sed etiam infundunt in civitatem, & plus exemplo quam peccato nocent. Quod cum ita sit, profecto difficile erat Romæ aliquem bonum civem reperire. Permanabat enim à palatio ad privatorum ædes contagio mali, nec jam Cæsari quisquam placere nisi ob vitæ turpitudinem poterat. Possidebant maximas divitias turpissimi liberti, & fuisse præ illis pauper Crassus credebatur. Pauci quidam Græculi, propudia hominum, illam rerum dominam urbem pene totam tenebant, & ex gente togata clarissimum quem-

que & maximum civem in ſcena hiſtrioniam agere docuerunt palliati mendici. Nimirum ita natura comparatum eſt, ut omnia magna in ſe ruant, &, licet arma ac vis hoſtilis abſint, tamen ipſa ſe fata explicant, & cedit oneri ſuo fortuna. Evecta erat ad ſummum res Romana. Quoniam autem nihil in orbe terrarum firmum ſtatumque eſt, ſed perpetuo quodam motu cuncta agitantur, reſtabat, ut, cum creſcere non poterat, & ſtare per legem naturæ neſciebat, reſtabat, inquam, ut decreſceret caderetque. Solet autem plerumque fieri, ut Deus, cujus populi fortunam mutare conſtituit, illius mores corrumpat. Ita efficitur ut caſus tranſeat in culpam. Iam tempus erat ut urbs florentiſſima, fatis ita volentibus periret. ſed, quod miſerrimum eſt, ſuis vitiis. ita, quæ reverentiam imperii armis protulerat ultra Garamantas & Indos, quæ adverſus hoſtes ſemper ſteterat invicta, ſua nunc luxuria, opibus, libidine, vincitur. Hæc omnia Tacitus noſter perſequitur, cum dolore & querela. Polluuntur ceremoniæ, miſcetur fas nefaſque, adulteriis modus non eſt. Plenum exiliis innocentium eſt mare. Nobilitas & opes pro crimine ſunt, & ob virtutes certiſſimum exitium. Graſſantur delatores, & ſacerdotia alii, alii conſulatum ut ſpolia adepti, præmiis ſcelerum gaudent.

Itaque

Itaque ipse ait, *Dedimus profecto grande patientiæ documentum, & sicut vetus ætas vidit, quid ultimum in libertate esset, ita nos quid in servitute.* Tradit hæc Tacitus, ut dixi, omnia, sed fide, ut quisque potest maxime, incorrupta. Quæ sane magna divini scriptoris illius virtus est, & quæ frustra tunc in illius ævi scriptoribus requirebatur. Nam aut nulla ferme erat, aut rara. Plerisque enim qui Tiberii Cajique, Neronis Galbæ atque sequentium principum res gestas annalium monumentis consecrarunt, obstitit aut assentandi libido, aut rursus odium adversus dominantes. Haud facile autem animus verum providet, ubi illa officiunt. At Tacitus nec adulari necesse habuit iis quos non metueret. Iam enim extincti erant: & odisse eos non potuit à quibus nec beneficio nec injuria affectus erat. Nerva enim & Trajano optimis principibus imperium jam tenentibus historiam contexuit, rara temporum felicitate, ubi sentire quæ vellet, & quæ sentiret dicere licebat. Enimvero ita res est, cum de malo principe posteri tacent, manifestum est eadem facere præsentem. De Tyranno autem defuncto liberam vocem efferre haud sinit is tyrannus, qui rerum jam potens est. Itaque cohibentur aut etiam marcescunt ingenia clarorum hominum & eruditorum quos nihil magis excitat & ani-

mat

mat quam libertas, quæ recte à I C.tis appellatur res inæstimabilis. nihil autem tam adversum libertati, quam si aut taceo ea quæ vera sunt, aut fingere quæ falsa sint, cogaris. Ajunt puerorum infantium corpora nullis fasciis apud Germanos astringi, ideoque proceriora fieri. Idem ingeniis evenit. servire nolunt. nisi impetus suos liberos & solutos habeant, enecantur. Sed jam excessit modum præfatio. Pauca enim obiter dicere cum decrevissem, longius me, quam volebam, provexit Taciti amor. de quo autore quisquis præclare sentit, is & sapit profecto, & mecum facit, & Jove æquo judicat. Non immorabor his diutius. causam duntaxat adferam, cur, cum plures sint Taciti libri, præclari hercle, & luculenti, hunc potissimum decimum & tertium, qui est de principatu Neronis, interpretandum publicis lectionibus hoc tempore existimaverim. Enimvero memineram tam annalium quam historiarum libros priores haud ita pridem in hac nostra Academia publice explicatos esse. Itaque actum agere, & quæ ab aliis bene & erudite dicta essent, repetere nolebam. Deinde, cum Neronis principatum inspicerem, visus mihi sum hic intueri omnis exempli documenta in illustri posita à Tacito, ex quibus quisque sibi suæque reipubl. quod imitetur, capiat; inde foedum exitu, foedum

foedum inceptu, quod vitet. Primo ipsum Neronem si spectemus, apparebit quam difficile sit, non inebriari magna fortuna, cujus indulgentia etiam constantissimis viris virtutem ex pectore exturbat. Annum ætatis decimum & septimum agebat adolescens, cum imperium illi, res inter Deos hominesque pulcherrima, obtingit. Magnam adibat aleam populus Romanus cum incertum esset, quo se statim nobilis indoles daret. At ille in summo fastigio tam laudabiliter se gessit inter prima initia, ut Trajanus identidem dicere solitus sit, omnes bonos principes procul abesse à primo quinquennio Neronis. Itaque jam vota publica pene in tuto erant. Nemo jam D. Augustum; nec Tiberii Cæsaris prima tempora loquebatur, principatus illius ad eum gustum, quem dederat, exigebatur. Tali cum esset ingenio, subita juvenem cæpit sui oblivio. Pro continentia libido, pro lenitate sævitia, & plusquam ferina immanitas animum ejus pervasere. Tandem cum deos hominesque testes ac vindices facinorum timeret, eo se perductum sensit, ut non liceret illi mutare mores. Perseverandum fuit, nec ad meliora patebat regressus. Scelera enim sceleribus tuenda erant. Infelicissimus autem est, cui jam esse malo necesse est. Jam enim libertatem amisit. Lysimachus olim

siti

ſiti victus, ſe & exercitum ſuum Getis manus dedit. dein, deditione facta, cu bibiſſet, exclamavit, miſerum ſe, qui ta tillæ voluptatis gratia tantum regnum am ſiſſet. Idem Neroni dicere licuit, ubi eni animi pravis affectibus ſemel morem geſſi & ad ſcelera prolapſus eſt, non potuit denu ad virtutem remigrare. Nimirum ita fie ſolet. Cum ſemel tyrannorum ingeniu dira permovit libido, hanc illis pænam ſt tuit immortalis Deus, virtutem ut ſemp ante oculos poſitam videant, & reliquiſſe illam doleant cum gemitu, & tabeſcan Hæc in ipſa Nerone obſervanda erunt. Ia vero de Agrippina principis matre, quæ re feret Tacitus, eo pertinebunt, ut intellig mus quibus artibus vaferrima mulierum in perium cum filio diviſerit, & uſurparit vel ex æquo. Dein, quod luculentiſſimum eri occurrent hic nobis ſupremæ clarorum vi rorum neceſſitates: ipſa neceſſitas fortit tolerata: & laudatis antiquorum mortibu pars exitus Senecæ, Pæti Thraſeæ, Bare Sorani, & aliorum. Non enim adeo virtu tum ſterile ſeculum erat, ut non & bon exempla prodiderit.

# ORATIO XI.

## *Habita, cum* HORATIUM *publice prælecturus esset.*



UUM initio amici quidam mei, viri eruditissimi, in quibus summa autoritas erat, & amplitudo, vehementer à me contendissent, ut quæ privatis studiis à prima adolescentia consecutus eram, ea in hoc publico literarum ac eruditionis domicilio ad communem adferre fructum, atque aliis tradere auderem; nulla mihi tunc justa neque gravis causa esse videbatur, cur eorum sententiæ repugnare vellem, quorum neque benevolentiam erga me ignorare, nec dignitatem contemnere, nec judicium negligere debebam. Nimirum, quoniam juvenis eram, inhibere assensionem, ne ridicula esset, si male processisset, non poteram: neque tanta eram prudentia, ut mihi potius ipsi de me, quam aliis, licet doctissimis, fidem existimarem habendam esse. Est ætatis hujus vitium quoddam, quod ei familiare est & proprium, temeritas & inconsideratia. hæc non

non consilio, non ratione, sed impetu plerumque & quodam calore dum ad maxima quæque accedit, in primo aditu defetiscitur & labascit. Equidem si paria in contrariis partibus rationum momenta, si incredibilem rei magnitudinem ac difficultatem animo dudum ante & cogitatione ponderassem, facile me ab incepto retraxisset metus quidam, quem unicuique natura pudorque suus attribuit. At nunc verò demum, quum diem illum prope adesse sentiebam, quem primis instituti mei auspiciis in hoc augusto consessu vestro faciendis constitueram; quum me nec temporis, nec rei ipsius, neque honoris mei ratio resilire amplius patiebatur, quæ singula aut non videram ante, aut præterieram, ea me deinde incesserunt & circumvallaverunt universa. Urbs ista, in cujus Lycæo verba nobis facienda erunt, Lugdunum Batavorum est, totius terræ orbis clarissima lux, atque arx quædam omnium penè eruditorum. Hæc nomen universæ Bataviæ, hæc huic genti, quæ per se magna & illustris erat, majorem multo & ampliorem gloriam peperit. hæc omnes artes, omnia præclara studia, quæ & admirabilem dignitatem, & pergratam habent utilitatem, in sinu suo nutrit, auget, tuetur. Non est omnino ulla ora, neque sedes, neque locus, in quo non late longeque hujus

unius

unius sint diffusæ & disseminatæ laudes. Est illud amplum, & singulare, & divinum nescio quid; ac planè ejusmodi, ut neque in existimatione hominum, neque in famæ celebritate quidquam videam altius, quo quidem possit rei cujusquam majestas exurgere. Horrescit mihi animus, contremiscit totum corpus, cadunt consilii mei rationes, in angustum opidò omnes meæ coguntur copiæ, neque omnino quo me vertam, aut quo confugiam, statutum cum animo meo aut deliberatum habeo. Adsunt gravissimi scientiæ & eruditionis patres, universi hujus Academiæ Professores; quorum ego divinitatem non dicam assequi, sed quanta sit, perspicere vix possum. Horum ubi ora & vultus in me omnium conversos video, magnopere quid de me judicaturi sint, pertimesco. Etenim quum nihil contingat in ullo genere ab his præteriri, quod quisquam summo ingenio, acerrimis studiis, optima doctrina, maximo usu cognitum ac perceptum proponere aliis & tradere possit; quid mihi porro expectandum est, aut quid sperabo denique, nisi ut illis vanus esse omnis noster labor, & stulta in docendo opera videatur? De illis, qui huic cœtui intersunt, qui me in hac Cathedra præsentes intuentur & audiunt, loquor. quorum cum excellens magnitudo cogitationes

meas percellit, tum & aliorum quorundam me commovet præſtantium virorum recordatio, qui dudum antequam ex hominum vita ad beatorum religionem & ſanctimoniam demigraſſent, in hoc ipſo, quod nunc aſpicio, templo, in his ſedibus, æternitatem quandam & immortalitatem conſecuti ſunt. Metuo, viri clariſſimi, ne dum liberè & ſine ambagibus, quæ ſentio, proferam, paulo longius me, quam aut modeſtiam aut pudorem meum decet, oratione provehi exiſtimetis. Soleo ego, quoties de virium humanarum imbecillitate, deque communi induſtriæ noſtræ & ingenii natura cogito, tacitè ſic mecum pronunciare, in una gente Principem illum omnium rerum Deum ſubinde, quantum poſſet, expertum fuiſſe, ac ſummos quoſdam ei dediſſe viros, penes quos diu iſtud literarum imperium, & regnum hoc ſtaret eruditionis. Non eſt credendum eos aut ſola magnitudine contentionis, aut ſtudio gloriæ, aut animi nobilitate ad hæc inuſitata & ſumma pertigiſſe. Fuit fatum quoddam, fuit quædam illis divinitus adjuncta fortuna, quæ mihi videtur fines eorum ſcientiæ multò longius, quam natura ipſa voluit, protuliſſe. Intelligo, clariſſimi profeſſores, ad vos ſimiliter, quotquot huc jam conveniſtis, eadem omnia jure & merito

vestro pertinere. Idcirco enim in his, qui obiêre, laudandis magnificè se extulit oratio mea, ut, in quorum locum semel successistis, eorum vos gloriam, & splendorem, & præstantiam aut æquare ostenderem, aut vincere. Quæ cum ita sint, profecto valde me & mei, & facti hujus pœnitet, qui in hanc sedem nunc fuerim ascendere ausus, quæ summorum hominum olim, & nunc vestra quotidie eruditissima voce solet personare. Enimvero hanc ego tam insignem, tam singularem loci hujus celebritatem, sicut ad honoris mei fructum atque existimationem duco esse aliquid permagnum, ita ad anxietatem meam, sollicitudinemque multò majus. Versantur enim in animo meo multæ & graves cogitationes, quæ memetipsum mihi subinde, & tenuitatem hanc meam pleno quasi speculo repræsentant. Sed profecto initio quid ageremus, diligenter fuit & maturè considerandum. Nunc quidem, quum mutato consilio alium tenere cursum non licet, quod & artis est, & solum nobis restat, necessitati, quo quo nos feret, obsequemur. Vos, studiosi juvenes, quos ego ut amicos, & pares, & ejusdem contentionis socios colui hucusque, & porrò etiam colam, oro atque obsecro, adhibeatis in me audiendo benivolentiam, in defendendo fidem, quam soletis. Vos ego,

vos, inquam, & vestros omnium animos verecundiæ meæ, pudoris, modestiæ testes esse atque arbitros cupio. Nam ita mihi & vobis, in omnibus meis vestrisque rebus optatis, fortuna respondeat, ut ego, quicquid in hac re mihi susceptum est, non ambitione, non gloriæ cupiditate, suscepi, sed eruditionis honesto quodam & laudabili amore. Etenim, quum in hac quærenda literarum cognitione, infinitum quiddam sit & immensum, quod omnium penè infringit spem, & vigilantissimi cujusque fatigat industriam; facile divinabam fore, ut langueret juventus mea, neque perinde, atque debebat, in hoc præclarum studium incumberet, si præter se, nullo alio laboris sui teste, nullo judice frueretur. Nunc in vestro quotidie, conspectu, in vestro ore oculisque versans, animi quodam impetu efferar ad ea etiam tentanda, quæ me assequi unquam posse, nescio qua desperatione diffidebam. Omnia mihi in cura, animi attentione, vigilantia, labore posita erunt: neque verebor impedimenta sive naturæ meæ, sive ætatis, diligentia industriaque superare. Cæterum non committam, ut, quod toties ab aliis actum fuit, id nunc agere rursus, ac literarum vobis difficultatem, usum, dignitatem velle commendare videar. Satius est hoc tam insigne munus ineptis & febriculosis

quibus-

quibusdam hominibus relinquere, quibus declamatorum scrinia, & locos, ut sic dicam, communes compilare mos atque usus est. Unum modò hoc, quod vos scire omnes vestrâ magis, quàm meâ refert, illud est, Me, quum de instituti mei ratione diligenter, ut debui, cogitarem, decrevisse in hac literarum interpretatione libero animo & erecto, quo quo versum evagari, ac cæterarumquoque excutere disciplinarum adfinitates, quæcunque forte ad hanc rem, ut est ejus multa & magna diversitas, pertinebunt. In hoc enim tanto tamque immenso campo, cum licebit nobis latè excurrere, atque ubicunque libitum fuerit, consistere tanquam in nostro, magna spes est nullo nobis tempore defuturam maximarum rerum & plurimarum suavitatem, copiam, varietatem. Enimvero, quod in more hujus Academiæ, institutoque summorum virorum, qui hic vivunt, positum est, sequemur. Cæteris verò pusilli animi, & stultæ ambitionis hominibus, qui magno conatu, & mirabili molitione ineptiunt, relinquemus quod suum est. Nam neque nos illorum sordes in tam illustri loco contrectare decuerit: neque vicissim ferendum nobis erit, ut eorum vel impudentia, vel inscitia, vel nugacitas, in hanc meliorem nostram doctrinæ possessionem, quasi caducam atque vacuam irrum-

pat. Scio reperiri præterea aliud hominum genus, qui falsò se criticos, hoc est, literarum judices, dici atque haberi volunt. Horum omnis scientia in verborum angustias, & in syllabarum angulos detrusa est. Ibi latitant, ibi regnum suum, ibi imperium habent. Ad lucem vero hanc, ad hæc præclara & sublimia si semel & forte casu quodam prorepserint, jam illi profectò obstupescere, & attoniti esse, & in alio quasi orbe posuisse pedem suum videntur. Nos cum his quoque, sicut cum altero illo genere, divortium facimus. res illos suas habere, & miseros esse, & plorare etiam jubemus. deleant, mutent, transfigant voculas. sint magni, sint sapientes, sint eruditi, sed sibi tantum. non moramur, non pugnamus, non invidemus. miserari potius, aut ridere libet. Exile enim hoc est, & humile, & nihili, quod totum in singulis prope literis atque interpunctionibus verborum est occupatum. Obsecro vero vos, studiosi juvenes, quale hoc tandem est, aut quid de his videtur vobis? Me quidem profecto vehementer & pœnitet eorum, & piget, & tædet: neque jam illis amplius, sed magistris eorum invideo, qui eos tam longo tempore, tanta mercede nihil sapere docuerunt. Sed reprimam me. neque enim constitueram in hos homines dicere, qui, ut sunt humiles, oppleti tene-
bris

bris & ſordibus,ſplendorem veræ doctrinæ, dignitatem illius nominis, magnitudinem tantæ rei, nec intueri, nec ſuſtinere, nec capere poſſunt. Nobis ſatis erat breviter, quid in his literis ſequi vellemus, indicaſſe: quod cujuſmodi ſit, magis jam ex aliorum contentione, quàm ipſum per ſe intelligitur. Etenim quum ſemel ea audiviſtis, à quibus mea longiſſime ratio voluntaſque abhorrebit, videtis quæcunque in ſcientiis, in rerum ipſarum cognitione adhunc ſuperſunt, eorum omnium noſtram poſſeſſionem, & jus, & proprietatem fore. In manibus nobis poſthac erit Quintus Horatius Flaccus, omnis memoriæ, atque omnium, qui in hoc genere nomen habuerunt, ſummus & graviſſimus ſcriptor, de quo veteres univerſi, id quod maxime facit auctoritatem, tanta & tam præclara judicia fecerunt. Hujus ego me partem aliquam profiteor ſuſcepiſſe explicandam, magnum fortaſſe onus, & mihi periculoſum: veruntamen dignum, in quo aliquantiſper omnes nervos ætatis induſtriæque meæ contenderem. Initium autem nobis à Satyris erit, quod genus ſcripti maximè omnium eruditum, & acutum, & liberum habetur. Nulla vitæ forma eſt, nulla officii ratio, nihil ulla in parte rerum omnium, ex qua non hic, quotieſcunque opus eſt, ſicut res petit, aliquid hauritur.

neque enim profectò existimare libet, totum hoc genus ad ludum magis & jocum factum esse, quam ad severitatem, & ad quædam graviora atque majora, quæ reconditis in disciplinis, & in quadam varietate doctrinæ versantur. Nimirum, sic vita hominum est, ut summo errore omnes, & maximarum virtutum neglectu ætatem agamus. Tum & ipsi nobis genuimus falsas opiniones, persuasionesque aniles, & superstitiones penè ridiculas. ipse animus anxius ad nugamenta quædam, indulgens sibi, atque omnia, quæ sequitur in vita, quæque fugit, libidine sua ponderans, recti & veri partem nec attingit ullam, nec unquam velit attigisse. nemo in se descendit, nemo qua in statione locatus sit, quid se deceat, attendit. Quod videri quisque vult, hoc & esse se credit, & fidem aliis facit. dicendum aperte est: histrioniam in hoc mundo, tanquam in theatro agimus, & summam stultitiam tegimus sapientiæ simulatione. Hanc larvam noster Flaccus detrahit; omnium terga, omnium vibices nudat. neque quenquam patitur in aliena pelle delitescere. Ad hæc ars quoque accedit, & tangendi dexteritas. non enim sævit impotenter, neque sine modo invehitur in hominum vitia, sed parcit viribus suis, atque consultò

eas

eas extenuat. sermo quoque tristis modo est, modo jocularis, quique omnium vicem, ut res ipsa fert, defendit. Ita fit, ut etiam eos, qui stupidissimi sunt, & communi sensu fermè carent, multo jam sale defricari, & sapere tandem, & videre aliquid necesse sit. Varium est, & multiplex, & dissimile insanientium genus. Quidam nihil mediocre, nihil moderatum amant, sed extrema omnia, libidine adeò magis, quàm deliberata voluntate sectantur. His in Cupiennio suus locus est. Nobilium ineptam jactantiam, studia cupiditatesque ambitiosorum Tullius exagitat. In Ofello prodigorum, & vapparum, & nepotum res perditur cum fama. Catius Epicureos in partes vocat: in quo summus decor, admirabilis inventio, inusitata lepiditas apparet. Jam alibi vero quam præclara multa sunt, quam divina! Olim Cittiëus quidam advena & ignobilis, sed summo ingenio vir, insinuaverat se in antiquam philosophiam. Zenoni nomen ei fuisse fama est: cujus inventorum æmuli, Stoici adhuc nominantur. Hujus præcepta & sententias in togata illa gente non plebeji quidam, sed multi summi homines & excelsi sequebantur, quos ipsa finxerat natura ad gravitatem, temperantiam, animi magnitudinem. sed erant hi, ut

ſit, in alteram partem vehementes nimis, neque modum, quod primum eſt, tenere poterant. Multa enim aſſerebant hujus generis, Peccata omnia paria eſſe, nec minus puniendum eum, qui ſtrigilem furatus ſit, quam qui Jovis raſerit aureum femur. nunquam cujuſquam delicto ignoſci debere. præter ſapientem, cæteros omnes inſanire: unum illum, etſi mendiciſſimus ſit, divitem, atque etiam regem eſſe. Eripiendus fuit iſte error, eludenda hæc opinio, quæ à natura ipſa, & à communis vitæ conſuetudine tantopere abhorrebat. Igitur huic rei Tigellius, & integer Damaſippus dicatus eſt: quorum in altero tanta doctrinæ copia, tantum lumen ingenii, artis, induſtriæ eſt, ut admirabile ſit, quantum inter omnes unus excellat. Nondum hæc vigeſima pars eſt. & tamen ſic quoq; circumfluimus omni copia, atque in magna rerum abundantia ſumus. Credite, Auditores, credite non eſſe nobis uſitata via, aut mediocribus conſiliis ad horum explicationem procedendum. perveſtiganda enim erit omnis antiquitas. noſcendi omnes animorum motus, quos hominum generi rerum natura tribuit. agendum de mentis æquabilitate, de ſapientia, de juſtitia, de omni vitæ morumque ratione. Præterea pertinebit eodem lepos quidam, venuſtaſque libero homine digna, & acumen

men in lacescendo mira felicitate & urbanitate conjunctum. quæ quidem singula dum in Flacco persequemur, video quoque necesse nobis fore, ut de aliis, qui in hoc eodem genere cum illo contenderunt, judicium subinde nostrum, sententiamque pronuntiemus. Illud enim profecto constat, non eandem omnium laudem, neque parem in conando fuisse singulorum felicitatem. Quare & Persii morositas aspera nimis & inutilis & odiosa exagitari potest. Et juvenalis æstuantiam atque luxuriem ingenii non semel sophistæ cujusdam ostendemus & declamatoris esse propriam. Sed nimirum jam tempus est, ut orationi modus aliquis, & finis tandem sit. Ego, quæ huc usque à me dicta sunt, amici juvenes, illuc contuli universa, ut præclarum aliquid, & luculentum, & laude dignum saltem me velle & conari intelligeretis. Cætera, quæ de exitu optare licet, in Dei optimi maximi potestate, & in vestro omnium favore atque benivolentia posita mihi esse existimo. Quanquam, ad vos quod attinet, equidem nescio qua fretus vel amoris vestri, vel mutuæ nostræ consuetudinis fiducia, totus jam in optimam quandam spem, opinionemque sum ingressus. Scio enim, quoad longissimè possum adolescentiæ meæ memoriam recolere ultimam, ita me semper inter nos

vixisse,

vixisse, ut in scientiarum studiis liberalissimis quotidie, doctrinisque una cum vobis amicè, & pari voluntate versarer. Hanc nostram conjunctionem, hanc conspirationem, hanc jucundissimam vitæ & laboris societatem porrò stabilem & perpetuam esse, si ita vultis, cupio. Non me profectò fastus quidam, non me gravis & intolerabilis illa ingenii aut doctrinæ arrogantia versabit. Procul ego hanc tetram belluam ab animo isto exclusam, ab isto pectore remotam esse affirmo vobis & juro. Quod si vero quidam sunt, qui omnia sibi quum deesse vident, multa tamen labore, studio, vigilantia consequi se posse credunt; in his ego, in his liberè nomen profiteri meum non erubesco. Cæterum à vobis, clarissimi Professores, veniam facti mei jam amplius non peto. Ipsi enim novistis, sicut ad hunc usque diem omnia à vobis didici, ita jam quoque necesse esse, ut in posterum mihi doctrinæ, nominis, laudis auctores & parentes sitis. Vestris ego judiciis, quæ de me sunt, triumpho. ac nunc quoque conspectu vestro & frequentia hoc ipso tempore atque hoc loco gaudeo & glorior. Vobis autem cæteris, dignissimi viri, quid omnino dicam, equidem non reperio. Fateor enim hunc diem longè mihi maximum, & illustrissimum fuisse.

Ete-

Etenim, quum tanti vobis humanitas vestra, & summus erga me amor fuerit, ut quanti me faceretis, publicè sic significare veriti non sitis, uberrimum profectò vitæ meæ fructum consecutus sum. Ego, sicut hoc tanto & tam inusitato honore indignum me nunc esse scio, ita in posterum, ut meruisse eum aliquando videar, omni cura & diligentia providebo.

---

# ORATIO XII.

## *Habita, cum Juvenalis explicationem ordiretur.*



Ostquam ad explicandas Flacci nostri Satyras operam meam, curamque aliquamdiu contuli, eaque vobis exposui omnia, quæ in illis diligenti observatione digna mihi esse viderentur: tandem nunc priore illo instituto sive relicto, sive intermisso, paulisper animo meo morem gerere, & quid in cæteris quoque hoc genus scriptis præstare possim, experiri consilium mihi est. Quæ igitur res benè atque felici-

ter mihi vobiſque omnibus eveniat, *Junius Juvenalis*, author locupletiſſimus & graviſſimus in manibus deinceps nobis erit. Atque ego quidem, quum initio diligenter, ſicut debebam, rationes omnes, omnia momenta perpenderem, unus iſte & ſolus poſt Flaccum mihi dignus fuit viſus, in quo ingenium noſtrum induſtriaque hoc quidem tempore verſaretur. Certè enim neſcio qua fatorum iniquitate factum ſit, ut cæterorum omnium, qui iſtud ſcribendi genus ſecuti ſunt, aut nulla ad nos monumenta niſi lacera & disjecta pervenerint, aut ſi quis præter hos duos integer etiamnunc & incolumis extet, ejus tamen jactura magnum nobis dolorem adferre non facile potuiſſet. Enimvero Perſius, quamvis juxta cum utroque illo ad hæc tempora noſtra tranſmiſſus ſit, atque alterum etiam ætate antecedat, neutri tamen accenſeri debet, cum utrique impar ſit: planè ut veterum quorundam magnificam de illo prædicationem mirari potius libeat nobis, quàm ſequi. Nos, quibus nihil ne ex ipſa quidem antiquitate placere poteſt, niſi quod ſumma ſolertia repertum, admirabili arte elaboratum, judicio ſingulari perfectum ſit: poſtquam ſatis animum noſtrum Flacci ille genius, & divina dexteritas tenuit, jam nunc in hac juvenalis gravitate, & ſplendore, atque magnitudine con-

conquiescemus. Ego, quoties utriusque scripta inter se contendere soleo, non semel miratus fui, qui fieri potuerit, ut in eodem genere uterque parem quidem laudem, sed diversissimam tamen, consecutus sit. Nam & Flaccum cum inspicerem, omnia, præ illo sordere existimabam: & rursus alter hic ita me percellebat, ut quid usquam simile ei esset, non viderem. Est profecto, est uterq; maximus, sed peculiari quadam & sua laude. Quod quisquis non attendit, is verò judicio falli, &, dum alteri universa tribuit, temere alterius magnitudini multa mihi deterere videtur. Equidem sic omnino sentio, si quis in scriptore Romano antiquam illam Græcorum eruditionem, si veteris comœdiæ felicem dicacitatem & jocosam licentiam quærat: si illorum, qui se sapientes olim & haberi & dici voluerunt, aut præcepta, aut errores consectetur, ad Horatium illi eundum esse. Videbit in illo ipsas illas doctas Athenas Atticas: videbit ingenii urbani admirabilem vim, non illam quidem effusam, & nudam, sed singulari industria restrictam, & planè talem, ut veteres illi, Eupolis, Cratinus, Aristophanes, si fato in istud ævum delati forent, viribus suis parcere, & ingenio moderari, uno hoc magistro discere potuissent. Jam verò illa non disputantium, sed somniantium Philosophorum deliramenta,

menta illas Zenonis famelicas ineptias, & quicquid pater Chrysippus, aut diversa parte Epicurus nugatus erat, solus ille, aut certè nemo hoc felicius risit, vexavit, elusit. Non fallam ego vos, lectissimi juvenes, neque animos vestros inani spe & vanis promissis tenebo. Non habet hac parte quidquam magnopere quod Flacco opponat noster hic: & tamen, si quæ mihi fides esse debet, credite illum quoque pariter magnum & excellentem esse. alia enim sunt, quæ illi præstantiam suam adstruunt, non deteriora profecto, neque his minora. Est enim in illo dicendi quoddam genus candidum, plenum, rotundum. omnia scitè, non plebeja quadam ratione posita. acumina divina. argutiæ frequentes. acrimonia vehemens, & amarulenta. tum & argumentorum mira ubertas, & inventionum vis quædam luculenta, & quod illi ubique proprium est, vivida. Quæ quidem omnia eâ virtute sunt, ut animus noster, dum ad illa attendit, quoquo versum varie agatur. Nam & ad iram sæpe impellitur, & mœrore subinde jacet, & rursus magnis cogitationibus impletur. Cæterum hoc ipsum eo magis contingit, quo ipsæ illæ res, quas persequitur, majores magisque seriæ sunt. Non enim in Stoicorum spinis hæret, neque reliquorum hoc genus hominum decreta convellit:

vellit: sed per principum & magnatum domos ambulat, penetralia illorum recludit, quid quisque fraudulenter, quid scelestè, quid servili ingenio agat, notum omnibus & apertum facit. Vivebant illo ævo Galbæ, Othones, Vitellii, Domitiani. Vivebant prostibula palatii, proceres quidam & alii homines ex omni vitiorum colluvione concreti. horum ille flagitia & dedecora sic traducit, ut, si nulla eorum memoria in historiarum monumentis extaret, nos tamen ea nunc ignorare non possemus. Est in manibus hominum (& vero diis immortalibus gratiam habemus) est, inquam, in hominum manibus scriptor omni laude dignus, sed omni major, Cornelius Tacitus. hujus commentarios si quis cum istis Satiris componat, plane turpitudinem videbit illius seculi. uterq; enim & mores, quibus tunc Romæ viveretur, & illorum formam temporum in oculis omnium conspectuq; posuit. Quanquam noster tamen hic tantò majori cura singula, quæ huc spectant, persecutus est, quanto acutius omnia inspicere solent, qui vitia hominum perstringere, quam qui ea tantum modo narrare student. Quæ cum ita sint, operæ pretium erit totũ illud, quicquid hujus est, diligenter excutere, omninoq; animos nostros ad illius ævi memoriam, & ad historiarum fidẽ revocare. Atq; hæc quidem

ſuis ſingula momentis ubi ſe nobis offerent, videbimus. Nunc, quod neceſſe eſt, quodque temporis me atque hujus loci ratio monet, quæ porro dicenda mihi ſuperſunt, paucis expediam. Ego, cum litterarum renaſcentem hanc lucem animo & cogitatione intueor, nulla me magis re beatum eſſe intelligo, quàm quod eo nunc ſeculo natus ſim, quo non ad diſcendum modo univerſa, ſed ad bene quoque & ſubtiliter de omni veterum eruditione judicandum admirabilis progreſſio facta eſt. Quod ſicut profecto magnum & divinum eſt, ita illud longe majus multoque excellentius, quod hac parte, ut quiſque maximus eſt, ita libertatem ſentiendi & ipſe ſibi vendicat, & aliis permittit. Vivunt igitur hac ætate viri inuſitato judicio, divino ingenio, incomparabili doctrina: quorum quæ ſententia de hoc ſcriptore ſit, nemini eſſe obſcurum poteſt. Enimvero illi, cum in Iuvenale cætera non probarent modo omnia, verum etiam admirarentur: tamen & urbaniores illos Flacci jocos vehementer in illo requirebant, & perpetuam illam ejus ferre non poterant indignationem ac immoderatam acerbitatem. Nos, qui neq; judicium illorum, quod apud me permagni eſt, contemnere, neq; tamen authori noſtro hac parte deeſſe poſſumus, quod & licet nobis, & illorum æquitas fert, medium aliquid

inter hæc ſequemur. Vitia, enim, quæ defenſum ire, nunc non volumus, ac fortaſſe etiam non debemus, excuſabimus tamen, ut potius ab alia quacunque cauſa, quam ab hujus ingenio fuiſſe videantur. Equidem illud conſtare inter omnes arbitror, Satirarum ſcriptoribus hoc unum conveniens eſſe, ut illorum, inter quos ſunt, hominum mores vitamque inſectentur. Hoc cum & Flaccus multo ante, & diu poſt illum fecerit hic noſter, in eodem quidem genere uterque, ſed tamen diſpari ratione verſatus eſt. Vidit enim alter beatum illud & vere auguſtum Octavii Imperium: Remp. optimis legibus, fortiſſimis viris florentem. cum audatiſſimus Princeps, quidquid belli impetu proſtratum & perculſum jacebat, quicquid armorum civilium licentia in perniciem publicam converterat, ſumma & prudentia & ſeveritate excitavit, Reique publ. præſidia ſua omnia, omnia reddidit ornamenta. Nemo erat in tanta rerum felicitate, qui ipſo principe magis juſtus, & bonus, & temperans videretur. Ab hoc uno exempla vitæ petiit quiſque & tulit: tantoque ſe propius ad illius magnitudinem accedere ſinguli, quanto meliores eſſent, judicabant. Igitur non ad aliud magis, quam ad virtutem contendebatur: neque jam vulgo lex Roſcii, ſed puerorum iſta nænia, quam

Curii olim & Camilli decantaverant, in ore omnibus fuit, *Qui recte fecerit, Rex esto.* Inter hos fuerunt tamen nonnulli, ut in vita fieri semper solet, homines vel natura & ingenio, vel prava consuetudine vitiosi. Nam & Nævium forte avaritia transversum agebat, & Nomentanum sua luxuria & prætorem aliquem Tullium sua ambitio & superbia. Hæc illa erant, quæ Flacco relinquebantur, quæ perstringere & carpere poterat. Tum & si quis Crispinus scribendi morbo laboraret, si Alpinus versus ineptos, Furius turgidos dictaret, id omne libellorum ejus quasi farrago erat. His tam levibus tam usitatis vitiis si Flaccus vehementer iratus fuisset, profecto ille mihi impotentis animi, & ingenii nimisquam morosi haberetur. Nunc risit suaviter, & lusit, & facetus fuit. Naturæ enim suæ, id quod maximum puto, cum posset, obsecutus est. Horum nos omnium à Iuvenale nostro, quem pariter sæculi quidem sui, sed longe tamen diversi, vitia exagitare oportuit, nihil quidquam magnopere postulamus. Cujus rei ut causa qualis sit intelligatur, cogitandum nobis est quibus finibus ridiculorum natura stare debeat. Nimirum veteres illi omnis ingenii & eruditionis principes, cum de toto hoc genere sapienter & acute, ut solent omnia, disputarent, eam esse adhibendam in jocando mode-

moderationem censuerunt, ut materies omnis ridiculorum in illis esset vitiis, quæ sunt in vita hominum mediocria & tolerabilia. Quod si aliqua esset improbitas insignis & scelere juncta, ejus turpitudinem majori quadam vi, quam ridiculi, vulnerandam esse. Profecto ita se res omnino habet. Quemadmodum hominum quorumdam miserorum calamitas non risum nobis movet, sed miserocordiam, neque facile quisquam cordatus afflictorum capitibus illudit, nisi forte sese insolenter jactent: Ita quæ sunt facinorosa & improba, odio potius & indignatione, quam jocis & salibus digna sunt. Nunquam enim erit, ut ea bellè ludantur, quæ nemo sine ira cernit. Hæc si vera sunt, ut sunt profectò, abducere nos cogitationem aliquantisper nostram ab ipso Augusti ævo decet, ut quæ deinde secuta sint misera & extrema Reip. tempora, qui hominum mores, cum quibus noster hic, & cæteri viri boni, tanquam cum peste quadam certarunt, intelligamus. Est hoc omnibus summis imperiis annatum, ut à felicitate vitium tandem trahant, & magnitudo illis sua perniciosa sit. Primum enim animus principum inflatus temere & insolens, dum humana omnia infra se posita videt, falso, quæcunque potest, etiam licere sibi existimat.

Ita à continentia ad libidinem, à temperantia ad luxum, à lenitate ad sævitiam descifcunt. Pietatem, fidem, & cæteras, quas optimus quisque colit, virtutes, inter privatorum bona numerat: ne, si his quoque legibus astricti sint, precario regnare videantur. Accedit huc malorum omnium extremum, fides amicorum in obsequium servile submissa, dum nemo illis ex animi sui sententia suadet, dissuadetque; sed adulandi certamen est, & una omnium cura, quis blandissime fallat? Non est mihi propositum causas impotentissimæ dominationis altius repetere; ipsi enim vos, unde hæc sint, intelligitis, cum, quid factum sit, videtis. Viguit diu, crevitque suis momentis Cæsarum improbitas, & in Domitiano tandem, qui novissimus fuit, substitit. Ultra hunc, quo progrederetur, non habebat. Et profecto videtur id in fatis fuisse, ut semel ille, quid ultimum in sceleribus & flagitiis esset, ostenderet. In hac civitate, & sub hujusmodi principe aliquem bonum civem reperire, difficile erat. Permanabat enim à palatio ad privatorum etiam ædes contagio mali, neque jam Cæsari quisquam placere, nisi ob vitæ turpitudinem, poterat. Jam immane crimen erat, innocentem esse: &, ne quis credat parum infesta virtutibus tempora fuisse, etiam bonos laudare

dare non licuit. Thraseam aliquis forte & Helvidium sanctissimos viros appellaverat, & satis causæ fuit, cur omnes virtutis & sapientiæ Professores urbe Italiaque submoverentur, ne quid usquam honestum occurreret. Juliam legem non adeo frequenter jam, quam Scatiniam violabat uterque ordo. Peragrabatur nocturnis comessationibus civitas: ipsum forum, ipsa rostra, ex quibus leges ferebantur, in stupra placuerunt. Possidebant maximas divitias turpissimi liberti, & fuisse præ illis pauper Crassus credebatur. Pauci quidam Græculi, propudia hominum, illam rerum Dominam urbem pene totam tenebant, & ex gente togata clarissimum quemque & maximum civem in scenam & ad histrioniam descendere docuerunt palliati mendici. Postquam semel tristissima illius seculi imago ante oculos posita nobis fuit, jam porro ipsa res, etiam me tacente, pro Juvenale nostro loquitur. Ille enim profecto, cum propria hæc & peculiaria perditissimæ urbis vitia, penè in utero matris concipi videret, Comica festivitate ridere ea non potuit, præterire autem non debuit. Igitur, quæ tristis, & demisso vultu spectabat quotidie, eorum fœditatem magna indignatione persecutus fuit, & cum urbanitatem illi suam eriperet hominum flagitiosa mali-

tia, ad scribendum tamen vel iratus se contulit. Quare Flaccus quidem, quod *ludit* perpetuo, & jocatur, seculi sui beneficio usus est. noster alia secutus fuit plerumque, & subinde etiam hoc ipsum. Nam & salsè quædam dixit, ne quis ingenium ei hic defuisse credat, &, quia raro hoc licuit, continuit se ferme semper, ut jam totum hoc judicii fuisse videatur. Dixi vobis quæ ad causam præstantissimi scriptoris, & ad ea, quæ in illo ut plurimum reprehenduntur, pertinere censebam. Culpam enim, quam tollere nolebam, minuere tamen placuit. ut temporum necessitas tam naturæ ejus aliquid præripuisse, quam obtulisse judicio, putaretur. Cætera, quæ de hujus præstantia, de dicendi admiranda vi, de amplitudine & majestate adferri poterant, prudens prætermittam. quia & infinita sunt, & jam alii ea dudum occupaverunt.



ORATIO

# ORATIO XIII.

## Recitata in exequiis Viri Clarissimi ÆLII EVERARDI VORSTII Medicinæ Professoris Primarii.



ANDEM ergo perfuncti estis, extremo pietatis munere, Auditores, & quicquid manibus viri clarissimi præstantissimique debebatis, persolutum nunc est. Nihil jam restat quod in hoc luctuosissimo actu peragi à vobis amplius oporteat, postquam hoc cadaveris depositum terræ mandastis. Quotquot sunt vestrûm, quos ex tanto Academiæ vulnere dolor animi ac perturbatio dejecit, quiescere jam vobis, ac mœstissimæ cogitationis secreto frui licet. solus ego sum, qui in hac hominum celebritate verba meditari, & justis laudibus prosequi defunctum debeo, quem sua virtus, & ingentia in Academiam merita majorem omni humanâ prædicatione fecerunt. Enimverò qui nihil denegare vivo solebam, haud debui illud recusare, quod tam obnixè pe-

tebant optimi heredes, in quibus ille superstes adhuc est. Neque rejicienda *amplissimi* senatus Academici intercessio erat, quæ jure meritóque à me impetravit, ut, qui me proximè in hoc rectoris Academici munere antecessit, cujus ego partes & dignitatem novissimè suscepi, ejus nunc manibus extremum hoc officium impenderem. Equidem sollicitus non sum unde laudationis argumenta conquiram. Proponenda mihi simplicissima relatio est earum rerum, quæ ad defuncti vitam, studia, atque instituta pertinent. quæ singula ejusmodi erunt, ut repræsentare nobis jucundissimam magni viri memoriam possint. Natus est eximius noster collega Ruremundæ, antiqua Menapiorum sede ad Mosæ & Ruræ confluentem, ex Vorstiorum clara in illo tractu familia, quæ jam ante patrum memoria protulerat spectatissimos viros Johannem Vorstium Brabantiæ Cancellarium, & Petrum Johannis filium, Episcopum Aquæpendentis, & auditorem Rotæ ad urbem. Nec defuit ejusdem nominis, Nicolaus Vorstius, cui non multis abhinc annis singularis eruditio famam & claritudinem attulit. Jam puerum parentes ea severitate atque ejusmodi domesticis institutis ad optimarum rerum cultum formaverant, ut sincera illa & integra ac nullis pravitatibus de-

torta

torta natura mox præceptoribus tradita toto statim pectore arriperet artes honestas. Solet Deus Optim. Max. quos provehere ad summum destinavit, per multa dura & aspera tentare, ut variis jactati casibus virtutis tandem suæ atque constantiæ ingentem mercedem ferant. Incidit imbecillis ejus ætas in maximos reip. nostræ fluctus, per quos patria & fundis avitis religionis causa exutus, ac cum parentibus in Bataviam delatus, nunquàm tamen à semel cœpto vitæ genere, quod positum in literarum studiis erat, deflexit. Ac primùm quidem illustrem hanc nostram disciplinarum & bonæ mentis arcem, Lugdunum, inquam, Batavorum adiit, in qua Justo Lipsio, aliisque claris viris operam dedit, quos vel vidisse tantum, non dicam audivisse, pulcrum illo tempore atque gloriosum erat.

Mox in Germaniam ablegatus, cum ultra quadriennium Heydelbergæ primùm & apud Nemetes, deinde Coloniæ Agrippinæ Philosophiam omnem ac Medicinam addidicisset, in Italiam terrarum omnium Reginam profectus est, in qua artem Medicam summè excoli & in pretio esse jam ante didicerat. Hic ex ore & disciplina pependit plurium Medicorum, quos ea regio tunc habuit toto terrarum orbe clarissimos, Capivaccii, Mercurialis, Aquapenden-

tis,

tis, Iohannis Costæi, Caspari Taliacotii, Hieronymi Brasavoli, Alphonsi Catanei Archiatri, & Bernardini Paterni. Adhæc in Philosophia præceptoribus usque Jacobo Zabarella, & Francisco Piccolominæo, etiam ad Ulyssem Aldrovandum se applicuit, cujus familiaritatem & hospitium nactus incredibile dictu est quantum profecerit ex tanti viri consuetudine, cum in omni scientiarum genere, tum præcipue in stirpium & rei herbariæ cognitione, in qua illi summa autoritas nostro ævo fuit. Ab illo totum rerum naturalium apparatum, historiam fossilium & metallorum, animalium quadrupedum, volucrium, aquatilium, reptilium, & insectorum hausit, Ipse ille Aldrovandus quanti eum fecerit, grandi documento quod omni ære perennius est, posteritati significavit, cum in Ornithologiæ libris luculentum eum testem laudat, industriamque ejus, & operam ac fidem in his abditis naturæ mysteriis sæculo commendat. Scio hoc plerisque invenire ut ingenia licet magna & fælicissima non tamen plus quàm in uno ferè emineant. Quod si qui sint, qui variarum rerum scientiam eâdem felicitate in unum conjunxerunt, inesse in his quiddam admirabile ac prope divinum omnes rectè existimant. Id autem præ cæteris quâdam nascendi sorte contigisse beato nostro seni,

quis

quis est omninò nostrûm qui nesciat? Utique præter earum rerum cognitionem, quas jam retuli, quæ sanè maximæ ac difficillimæ sunt, linguas insuper calluit non Græcam tantum & Latinam, sed Italicam quoque, Hispanicam, Gallicam ac Germanicam. In Historia, in antiquitate ac numismatis & annulis veterum ita versatus, ut quisquam optimè. Sæpe retulit, ex Numismatis antiquis olim se memoriter didicisse nomina omnium Orientis ac Occidentis Imperatorum Romanorum, ita ut eo ordine, quo regnassent, recitare eos posset omnes. Inter hæc cum non ad pompam tantum, neque ad speciem doctus esset, sed ad usum & vitæ commoda traducere vastam illam suam atque ex omni parte solidam scientiam cuperet, in aula principum crebro versari, multorumque nobilium & magnatum amicitias sibi comparare ausus, per Magnam Græciam primum, perque Messapios & Brutios, ac deinde Neapoli apud Dynastas & primores illius gentis Medicinam feliciter & magnis certisque experimentis fecit, donec tandem in patriam, à qua abesse amplius non potuit, post annorum XIV peregrinationem reversus, ingentes illas dotes eruditionis, ac ingenium multa exercitatione subactum inclarescere

in hac nostræ reip. luce voluit. Neque profecto tanta viri virtus diu delitescere aut omninò esse sine honore ac mercede potuit. Statim eum Delphos Batavorum honesto stipendio evocavit Comitissa Meursensis. Nondum in ea conditione exactum biennium erat. Perspexerat inusitatam ejus doctrinam, & summam rerum peritiam magnus ille literarum dictator Iosephus Scaliger; qui, quemadmodum Academiæ nostræ decus ac majestatem augere semper studebat, sponte sua apud eos, ad quos hæc res pertinet, effecit, uti ad publicam Philosophiæ professionem honorificè accerseretur divinus noster senex, ac in locum viri clarissimi Petri Molinæi, quem Parisienses ad sacrum Ecclesiæ ministerium vocaverant, succederet. Ille verò nihil admodum animo cunctatus, etsi in principum comitatu esse poterat, ac jam aditus illi patere ad Hagiensem aulam cœpisset, tamen Academiam & honestum in ea ac literatum otium maluit. Sciebat luculentam & gloriosam esse Professorii ordinis vitam, cum versetur in iis studiis artibusque, quibus sine ambitione, sine prensationibus summa nominis claritudo paratur, quæ memoriam magnorum hominum in secula transmittit, & posteritati eos, quæ semper ipsos intuebitur, repræsentat. Meminerat cætera mortis esse:

at

at gloriam illam, quæ ingenii nobilitate quæritur, æternam fore, quæ annis adeo non consumitur, ut vires sit ab illis acceptura, & tempore ipso major meliorque futura. Nam quod plerique, qui alia honorum insignia, vana ut plurimum & caduca sectantur, parvi hæc nostra faciunt, & bona nostra hodie damnant, insania quædam temporum est, à qua cordatos omnes, & sapientes longe longeque remotos esse decet, qui bonæ menti operam dant. Diu est, cum mundus æger cœpit delirare, & vanas imagines accipere. neque id mirum est in tanto senio. Ipsa enim senectus morbus est. Non multò post ex humanis rebus excesserat vir omnium disciplinarum ac præcipue medicinæ laudibus ornatissimus, Gerardus Bontius, cujus eruditio jam olim inter ipsa Academiæ auspicia, cum in hanc civitatem primum literæ disciplinæque receptæ essent, in clarissimo Professorum ordine eluxerat. Visum est, ex bono publico, atque ex Academiæ dignitate fore, si acceptum ex tanti viri obitu damnum repararet noster senex, ac Medicam professionem deinceps, ad quam tota indole ferebatur, sustineret. In hoc munere per annos totos viginti & sex ita partes suas egit, ut cum præclaram Hippocratis artem magna omnium admiratione interpretaretur, eandemque industria

ſtria & prudentia ſingulari, ac ſucceſſu longe optimo exerceret, cum rei herbariæ ſcientiam, ac rerum naturalium arcana, quæ à magnis viris in longa peregrinatione acceperat, ex muneris ſibi impoſiti ratione diſcipulis ſuis traderet, in Batavia hac noſtra velut oraculum quoddam habitus ſit, ac vere extiterit civium omnium amor & deliciæ. Ex quo illud effectum eſt, ut amicos habuerit plurimos per Italiam, Galliam, Angliam, Germaniam, Belgium & alibi, à quibus frequenter accepit literas. Summis in hac rep. viris ſemper carus fuit, ac judicio ſuo, probitate, & rerum uſu iis ſe probavit maxime, cum eſſet ingenio ad civilem vitam non factus, ſed natus. Sane vero, cum ab Academia avelli, ejuſque commodis deeſſe & in aula crebro eſſe nec volebat nec poterat, Illuſtriſſimus tamen ac invictiſſimus Auraicus Princeps pertinere ad ſeculi decus exiſtimavit ſi tam grande nomen inter Medicos ſuos fulgeret, in quam rem extare luculentum & mire honorificum diplomatis monumentum voluit. Commentarium olim de annulorum origine in gratiam Abrahami Gorlæi ſcripſit, qui ſine nomine præfixus dactyliothecæ ejus eſt. Cætera, quæ affecta & parata habebat, notæ ad Cornelium Celſum de re Medica, deſcriptio rerum memorabilium per Magnam Græciam, Iapygiam,

giam, Lucaniam, & Brutios, opus de Bataviæ piſcibus, aliaque multa, quæ in ſylvas & commentarios retulerat, quæque ad antiquitatem, locorum peritiam ac res naturales ſpectant, affecta jam & parata ſunt, & reconditam quandam doctrinam habent. Sed ille ut ea ederet nunquam ab amicis, qui ea viderunt & mirati ſunt, adduci potuit. Videbat morbum ſæculi, & ineptias eorum, qui de optimis libris peſſimè ſentirent. Quare, ut erat animo generoſo, faſtidia hominum experiri noluit, atque ita ſe comparavit, ut potius de aliorum ſcriptis æquus judex ſedere, quam ullius ipſe judicium ſubire cuperet. Temperiei fuit calidæ, ſanguineæ ac probæ. Unde in affectibus vehemens, quos tamen ſuperabat facile poſt primum impetum, rationis uſu. Hinc in injuriis ad animum revocandis ardentior quoque fuit: facillimus tamen in iis condonandis ſponte ſua, & quod ſummum ac propemodum cœleſte quiddam eſt, nemine adhortante aut impellente. Meminerat enim, amicitias immortales, inimicitias mortales eſſe oportere. Improbitatis, futilitatis, inconſtantiæ ac levitatis oſor acerrimus: gravis ipſe ac ſimul comis. In adjuvandis amicis ſtrenuus ac diligens, nihil non eorum cauſa tentabat. Quin & iis, quibus nullâ amicitiâ conjunctus erat, operam ſuam ro-

gatus nunquam denegabat. Si videret alicubi magnam virtutem latere, eam extrahere in lucem hominum ſtudebat. Eſt hoc divinæ & ſinceræ indolis proprium, ingenii dotes in aliis quibuſcunque poſitas non per invidiam diſſimulare, ſed venerari, & pretium illis ſuum ponere, ne illud contingat, quod indigniſſimum eſt, ut excelſa & præclara ingenia nullam mercedem niſi ex conſcientia habeant. Urgebat, fatigabat omnes, donec tandem id, quod Academiæ honorificum fore putabat, vel precibus impetraſſet, vel pertinaciâ extudiſſet. Et quid amplius dicam? ſemper illi in ore atque in animo erat iſtud Hippocratis Medicorum maximi, quod ubique pro ſymbolo etiam notavit, *Nihil negligere, nihil temere, omnia ſerio agere.* Academiæ Rectorem ſuffragiis Clariſſimi Senatus ac comprobatione & autoritate Illuſtriſſimi Principis quater egit. In quo munere qualem ſe præbuerit, ſi dicere incipiam, hujus orationis difficilius erit exitum, quam principium invenire. Vos ego ampliſſimi Conſules, voſque reverendi & conjunctiſſimi collegæ, ac eos omnes, qui præſentes fuiſtis, teſtes eſſe atque arbitros cupio, quæ ejus fides, cura, ac vigilantia in Academiæ negotiis ſemper fuerit. In conventibus juridicis atque in cauſarum cognitione non aliud ſibi ſententiæ ſuæ pretium habebat,

habebat, quam bene judicavisse. In Senatu Academico vox ejus & liberrima & prudentissima erat, plane ut ad res gerundas omnia sua composuisse à prima ætate videretur. Equidem scio ego, ea quæ publice à magnis viris benè præclareque geruntur, permultum sæpe differre ab his rebus, quas domi suæ & in privata familia gerunt. Quidam enim partam in publico gloriam intra parietes suos perdunt. Ita foris claros domestica destruit infelicitas, & ob hoc ipsum maximi cives non habentur, quia ignavi atque incauti patresfamilias sunt. Horum vero nihil præstantissimo seni nostro contigit. Semper aliquid moliebatur, quod privata negotia concerneret, ac ut res suas industria ac honestis artibus non tutaretur tantum, sed augeret etiam, impense omnibus modis studuit. Quâ de causâ siccandis paludibus, Bamæstrâ ac Soetermerianâ, diligentiam pro virili adhibuit. atque insuper de immenso lacu Harlemensi exhauriendo cogitavit aliquando serio cum viris aliis præstantibus ac patriæ primoribus. quæ res si ita, uti agitatum erat, processisset, admirati tantos conatus fuissent seri nepotes, & labentibus sæculis obliteratâ rerum gestarum memoriâ forte non credidissent. Hæc dum præclare publice privatimque gessit, tandem, Auditores, ut nihil in rebus humanis

ab omni parte est beatum, extrema ætate conflictari cum valetudinis incommodis cœpit. Iam enim ante sexennium nephriticos dolores, eosque acres sæpe & acutos sensit. quæ res eum vehementer perterruit, cum verebatur ne ab hisce doloribus excruciatus miserrimo mortis genere periret. Quare ut aliâ viâ ex hâc vitâ exiret, obnixe Deum Dominumque suum precatus est. In quo sane adfuit ejus votis cœlestis benignitas. Dies jam decimus & quartus est, cum gravedine ac lumborum ægritudine ex catharris ingravescente febris primum levior, post gravior eum occupavit, quæ tandem in tertianam continuam degeneravit, ac nobis virum hac ætate incomparabilem, & longiore vita dignissimum, nihil jam nisi cœlum, & Christum servatorem suum spirantem, è medio subduxit. Utique contigit illi, quod maxime cupiebat. Non sensit horribilem hanc ex calculo carnificinam, quam toties formidaverat. tum, quod præcipuum est, in hâc temporum lue & contagione publicâ, nulla peste afflatus, nunquam destitutus à collegis, aliisque amicis suis adeuntibus crebro ac visentibus, animam Deo reddidit. Sed nobis quid fiet, quibus ille nihil nisi perpetuum luctum, & irreparabile damnum reliquit? Nòs illi justa quidem nunc solvimus, & debito

ritu

ritu parentamus. At manet manebitque jactura nostra, & in squallore hæremus. Eone devenisse res nostras, ut, cum Academiæ splendor immortalis esse, ac medica ars efflorescere quotidie in majus debeat, tantæ rei spem ac tam grande præsidium in unius viri capite amiserimus? Et quo tandem me vertam? omnia pariter mœsta & dejecta video. patriam ne intuear? desiderat illa civem integerrimum, fortissimumque, qui optima conscientiæ fiducia semper & dicere & facere ea studuit, quibus eam confirmari maxime ac stabiliri posse crederet. An Ecclesiam? carebit ea nunc consiliis ejus, quibus ille haud ita pridem ad sacrum munus electus cum aliis senioribus regimen ejus sustinuit. De optimis ejus liberis non dicam, quibus magno parente orbatis vulnus hoc altius in pectore infligitur, quam ut verbis efferri possit. De me ipso ut referam, quanquam publicis malis fideliter indoleo, non minus tamen movet me etiam privatæ jacturæ sensus. Diligebat enim me, quamquam tot annis minorem, fraternè; nec quoquam ferme nostri ordinis familiarius utebatur. Et quemadmodum ego illius sequi gaudebam vestigia, ita nostri vicissim labores ipsi probabantur. Eadem causa ad cæteros ejus amicos, tot viros

nem ad parentes suos, atque in has regiones rediit, ita animo lætatus est, ut *nunc* totus gaudio exultat, cum ex hoc exilio in cœlestem patriam pervênit, quam omnes sanctorum animæ, dum in his terris essent, ardenter expetebant. Promissæ erant patriarchis olim beatæ Cananæorum sedes. Et tamen in ea terra commorati, ut in aliena, sunt, *cum aliud quiddam majus exspectarent*, hoc est, *civitatem illam; cujus artifex & conditor Deus est*. Magna fiducia isti omnes mortui sunt in regione rerum omnium affluentissima, quæ ex oraculo assignata illis erat: cæterum adhuc professi sunt hospites se & advenas esse in ea terra. *Quod qui dicunt, utique palam ostendunt aliam se patriam quærere.* Ipse gentis Israëliticæ parens Iacobus, cum ad Parronem Ægypti regem venisset, & principis promptissima humanitate ac munificentia jam consequi ea omnia posset, quæ avide per mortales cupiuntur, de toto vitæ suæ cursu loquens, *Dies peregrinationum mearum, ô rex*, inquit, *sunt centum & triginta annorum. pauci & mali fuerunt omnes dies vitæ meæ.* Totum hoc, quod in terris egerat, tempus, iter vocat, idque malum & asperum, cujus incommoda cum annis crescunt. meliora prætervolant; deteriora succedunt, calamitates, morbi, doloresque, & mille mala. Quin hoc ipsum

d in tenera ætate optimum videtur, quia
num est, nihil nisi fletum & ejulatio-
ı habet; &, ut verbo dicam, ne bene de
quo tempore opinemur, vitam ipsam
ı lacrymis auspicamur. Quicquid extra
pus est, quas opes & fortunas humanas
ellamus, caducum hoc totum est &
gile, ac consentaneum puerilibus cre-
diis, mutationis spolium, & nihil nisi
brium. Salve, ô noster ter quaterque
te senex: qui nunc ad ea loca evectus
in quibus origini tuæ & summo bono
junctus es. qui alta quiete nunc frueris,
Deum dominumque tuum ex propin-
› adspicis. Tu vero fruere sorte tua, &
are. Nos, qui adhuc peregrinamur, &
ge à cœlesti patria duro quodam necessi-
s munere fungimur, simul ac fatalis ille
s & decretoria hora advenerit, prompti
atique te & libentes sequemur.



# ORATIO XIV.

## Recitata in exequiis Viri Clarissimi D. EVERARDI BRONCHORSTII Jurisprudentiæ Professoris.



BENE ac ſapienter olim, Auditores, clarorum virorum laudes in funeris ſolennitate dicere conſuevêre veteres. Ex quorum inſtitutis ita mihi quidque optimum videtur, ut antiquiſſimum, & ad propagandam virtutem maxime comparatum eſt. Nimirum judicabant cordatiſſimi mortales ſacram eſſe debere magnarum animarum memoriam, atque hanc ipſam optime nobis repræſentari, cum recenti adhuc luctu acrius in defunctorum amorem ageremur. Hic mos è prima vetuſtate in Academias traductus, à quo potius, quam à collega, aut quando magis uſurpandus colenduſque eſt, quam nunc hoc tempore, cum rogatu Magnifici Rectoris, precibus ſpectatiſſimi Senatus Academici ad parentandum homini celeberrimo Everardo Bronchorſtio excitamur?

mur? Amiſit Academia profeſſorem : at ego amicum, cum quo perdiu ſane jucunda mihi conſuetudo fuit : à cujus ore pendêre, quem audire ſenem juvenis gaudebam. Itaque cum ex illius morte ingens luctus ad univerſos pertingat, plus tamen eſt, certeque majus quiddam, quod me male afficit. Utique de hoc viro ut multa dicam, atque ut ſigillatim omnia exequar, ſumma eruditio & merita ejus ſuadent : ut brevior ſim, quam fortaſſe decebat, dolor jubet. Neſcio enim quo pacto animus noſter ſibi ipſe ſuccumbit, & quidquid languor ægre effert, involvere ſilentio amat. Curæ parvæ loquuntur : ingentes ſtupent. Quæ cum ita ſint, non recenſebo accurate ea omnia, quæ in vita ejus fortuniſque fuere notabilia. Eſt enim in rebus hominum admiranda varietas, & neſcio quæ ſors modo noverca, modo mater, alios dure, alios molliter, nunquam autem omnes eodem modo verſat. Quæ ſi nunc referre omnia velim, magna rerum ſeries dicenti ſurgeret. Eſt hoc eorum, qui hiſtoriam contexere potius, quam laudare defunctum cupiunt. Mihi ſatis erit caſu potius quam ordine, quædam de ſene noſtro dicam, quæ ad commendationem virtutis, eruditioniſque, quæ ſumma in illo fuit, pertinere videbuntur. Vetus opinio eſt, jam inde à mundi ortu plurium ſapientum firmata conſenſu,

eſſe

esse aliquod momentum in natali solo ad ingeniorum felicitatem. Id ego cum semper verum esse crediderim, propterea quod concors & consentiens mortalium opinio veluti naturæ quædam vox est: tum vero illud ipsum multo magis nunc sentio, postquam optimum senem nostrum Transissulania ortum esse cogito, quæ terra simul cum vicina Geldria, ut cives proferre animosos, generososque solet, ita jam pridem hominum eruditissimorum fuit parens. In hujus regionis nobilissima urbe Daventria natus ille anno CIↃ IↃ LIV, patrem habuit Iohannem Bronchorst Neomagum, juris utriusque Licentiatum, matrem Claram Costeram, Iohannis Costeri Consulis Daventriensis filiam. Est hic ille Ioannes Neomagus, qui in Academia Rostochiensi Mathesin præclare professus est: qui philosophiæ, & historiarum singularem scientiam publicis monumentis testatam seculo fecit. Nam & Bedæ Presbyteri Anglosaxonis opus de natura rerum, itemque Georgii Trapezuntii Dialecticam doctissimis scholiis illustravit: & Arithmetices libros duos composuit, qui & Coloniæ & Parisiis excusi sunt. Adhæc Claudii Ptolemæi Geographiam Latine vertit, addito regionum & urbium ab eo memoratarum indice: & in Aristotelis aliquot libros quædam scripsit, quæ supra plebem

bem interpretum sunt. Non miramur in Bronchorstio nostro ingenium ad doctrinam eximiam efformatum, cum talem tantumque habuerit parentem. Permultum quippe potest indoles rite nutrita sub faustis penetralibus: ac omnino insitam naturæ & pectoris bene nati vim juvat erigitque recta institutio, & in majus mellusque provehit. Inter prima adolescentiæ initia, artium & linguarum cognitione mediocriter imbutus, propter motus bellicos religionis causa cum patre in exilium abiit, sedibusque Coloniæ Agrippinæ positis, cum literas liberalesque artes plenius didicisset, patre ibidem defuncto, Iurisprudentiæ studiis animum adjecit, successu tam mirabili, ut non multo post docere alios ausus, titulum ff. de diversis regulis Iuris Antiqui non sine auditorum magno concursu explicuerit; qui mox eundem commentarium, elegantissimum illum quidem, sed tamen tunc rudem & impolitum, ipso ignorante ediderunt. qua ex causa tandem in senectute eum librum recognovit ipse, auxitque, ac nuper etiam evulgavit. Colonia digressus, in aliis celeberrimis Germaniæ Academiis, Marpurgi, Erphordiæ, atque Witebergæ, operam dedit summis antecessoribus Valentino Forstero, Nicolao Vigelio, ac inprimis viro incomparabili Matthæo Wesembecio, quem domi docen-

docentem audivit, cum per arthriticos dolores in publicum prodire venerabilis ille senex non posset, ac crebro semet ipse ob morbi illius vim per jocum pro Matthæo Wesembecio Matthæum de Afflictis appellaret. In iisdem Academiis cum privatim Institutiones Justiniani, diversosque ff. titulos interpretatus esset, Basileam profectus, sub maximo Jurisconsulto Samuele Grinæo gradum Doctoræ in utroque jure publice accepit, suffragiis & consensu cum omnium, tum etiam Clarissimi Francisci Hotomanni, qui è Gallia ejectus vivebat tunc illic, ac diplomati ejus subscripsit. Mox Witebergam regessus jus civile per annum docuit, ac deinde in Academia Erphordiensi integro biennio munere publico professoris functus est. Hanc tam præclaram, tam excultam indolem diutius peregre inter exteros procul à suis hærere, id vero triste nimis & acerbum Transissulaniæ fuisset. Occurrebat ejus animo identidem assueta oculis regio, & hoc cœlum, sub quo natus educatusque esset. Quæ eum cuncta movebant caritate sua, uti patriam, cui se natum esse, cui omnia se debere intelligebat, tandem reviseret aliquando. Vix Daventriam redierat, cum à civibus suis consul urbis creatur. Enimvero mortales illi optimi, cum nondum à prisca majorum simplicitate discessissent,
sciebant

ſciebant honores & magiſtratus deferri illis oportere, qui minime eos appeterent, & maxime mererentur. Intelligebant virtutem excellentium virorum, etſi magnos impetus à natura ſumat, tamen doctrinâ conſummari, quæ, ut ſapientiam dare ſola non poteſt, ita animum ad eam augendam roborandamque parat. Eo munere dum fungitur, uxorem duxit matronam lectiſſimam honeſtiſſimamque Adelheidam à Middelburgo, Gerardi à Middelburgo conſulis Swollani filiam, è qua liberi ſuperſtites exiſtunt tres, inter quos filium, juvenem ornatiſſimum candidiſſimumque, Gerardum Bronchorſtium, juris utriuſque doctorem, coram hic adeſſe cernitis. Patriam urbem ſumma fide & diligentia conſul tuebatur, nec quidquam omittebat, quod provideri fierive ab homine prudentiſſimo poterat. & tamen derepente tempeſtas inopinata totam urbem perculit. Hoſtem adverſum homini ſtrenuo opprimere haud difficile eſt: occulta pericula vitare in promptu non eſt. Proditione ac perfidiâ præſidiariorum militum Regi Hiſpano urbs traditur, ejectuſque iterum in exilium noſter eſt. Cæterum, ut ſolet Deus ex adverſis ſecunda ſæpe gignere, hæc tam triſtis, tam ſubita rerum mutatio gradum huic fecit ad jucundum & honorificum otium. Contigerat tunc forte urbi huic

Leydæ

Leydæ id, quod ſæpe aliis civitatibus evenerat, quæ diu quieſcere nequeunt, ſed ſi foris hoſtem non habent, domi inveniunt. Oborta hic erat inter cives diſcordia & factio quædã, cui cum ſeſe incautius miſcuiſſet Iuriſconſultorum princeps Hugo Donellus, anno CIↃ IↃ LXXXVII, Academiâ noſtrâ relictâ in Germaniam commigravit. Vocatus ſtatim in ejus locum Bronchorſtius eſt, dignuſque videbatur tanto viro ſucceſſor. Ita ille ordinariam juris profeſſionem ex eo tempore ſuſcepit, & in hoc munere procul à republica, etiam poſt receptam reſtitutamque Daventriam, ætatem egit. Annus hic eſt quadrageſimus, Auditores, ex quo doctiſſima ejus vox hæc Academiæ ſubſellia, atque has ſedes perſonare cœpit. Quæ res quam bene, & feliciter ei ſucceſſerit, nuſquam deeſſe teſtes poſſunt. Vos, quotquot hic adeſtis, Iuriſconſulti, qui ex ea tempeſtate jus civile tractaviſtis, diſcipuli fere ejus fuiſtis. quorum pars nunc rempublicam, quidam curiam utramque juridicam regunt, alii Academiæ huic præfuêre, aut præſunt nunc etiam. ut taceam quam multi ſummi viri jam diem ſuum obierint, quos habuit præclarus noſter ſenex debendi reos. Scripſit quatuor centurias legum, quæ in ſpeciem contrariæ videbantur, & conciliationes earundem. Ad hæc duas alias Miſcel-

laneas

laneas centurias controversiarum juris, atque etiam methodum Feudorum adjecit: præter commentarium in titulum de Regulis Iuris, quem ab auditoribus pridem editum, mox meliorem locupletioremque reddidit. Fama ejus & existimatio per totam Germaniam mirum in modum magna & illustris fuit: ut passim apud omnes modo jurisprudentiæ, modo legum pater appellaretur, non aliter hercle quam si proprium id quoddam & gentile familiæ nomen esset. Id quod fortasse nobis, qui cottidie adspectu & alloquio ejus fruebamur, incredibile pène erit. sed ita nimirum comparatum est, ut summorum virorum præsentia gloriam eorum minuat, majorque sit virtutum ex longinquo majestas, quæ vitio quodam humani ingenii nullam adeo ob rem magis evilescunt, quam occursu crebro, & rerum optimarum fastidio. Rectoris Academici munere functus est anno cIↄ Iↄ c xv. in quo sane fide ut optima, ita propensissimo in Academiam affectu gessit omnia, ac senatui, collegisque suis nunquam defuit; quorum ornamenta & commoda adjuvit auxitque. Quæ quidem extant adhuc publicis actorum monumentis consignata, ut semper futurum aliquid sit, quod acceptum feratur hujus beneficentiæ. Memoria ei fuit inusitata, &, ut ipse dicere solebat, ferrea; rerum



etiam in doctrinæ civilis aph
dam seculo publicavit: &
videretur, quæ posita in Gr
rum cognitione sunt, prover
quæ versibus comprehendi
Scaliger in opere pulcherrir
mateus ab illo inscribitur,
vertit. quem librum jam t
cudendum commiserat. Vi
rempublicam atque in relig
morum comitate, humanita
signi. Inter amicorum prin
clarissimos, collegas suos, C
tium, Julium Beymam, E
stium, Willebrordum Snell
perstes fuit: denique Cor
burgium, quem usque ad
dilexit tenerrime constanter

omnes curas doloresque deponerem. Ubi ludere aut jocari vellet, nihil triste, nihil senile agnovisses. Idem inter res serias gravissimus cordatissimusque. Valetudine ante plures annos infirma sæpe erat. & intercurrebant morbi, qui diu eum lecto affigebant, in quibus inesse vis quædam melancholiæ videbatur. In quo profecto nihil novi ei contigit. Solet hoc, quodcunque tandem est, maximis acerrimisque ingeniis accidere. Excelsus ille naturæ verique author Aristoteles omnem in hominibus excellentiam, & quidquid in utramque partem boni aut mali à communi conditione plebis recedit, in sola atræ bilis varietate collocat. Inde vult existere non eos solum, qui aliis præstantiores sunt in philosophia, in republica regunda, & in arte poëtica: sed Sibyllas quoque, & Bacidas, & eos denique omnes, qui instinctu numinis agitentur. Inter hæc cum ætas ejus jam ingravesceret, & requiem, immunitatemque diuturni laboris suo quasi jure exposceret, concessum ei tandem illud est, quod maximis ejus virtutibus, meritisque debebatur, ut à lectionum publicarum muniis vacaret, atque ut nihil nisi nominis sui honorem impertiret Academiæ. Ex qua quidem tempestate, cum mox statim morbus discessisset, otium altum jam nactus (quod mirabile dictu est)

minime otiosus tamen fuit. Videbat jam in extremo vitæ pene se situm, nec diu abesse posse fatalem illam & decretoriam horam, quæ in meliorem rerum statum nos transmittit. Quare sacræ doctrinæ studiis totum se dedit, piisque cogitationibus pectus implevit, & hæsitationes omnes, difficultatesque, quæ in religionis nostræ mysteriis oborerentur, quotidie ferme collegis suis, viris reverendis, S S. theologiæ professoribus, quos habet hæc Academia clarissimos, cum publice tum privatim proposuit. Adeo pulcra res ei videbatur cosummare vitam ante mortem, ac deinde exspectare securum reliquam temporis sui partem. Cæterum, cum esset literarum quoque & antiquitatum æstimator, addebat in extrema ætate reliquis quoque curis & studia literaria, ac libenter interdum duos Academiæ nostræ præsules D. Danielem Heinsium, equestri dignitate virum, de republica Romana, deque civili doctrina facundissime prudentissimeque disserentem, & clarissimum D. Joannem Gerardum Vossium, temporum rationem, ac mundi seculorumque fastos, aut etiam Græcas literas explicantem, audiebat. Et jam novissime hujus lectioni Græcæ intererat, cum inter hæc doctrinæ oblectamenta morbi ingruentis initia sensit, ac domum cum ea febre rediit, quæ post paucos dies eum

eum exſtinxit. Ibi vero deinceps animus ejus, non, ut in ſene, morbo ſuccumbens, ſed alacer & erectus, contra languorem exurgens, quemadmodum de valetudine recuperanda non deſperavit, ita nec mortem extimuit unquam. Mox cum vis mali acrius graſſaretur, & vitæ nulla jam ſpes ſupereſſet, quotquot eum viſitabant amici, bene & recte præparatum pectus ejus ad mortem perſpexêre. Quippe fiduciam omnem ſuam in Deo collocavit, & peccata ſua ſolo Chriſti ſanguine redempta profitebatur. Retulit nobis Magnificus Academiæ hujus rector D. Joannes Polyander verba ejus, quæ arrecta in cœlum mente proferentem audivit, *A Chriſto liberationem meam exſpecto, quem novi mihi lucrum eſſe in vita & in morte. Ipſe eſt via, veritas, & vita. Paratus ſum emigrare ex hoc mundo, ut ſim cum ipſo, atque ut ipſum intuear.* Et conſimilia pene, atque in eandem ſententiam ſunt, quæ intelligere interdum ex illo potuerunt viri clariſſimi & præſtantiſſimi D. Andreas Rivetus, & Antonius Thyſius, theologiæ profeſſores, D. Feſtus Hommius, collegii theologici Ordinum Hollandiæ præſes, ac denique D. Ludovicus de Dieu, eccleſiæ hujus paſtor. Hæ ſunt veræ illæ & ſinceræ voces, quæ ab imo pectore ejiciebantur, cum perſona eripitur, manetque res. In hunc mo-

dum grandævus senex noster, qui jam annum septuagesimum & tertium pene impleverat, leni morte exspiravit, animamque cœlo, unde profecta erat, reddidit. Ex hujus viri morte quam grave vulnus Academia acceperit, squallor ille, & dolor publicus significat, quem in vestro omnium ore conspicio, Auditores. Abiit à nobis, excessitque vir longiore vita, atque etiam immortalitate dignissimus, non visurus nos amplius in his terris, non hic videndus nobis. Nunquam posthac licebit dexteram illam humanissimam amplecti; nunquam audire ac reddere notas illas & amicas voces. Sed quid ago? Non lubet mihi deplorare jacturam nostram, cum cogito quantum illi boni contigerit. Facessere patiar privati mei damni sensum, ne, dum propriis incommodis indolesco, non tam amicum, quam memetipsum, amare videar. Quo quidem animo & vos omnes esse, pro ea, qua senem optimum complexi estis, affectione, magna ratio suadet, Auditores. Et quis vero negare potest optime cum illo actum esse, qui facili cursu in portum pervênit æterna quiete placidum, in quo semotus à rebus nostris sejunctusque longe, neque miseriis exeditur, neque iis angitur, incommodis, cum quibus nos quotidie dum in terris sumus, luctamur? Utique contigit ei illud singulari Dei favore

favore, ut vegetis adhuc viribus in grandi hac ætate esset, ac vix sentiret senectutem suam imbecilliorem factam, quam adolescentia fuisset. Quare & labores patienter tolerabat, & ea faciebat omnia, quibus me quidem tot annis minorem plane scio jam nunc etiam esse imparem. Cæterum cum ætas ejus jam in flexu esset, nec per rerum naturam stare diu in isto robore posset, quid, obsecro, longior ei vita attulisset, nisi confertim & simul omnia mala? Optima quæque & jucundissima dies nobis illucet, dum in citeriore termino consistunt anni nostri. Quemadmodum in amphora gravissimum quodque turbidumque subsidit; sic in extremo ætatis nostræ quod remanet, non modo minimum, sed pessimum quoque est. Quis nostrûm adeo ultra modum deditus vino est, qui extremum amphoræ exsiccet, & fæcem quoque exsorbeat? Beata quædam res est ex hoc corpore evocari, antequam decrepita ætas cœperit vitiis suis concutere mentem, partesque ejus convellere, & homini non vitam relinquere, sed animam. Et quid de senectute dico? Juventam ipsam, & annorum nostrorum vegetum robur si spectemus, non est tam optanda res vita hæc nostra, quam fortasse multis videtur. Quid enim habet boni? Quid *non potius* molestiæ & calamitatis?

Ipſe homo, animal iſtud ſuperbum & cæteris imperaturum, imbecillitatis imago eſt, ad omnem fortunæ contumeliam projecta: invidiæ & calamitatis trutina: cætera, ut verbo dicam, pituita & bilis. Nunc de pectore ac faucibus, nunc de capite querimur. Quocunque ſe movet hæc compago ex infirmis fluidiſque contexta, nutrimentum mali ſui ex ſe ducit. Nunc dejectio, nunc deſtillatio vitium facit. Tenuiſſimis cauſis & offenſionibus, ac denique per illas ipſas res, ſine quibus vivere non poſſumus, in tabem imus. In rebus, quæ geruntur, nullum gaudium eſt, quod non continuo contaminet ægritudo aliqua. Dolor & voluptas per vices quaſdam cedunt ſibi, & quidem brevior voluptas eſt. Spectandæ alibi pravæ improborum artes ſunt. Regnum alibi avaritia, alibi ambitio tenet, & infera ſupera miſcet. Inter hæc mala quoniam verſari neceſſe eſt, quamdiu in his terris gravi quodam neceſſitatis munere perfungimur, quantum, obſecro, jam lucrum eſt, cito emori? quam bene cum illis agitur, qui ex hac vita in quandam veram atque incorruptam felicitatem emittuntur? Falſum eſt & inane quidquid hic lætum nobis in terris imaginamur, etiam tunc, cum in rebus ſummis & affluentiſſimis ſumus. Cæſar Auguſtus ſupremo die amicos admiſſos percunctatus, Ecquid iis videretur

mimum

*mimum vitæ commodo transegisse*, addebat & clausulam, jussitque *uti statim, cum excessisset, plauderent omnes, & cum lætitia strepitum darent.* Nimirum summus ille princeps, qui ex se uno pendêre omnia videbat, qui imperia gentibus dabat & adimebat, hæc ipsa, quæ tantopere mortales concupiscunt, propter quæ bella suscipiunt, & rempublicam turbant, quisquilias volantes & venti spolia judicat. Pertæsus ille mundum est, nec amplius agere histrioniam cupiit. Satis diu hoc saxum volverat. Liberari voluit. De cæteris paganis, qui pariter religionis nostræ sacra non novêre, quid dicam? Equidem ego cum eos intueor, plerosque eorum video, qui modo pectus sapientiæ studiis imbuerunt, ita animatos fuisse, uti mortem non jam fortiter ferendam, sed etiam optandam existimaverint. Non libet mihi ejus rei exempla, quæ prope infinita sunt, afferre, ne in immensum nostra evagetur oratio. Illud duntaxat ad nos pertinet, ut cogitemus, si tanta animi promptitudo ad excipiendam mortem in illis fuit, multo jam magis in nobis, qui dei dominique nostri Iesu Christi disciplinam profitemur, tale & studium & votum esse oportere. Quid enim? Non illi miseram sortis suæ conditionem, quæ ex peccati pœna atque ex justa Dei ira proficiscitur, scivêre. Nec rursus futuri se-

culi agnoverunt bona, quæ Christianis ex meritis Servatoris nostri exspectanda *sunt*. Sed nec intelligebant, qua via ad æternam felicitatem, quæ promissa nobis post hanc vitam est, pervenirent. Non capiebat mens eorum tenebris obsita tantam rem, tam salutarem, tam divinam. Et tamen pulcrum putabant mori, uti immunes saltem à vitæ malis essent. Silenus, hominum olim omnium sapientissimus, cum à Mida rege captus esset, hoc ei muneris pro sua missione dedisse scribitur: docuisse regem, *Non nasci homini longe optimum esse; proximum autem quam primum mori.* Male vero & perquam inepte Silenus sensit. Est quidem verum alterum illud, *optimum cito mori*, certe homini Christiano. Quid enim pulcrius est, quam esse cum Christo? At prius illud, *non nasci*, non est optimum. Quin imo magnum beneficium est, cum natos nos Deus ad æternam vitam, atque ad beatissima gaudia per pauxillum ærumnæ traducit: cum redemptos nos ex tenebrarum vinculis in regnum filii sui tanscribit, ubi omnia rerum omnium arcana nobis retegentur: ubi admirabimur divinam lucem, eamque suo loco videbimus, quæ nunc per nebulam nobis fulget: ubi gaudium ineffabile est, quod nec oculis quisquam ante adspexit, nec auribus percepit, nec animo aut cogitatione

com-

complecti potuit. Equidem ego quid de Homero pronuntiandum ſit, quem tanti fecit antiquitas, neſcio. certe quidem in tanto autore ridiculum illud eſt, ac longe etiam à ſapientiæ ſacris alienum, cum apud eum Achilles in mortuorum ſedibus regnum in manes cæteros tenens, *malle ſe* ait *in terris pauperi colono viliſſimâ mercede ſervire, atque agros colere, quam illic imperium & ſummam rerum tenere.* Nimirum ſcripſit hoc ille, qui, ut oculis, ita mente etiam in religionis cauſa cœcus erat. Melius longe rectiuſque ſenſit divinus noſter vates, qui eodem tempore pene vixit: cujus illud extat oraculum, *Cupere ſe potius in Dei atriis per unum diem eſſe, & janitoris munere illic fungi, quam alibi vivere per mille annos.* Tantam ille beatitudinem & gloriam ejus vitæ cogitavit, quæ nos ſacratos in omnia ſecula cum Deo conjungit, & ſupra rerum hoc univerſum collocat. Hæc eſt, Auditores, hæc eſt illa felicitas, qua optimus ſenex noſter fruitur, qua totum ſe perfundit: quam excipit magna & æterna pax: quam nullus mœror, nulluſque metus contaminat. Et quid dicam amplius? aut quo modo dicam? aut quid omnino non dicam? Jam medius fidius, cum iſtam ſortem ejus cogito, propemodum dolet mihi, quod me anteceſſerit. Sed non patitur

aut

aut candor meus, aut illius amor, ut quidquam illi invideam. Beatum vero te, beatum ter quaterque, Bronchorsti: qui, cum antea multam operam in rerum sacrarum pervestigatione posuisti, nunc cupiditatem tuam exsaturare potes, & ea inspicere, ea discere, quæ nos cuncti ignoramus. Nunc inter cœlestes orbes vero lumine te imples; nunc noctem nostram, & has tenebras, in quibus vivimus, miraris. Nunc procul dubio sedes illic, & ludibria cadaveris tui rides ex alto. Liberatus jam es ab omnibus malis, atque etiam ab eorum judiciis, qui nec præsentem virtutem æstimant, & sublatam ex oculis quærunt frustra. Tu vero vale, vir summe, & æternum salve. Nos, sicut te viventem impense & amavimus & coluimus, ita memoriam tui carissimam jucundissimamque jure meritoque deinceps conservabimus.



# ORATIO XV.

## *Recitata in exequiis Viri Clarissimi* D. CORNELII SVVANENBURGII *Jurisprudentiæ Professoris.*



UAM ſit nullum mortalibus gaudium, quod non ſtatim acerbus aliquis caſus interrumpat, ſuperiores dies, qui noviſſime tranſacti ſunt, fidem faciunt, Auditores. am anniverſaria feſta omnes hujus urbis ves more pervetuſto majorum celebraant; jam ſolennes ſtataſque ferias ejus rei auſa peragebat etiam Academia: cum ecce ımmo rerum moderatori Deo ita placitum t, ut hæc ipſa nobis tempora pro feſtis torſus funeſta exiſterent. Ereptus nobis eſt ir clariſſimus præſtantiſſimuſque CORNELIUS SVVANENBURGIUS, qui diuſſime in his ſedibus, atque in hoc bonæ ıentis templo decus ac majeſtatem ſuſtiıerat juridici noſtri conſeſſus. Efferebat te caput ſuum noſter hic ordo, neque ei *uidquam deeſſe* ad ſummam felicitatem

vide-

hunc in ipſa urbe Leyda naſci, quinque fere menſibus ante Academiæ hujus natalem diem, voluit. Editus eſt anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo & quarto, die duodecima Septembris; quo tempore infenſus & pertinax hoſtis urbem clauſerat, &, cum nullam vim, nullam impreſſionem in muros faceret, cives tamen fortiſſimos per inediam ac famem ſine ferro atterebat, ac durum victoriæ meditabatur genus, nolle pugnare. Mox Dei numine atque auxilio ſoluta obſidione, cum ampliſſimum illud virtutis præmium huic urbi tribuebatur ut omnia doctrinæ ſapientiæque & diſciplinarum optimarum ſtudia domicilium ſuum hic haberent, primam collegæ hujus noſtri infantiam excepit Academiæ noſtræ inauguratio. Nimirum voluit natura in his Academiæ incunabulis & vagire & enutriri tenerrimam hujus ætatem, ut mox nutrici ſuæ hic alumnus repræſentaret univerſas animi & ingenii dotes, quas olim in eo collocatura eſſet ſummi Dei benignitas. Genus ejus paternum maternumque à multis retro annis in hac urbe fuit honeſtiſſimum. Pater & avus, ut ſtudia doctrinæ & diſciplinarum ſecuti non ſunt, ita tamen inter cives ſpectabili integritate, atque etiam fortuna erant. Videbant parentes in puero ingenium capeſſen-

dis artibus & ſcientiis accommodatum; ut ferme ſolent certis rebus certa ſigna præcurrere, quæ vim quandam habent augurii & divinationis. Quare ſtatim optimis acerrimiſque præceptoribus à patre traditus eſt. quibus ille ita operam dedit, ut, cum haud dudum pubertatem exceſſerat, ſummam ſpem, quam de eo jam puero omnes habuerant, prima juventutis ſpatia ingreſſus incredibili induſtria ſuperaverit. Enimvero id beneficium tributum magnis excellentibuſque animis à natura eſt. non magis, quam flamma, latêre poſſunt. derepente ante diem virtus illorum emicat. Numerent annos ſuos illi, qui de plebe hominum ſunt. at ingenium cœleſte ætatem ipſam antecedit, & damnum non fert longioris & ignavæ moræ. *Magnorum fluminum navigabiles ſunt fontes: & generoſiſſimæ cujuſque arboris ſtatim planta cum fructu eſt.* Mox cum in hac Academia altioribus incumbere diſciplinis cœpiſſet, erecto animo ad egregia illa & vere nobilia juris utriuſque ſcita ſe contulit, ac primarios viros Julium Beymam, Cornelium Grotium, atque Everardum Bronchorſtium audivit, iiſque ſtudia ſua mirum in modum probavit. Neque his contentus, ne uno loco omnem conquiſiviſſe eruditionem videretur, Duacum adiit, Academiam Flandriæ celeberrimam, atque ibi

non cum æqualibus modo, ſed etiam cum viris & ſenibus de juris ſcientia certabat. Non putavit diu illic ſubſiſtendum ſibi eſſe præclara illa indoles: neque continere ſe potuit, quin poſt decimum & quartum menſem patrias ſedes & Leydam ſuam repeteret. Quo quidem reverſus ille, cum jam in civium oculis atque in eruditorum luce verſaretur, ſtudio ſcientiæ non homines amplius, ſed ipſas provocare res & diſciplinas videbatur. Porro cum in juriſprudentia principatum tenere, atque in ea eximium quiddam conari ſupra omnes vellet, ex literis cæteriſque artibus, quas tractavit, omnia ea præſidia conſecutus eſt, quæ exornare juſtitiæ ſacerdotem poterant. Sed magna tamen & ſingulari prudentia modum his ita præfinivit, ut eas ſub juriſprudentiæ imperio retineret: ne forte, dum ipſam ſcientiarum omnium dominam expetebat, inter ſervitia atque inter ancillas ejus nimium obhæreſceret. Sciebat in hac legum perveſtigatione omnia fere immenſis atque difficillimis controverſiis eſſe implicata, quæ multorum infringunt ſpem, & vigilantiſſimi cujuſque fatigant induſtriam. Simul & meminerat, quemadmodum omnium rerum, ſic literarum etiam quandam eſſe intemperantiam; atque interdum eos, qui in ſyllabis & verbis ætatem agunt, minutiſſi-

marum rerum confectatione fieri molestos, ineptosque, & sibi placentes; plane ut necessaria non discant, quia capessunt tantum supervacua. Igitur cum per cæteras disciplinas se circumageret, neutiquam in iis substitit, sed quicquid in illis pulchrum & præclarum reperiebat, id omne ad legum notitiam transtulit, atque id egit præcipue ut in solidum sibi jurisprudentiam vindicaret, in qua non modo fundamentum perpetuæ commendationis & famę inest, sed etiam salus civium & reipublicæ continetur tutela. quam disciplinam Plato regiam in libro de regno nominavit, propterea quod ad reges principesque, atque ad eos, qui cum his quotidie una sunt, pertineret. Et vero non defuit his pulcherrimis ejus conatibus prosper admodum & felix exitus. Qui enim post reditum suum per integrum biennium Leydæ omnes scopulos atque omnia aspera Jurisprudentiæ assiduo labore & indefessa animi cura pervaserat, nihil ut jam deesset ei ad summæ eruditionis apud omnes existimationem, tandem anno millesimo quingentesimo nonagesimo & septimo ab amplissimis & nobilissimis Academiæ hujus Curatoribus & urbis consulibus ea præmia accepit, quæ virtuti ejus debebantur. Professio enim juris publica ei adhuc juveni imposita est, cum annum ætatis vigesimum &

tertium recens egressus esset. Inter ipsa initia, cum professionem primum appeteret, non defuerunt homines quidam male feriati, qui multa causabantur, & fucatos nescio quos colores conquirebant; quibus efficere studuerunt, ne ille honos ei, quem merebatur, obtingeret. Quemadmodum fit plerumque in vita mortalium, ut magnas virtutes æmulatio aliorum retardet, easque sæpe in ipso ortu, atque in herba, dum enascuntur, opprimat, ne qui ipsi pravi degeneresque aut ignavi sunt, ex meliorum comparatione evilescant. Sed ea res ne surgentem Swanenburgii nostri gloriam impediret, prudentia cordatissimorum hominum, Curatorum Academiæ, & urbis Consulum, effecit. Quorum ut fuit semper incorruptum judicium, ita virtutes æstimare ex vero, ac honores tribuere merentibus solent. Quare qui viros eruditos toto orbe in hanc urbem evocabant, qui regibus aliis & principibus sua lumina eripiebant, illustrem hanc atque excellentem indolem in sinu hujus urbis editam, atque à teneris in hac Academia enutritam non præteriverunt, ne, dum peregrina quærebant, domestica & propria sua bona viderentur aut ignorare, aut contemnere. Ea professione per totos triginta & tres annos in sua *patria*, *atque* inter cives suos, quibus se

natum esse meminerat, ingenti cum laude & omnium admiratione functus est, *dum* Institutiones juris primum, ac deinde Digesta, novissime autem Codicem Justinianæum bene, accurateque, & subtiliter explicuit. Affirmo vobis, Auditores, nihil esse ab illo in parte ulla juris interpretanda prætermissum, quod quisquam summo ingenio, acerrimis studiis, optima doctrina, maximo usu cognitum ac perceptum proponere aliis & tradere potuerit. In cujusque tituli explicatione libero animo versabatur, eaque excutiebat, quæ ex sententia legum atque ex ipsis rebus efflorescebant, ac veluti sponte se offerebant. Recitare autem omnes interpretum opiniones, quæ magna in varietate & discrepantia sunt positæ, tum quæstiones longe arcessitas, quæ à doctoribus afferuntur, enodare, neque patientiæ suæ esse credebat, & ambitiosum magis videbatur, quam utile. Adeo eæ infinitæ, supervacuæ, & sine modo sunt. ad quas non explicandas, sed enumerandas tota vita atque integro seculo opus esset. in quas utique si Hercules incidisset, non aliud existimare potuisset, quam decimum & tertium laborem sibi venisse. Quare & noster hic, si ea persequeretur, putabat, id quod res est, vanam fore suam & ingratam in docendo industriam. neque enim in jure tra-

ctando

pdo operosum molimen aut eruditionis
riculosam ostentationem, sed gravitatem
suum & rerum frugalitatem amabat, ex
ι nitor aliquis, sed haud putidus neque
ctatus, exsurgeret. Quid quod quidam
ctores, cum jus civile enarrant, ea per-
itantur anxie, quæ infra Jurisconsulto-
ι curas cogitationesque posita sunt?
m enim in literariis quibusdam nugis,
ue in cassis grammaticorum deliriis hæ-
t, ac magno conatu videri se antiquarios
unt, supine ea negligunt, quæ in caussarum
isionibus atque in componendis civium
otiis litibusque præcipua sunt. Quorum
dem mortalium cura omnis magno tem-
um dispendio, magnaque aurium alie-
um molestia constat, & circa res frigi-
, inutilesque, &, ut verbo dicam, circa
quæ nihili sunt, occupatur. Ulyssem olim
vestibulo sedentem proci risere, quod
ι enses, clypeos, aut lebetes, sed frustula
is peteret. Et Apion omnibus cordatis
ibrium debuit, cum Homeri ingentem
n animam ab inferis evocavit, non ut
clara quædam disceret, sed ut rogaret
bus parentibus ille esset genitus. Profe-
in eadem caussa esse videntur ii, qui,
ι in jure nusquam rerum illustrissimarum
imarumque majestas desit, nihil nisi de
rariis tricis, deque interpunctionibus,

aut, si quid magis speciosum attingant, de veterum obsoletis quibusdam ritibus soliciti sunt. A quibus omnibus longissime ratio voluntasque abhorruit defuncti nostri, qui, ut judicii erat acerrimi & rectissimi, ita hæc in primis sequebatur, quæ vitę hominum, & rebus gerundis accommodata sunt. Eodemque & animo & studio ut cæteri omnes forent, qui Academiam hanc visebant, naturali quadam ingenii dexteritate effecit. Sed nihil opus est mea affirmatione. Ipsi vos, quotquot hic adestis, qui ex illius ore pependistis, testes estis hujus rei uberrimi. Testes sunt ii omnes fere, qui aut in foro patroni causarum vivunt, aut rempublicam curæ suæ commissam regunt, aut Batavis Zelandisque jus dicunt in utraque Curia. ut jam taceam immensam multitudinem eorum, qui longo jam tempore ex aliis provinciis, atque etiam ex dissitissimis terrarum oris ad beatissimam hanc sapientiæ & jurisprudentiæ arcem confluxêre ut ex his sedibus exemplum peterent melioris cujusdam cultiorisque doctrinæ. Ex uxore, matrona lectissima, & primoribus civitatis orta, liberos, quos suscepit, acerbo funere omnes in ipso propemodum vitæ limine amisit, præter hunc, qui superest, unum solumque, juvenem eruditione, moribus, modestiaque insignem, Paulum Swanenburgium,

gium, Jurisconsultum, in cujus erecta atque ingenua indole magnam nobis superesse video spem eorum omnium, quæ in ejus parente, viro incomparabili, & amavimus, & admirati etiam sumus. In qua quidem re gratulari nos defuncto oportet. Cum enim liberi boni aut mali, quales Deo cunque visum est, gignantur & crescant, neque id judicio aut electione perficiatur, sed ex occultis causis atque ex nascendi quadam sorte pendeat, utique bonos progenuisse magna felicitas est. Rector Academiæ, suffragiis Professorum, & judicio Illustrissimi Principis, creatus est anno millesimo sexcentesimo decimo quinto. In quo munere prudentiam ejus, fidem, rerumque gerendarum peritiam omnes & collegæ ejus, & viri amplissimi consules senatoresque hujus civitatis admirati sunt. Commentarium quendam de jure adcrescendi ante multos annos confectum ab eo fuisse testantur amici ejus. qui si in publicum aliquando prodeat, genium accuratum, summamque eruditionem autoris sui, ut ego hercle existimo, omni parte referet. Alia vero scripta aut ingenii monumenta, quæ quidem reperiri possint, nulla penitus reliquit. non quod ei quidquam deesset, quod posset à consummato & cultissimo ingenio proficisci in juris hac interpretatione, sed

quia & omnia pene ab aliis occupata cernebat, & insuper credidit debere se doctrinam suam ad facta & ad res tractandas conferre, non otii aut inutilis styli causa usurpare. Quare usum & exercitationem rerum forensium apprime amavit; seque consuli, & januam suam ac vestibulum, quasi commune civitatis oraculum, adiri maluit. Qua quidem ex re & quæstum uberrimum fecit, & civibus intellexit se prodesse quam plurimum. Jam decimus & sextus annus agitur, ex quo ad professionem juris obeundam adjunctus ei sum. Quo quidem ex tempore perspecta mihi penitus vigilantia ejus & singularis industria fuit, cum interdum totius ordinis nostri juridici, sæpissime vero nostrum utriusque consilium & responsum petebatur. Nullus fere casus ei inopinatus aut incognitus erat. omnes omnino salebras perrumpebat, pene ut ad hoc natus factusque esse videretur. Valetudine usus firma atque prospera fuit usque ad annum ætatis quinquagesimum & tertium. Corpus illi erat natura solidum, & in multos labores duratum. Ad hæc, animi adfuit vigor, quem nulla dejiciebat fatigatio. Interdum cum per totam noctem lucubrasset, diurna tamen non defugiebat munia. Exultabat identidem novato & integrato robore, & tantum à se exprimebat, quantum concupiverat.

His

His acceſſit inuſitata memoriæ felicitas & ad apprehendenda, quæ tenere debebat, & ad cuſtodienda. Tandem illum ante annum doloribus renum divexare cœpit dirus ille & immitis tot eruditarum animarum carnifex calculus. Id malum ex ſedentaria vita contractum, dum multa lucubratione paſſus non eſt alimenta per ſomnum quietemque æqualiter digeri, augmentum ex tempore magis magiſque accepit, plane ut jam vires dejectæ eſſent, & nulla pars corporis officium ſuum perageret. Ille tamen, ut erat immoderati adverſus ſe imperii, cum rem inimiciſſimam corpori ſuo faceret, & in laboribus perduraret, vetari nullo modo poterat. Decimus & quartus dies hic iſte eſt, cum vocatus ad eum ſum, ut cum eo reſponſum quoddam in cauſa controverſa darem, pridie quam decumbere cœpiſſet. Videbam omnia in peius ire, ac ſublapſa retro ferri. Quare jam male augurari cœpi, & ut totum ſe Medico traderet, atque ut omni cura vacuus eſſet, etiam atque etiam eum rogavi pro amicitia noſtra. Exinde cum ſæpius ad eum lecto jam jacentem recurrerem, morbi ingraveſcens vis eum paulatim attrivit, donec tandem ſuperiore ſolis die plenus bonæ ſpei & fidei, ac totus non humi, ſed in Deo Dominoque ſuo Jeſu Chriſto defixus, exſpiravit. Non puto quenquam ve-

ſtrûm eſſe, Auditores, qui non intelligat quantum, incommodi ad omnes & ſingulos hoc uno die pervenerit. Nemo quiſquam illius mortem æquo animo ferre poteſt. Luget filius, mœrent conſanguinei, ſqualent affines, viri ampliſſimi ornatiſſimique: quorum ille patre ſuo, hi amico, omnes autem optimis ejus conſiliis orbati ſunt. In primis vero afflictatur tota hæc Academia, quæ his temporibus, cum magna ubique eruditorum virorum penuria eſt, tantâ doctrinâ, tantiſque præditum ingenii dotibus profeſſorem amiſit. Nimirum id unum reſtabat nobis poſt tot accepta ſuperioribus annis clarorum hominum funera, ut hic ipſe quoque, in quo ingens erat labantis ſeculi præſidium, è medio excederet. Nimis gens Batavorum felix & ſuperba ſummo Deo viſa fuit, ſi propria hæc nobis dona & perpetua fuiſſent. Siſtit abrumpitque magnarum laudum curſum inexſuperabilis fatorum vis, ac virum ad ſumma natum, & publico bono quotidie magis magiſque invigilantem, ſupereſſe nobis diutius haud ſinit. Hæc ſunt conſilia mortalium: hæc vota noſtrarum cogitationum. Dum res maximas parvo tempore molimur, & ingentes animos in anguſto pectore verſamus, adeſt præter exſpectationem decretoria illa hora, ac tam præclaris cœptis, priuſquam con-

consummata sint, imponit finem. Jacet ille post tot peracta eruditionis documenta, jacebitque exiguo pulvere contectus, & qui cura ac animi studio longe fines patriæ transcenderat, ac populis omnibus profutura agitabat, paucorum jam pedum continetur tumulo. Quanquam quid dico profecto? aut quid est causæ, cur sepulcro claudi, atque abesse illum, & inter nos non amplius vivere dixi, qui totum orbem pro domicilio habet: qui vivit viverque in animis nostris: qui in ore famaque & Academiæ hujus, & gentium omniū semper erit, apud quas nomen aliquod decusque eruditionis est. Non est hæc, Auditores, vita nostra dicenda, quæ sanguine & spiritu continetur. Intercidit corpus fragilitatis caducæ, exigui temporis breve donum. nulla dies est, quæ non aliquod spolium ei auferat. Illa, inquam, illa vita est nostra, quæ nos sacratos in omnia secula posteritati repræsentabit, quæ annis non consumitur, sed vires ab illis capit, & tempore ipso major meliorque efflorescit. Hoc illud est, quare olim ingenio & virtute præstantes viri summa ope & animi contentione publicè prodesse studuerint quàm plurimis. Animus enim eorum erigens sese, seculorum futurorum quodam augurio movebatur, quasi cum excessissent è vita, tum denique victuri in oculis

posteri-

posteritatis essent. Hoc eos excitabat, hoc solabatur. Et profecto est id pulcherrimum. Etenim cætera omnia, propter quæ navigant & currunt homines, quæ maxima credimus, etiam aliis & cuilibet possunt contingere. At laus & sempiterna gloria eorum est, qui Deo proximi censentur. Hic generosus ardor in maximis ingeniis altissimisque animis & existit plurimum, & se ostendit facillime. Non potest enim quicquam abjectum aut humile tentare, qui scit de se semper loquendum fore. Ennius olim omni laude doctrinæ excellens vir, cum vetuit lacrymis se mortuum decorari, aut funera sibi fletu fieri, causam addidit hanc, quod etiam post mortem vivus per hominum ora volitaret. Marcus Varro, quo homine nemo plura commentatus est, sola immortalitatis spe tantos labores se suscepisse significavit, cum illud, quod celeberrimum est, effatus fuit, *Legendo & scribendo vitam procudi.* Ita est profecto, Marce Varro. Breve & irreparabile vitæ tempus datum cunctis est: sed factis & industria extenditur. Non potuit naturæ iniquitas, cum omnia nostra in angustum concluderet, etiam exiguum nobis gloriæ curriculum circumscribere. Immensum illud est; sine fine est: supra hominum & temporum injuriam est. Hic fructus talis tantusque gloriæ, Auditores, defunctos demum

mum post exsequias manet. Itaque jam nullum malum est, sed lucrum ingens, mori. Prosequitur quidem viros eruditos etiam viventes adhuc fama & existimatio quædam hominum. Sed ea & rara est, & plerumque minor, quam debet. Est illud quadam fatorum lege cunctis annatum mortalibus, ut dum corporum sensibus premuntur, aliis quidem alia vitia, sed omnibus tamen aliqua adhæreant. Solitudinem quærat oportet, qui vult cum perfectis vivere. Atque hæc quidem vitia in præstantibus viris magnarum virtutum interventu pensantur: sed eas vix intueri hominum malevolentia solet. Non tam bene cum plerisque agitur ut res cunctas aspicere ab ea parte ament, quæ melior est. Muscarum illud est, sordibus & rebus scabris insidêre; quæ vero nitentia & glabra sunt, prætervolare. In formosis sæpe unam verrucam deridemus, & propter hanc divina illa spernitur pulcritudo, quæ fusa per totum corpus est. Lacessere virtutem viventium, & acerbis sermonibus violare illustres animas, morbus & furor est non unius seculi. Præbebant venenatis maledicorum salibus materiam Plato, Aristoteles, Democritus, quamdiu viverent. At extincti iidem à civibus suis pene adorabantur. Hæc est rerum natura. Incorruptum judicium posteritatis est, & suum cuique decus rependit,

gradum ad ruinam faciunt, ut lapſu graviore ad infimum decidant. Itaque neſcimus ipſi quid optare, quidve ſequi debeamus. *Cum ventum eſt illuc, ire illuc libet. Incerte errat animus. præter propter vitam vivitur, non in ipſa.* Quam multa ſunt vota, quæ unumquemque etiam ſibi fateri pudet? Quam pauca, quæ facere coram teſte poſſimus? At in cœlis quidquid cupimus, quidquid percipimus boni, conſummatum eſt, æternum eſt, neque in malum nobis cedit. Quid amplecti debeamus, quid vere bonum ſit, intelligimus. Hic multis perverſis affectibus diſtinemur, qui nos inquietant perpetuo, & in diverſa rapiunt. Ibi animus, ut domicilium reperit divinæ ſuæ naturæ atque æternitati conſentaneum, ita nec mœrore angitur, nec metu contremiſcit, nec ſpe longa maceratur, ſed omnis omnium rerum affluentia in conjunctione noſtra cum Chriſto eſt, qui nos ab omni contagione immunes patri ſuo ſiſtit, ut de morte, quam ille vicit, triumphum cum illo agamus. ubi tot amicos, qui nos præceſſerunt, in rebus bonis lætiſque reperiemus, à quibus divellemur nunquam. CORNELI SVVANENBURGI, beatiſſima nunc cœlo anima, non audies ibi civium tuorum lites, nec illis dirimendis operam impendes. Non pulſabunt moleſti clientes oſtia tua, nec de ſtilli-

cidiis amplius aut cloacis reſpondebis. quæ res hic te fatigavit, dum malis hominum ſuccurreres, & juſtitiæ præcepta impertires omnibus. Nemo tutor ibi pupillum circumſcribet, nemo exheredatum ſe queretur, ut in hac vita fit, in qua pleriſque ex alterius damno ingens aut quæſtus aut voluptas eſt. Alta ibi pax, & ſumma concordia eſt. Ibi bonæ artes vigent. Omnes ibi ſunt heredes ejuſdem hereditatis participes, ad quam nos magnus ille teſtator Chriſtus vocavit, cujus perceptio individua eſt. Ibi cum omnia omnium ſunt communia, & Deus ſe totum ſingulis elargitur & pandit, non tamen alteri quicquam decedit, nec abeſt; & hoc ipſum eſſe ſentimus ſummum bonum, quod ſinguli totum ita habent, ut apud omnes tantundem ſit. Ibi juſtitiæ perfectam ideam & cernis & colis, cujus hic vix prima agnoſcimus lineamenta. Non illic leges quaſdam, quas principum libido figit refigitque, ſed æterna cœli jura, & hujus univerſi immutabilia fata diſcis, & ſeculorum omnium inſpectas ſcrinia. Ibi ſummi cum infimis pari jure & nullo diſcrimine reguntur, cum nos Deus Dominuſque noſter non titulis neque purpura diſtinguet, ſed fidem cujuſque, pietatem, modeſtiam, æqui bonique & honeſti amorem magnis æterniſque *proſequetur præmiis*. Equidem ego, Audi-

tores, cum hæc considero, quæ in cœlo proposita omnibus piis sunt, non video quid sit illud, quod ad tam immensam felicitatem accedere defuncto huic nostro possit. Nostra omnis est hæc misera sors, quæ nos angere & affligere debet: nos ii sumus, quos ille in hoc luto adhuc reliquit. quibus terreni sensus & moribunda hæc membra obstant, ne cœlum aspicere possimus nisi ex intervallo. Quin agite vero, animo saltem & votis ea optemus, quæ nondum capere licet. Est etiam in ipsa exspectatione atque in votis quædam vis. Magna res est, cum frui immortalitate adhuc non possis, tamen ei in terris præludere, atque omnino ea & dicere & facere, quæ digna Deo, digna cœlo sunt.



# ORATIO XVI.

## Habita in funere Franconis Burgersdicii, Philosophiæ Professoris.



ANDAVIMUS hodie terræ virum præstantissimum eruditissimumque Franconem Burgersdicium, cujus extant in Academiam hanc nostram tam ingentia merita, ut quicquid honoris impensum ante exequiis clarissimorum professorum antiquo more fuit, id neutiquam denegandum hujus memoriæ sit. Traditum per manus à ICtis. nostris est, nihil facile mutandum ex solennibus esse, atque in minimis quoque rebus omnia priscæ consuetudinis servari momenta oportere. Id exemplum Senatus noster Academicus secutus, huic, quem extulimus nunc, eximio viro iusta peragi, atque ejus rei causa diem hunc honoratum esse voluit. Ego, quemadmodum id fieri debere ex æquo bonoque intelligo, ita mirari vehementer vos credo, cur delecta ad eam rem potissimum mea sit opera. Certe enim nemo omnium erat, cui plures prodesse causæ ad excusationem poterant. Nam nec Jurisconsul-

ti erat Philoſopho parentare, cum maximam habeant diverſitatem ſacra utriuſque : & præterea, etſi reperiri fortaſſe aliquid affinitatis inter hæc poſſit, tamen eſt nunc is ſtatus meus, qui vix ferat curam excultæ diſſertationis. Adeo enim fuit & paulo ante, & nunc iterum noviſſime intra octo dies miſerum in modum turbata funere & luctu domeſtico ex diverſis longe cauſis familia mea, ut me nõ aliarum modo rerum ſed etiam mei ipſius pene ceperit oblivio. Quare venia mihi concedenda erat, cui illud in hac ſorte triſtiſſimum eſt, quod ea, quæ amicis tribuenda ſunt, officia non habeo in mea poteſtate. Sed cum hæc, & alia hujuſmodi plura obtenderem, relatum mihi à pleriſque collegis meis eſt, obnixè id petiiſſe pene à ſingulis defunctum noſtrum, uti apud me intercederent, ne extremum hoc pietatis munus precibus morituri denegarem. Et ſimilia atque eadem erant, quæ ipſe me verbis diſertis, cum identidem ei adeſſem, rogavit. Equidem ſcio fidei commiſſa, quæ hujus generis ſunt, nullam juris aut legum neceſſitatem habere, ac tantum pudore ac verecundia eorum, qui rogantur, contineri. Sed tamen ille ipſe pudor, atque hæc verecundia tantas apud me vires habuit, ut maluerim pauca quædam, quæ ad defuncti vitam, ſtudia, atque inſtituta pertinent, lan-
guide

guide ac sine ullo animi vigore dicere, quam morẽ nõ gerere amico optimo integerrimoque, cujus manibus nihil nunc persolvere majus queo. Sed facessat tandẽ operosa prælocutio, & quod res atque hic locus postulat, exequamur. Natus est Burgersdicius noster an. domini nost. Jesu Christi millesimo quingentesimo & nonagesimo, Lyræ, qui pagus est in agro Delfensi, duobus miliaribus ab urbe distans. Pater ei fuit Petrus Burgersdicius, studiis quidem literarum haud admodum excultus, sed tamen latinæ linguæ non ignarus. Matrem habuit Catharinam, cui avunculus fuit clarissimus Hugo Blotius, gravis & egregii ingenii orator, qui præfuit celeberrimæ bibliothecæ Maximiliani & Rudolphi II. Imperatorum, quam inter opes suas & inter publica seculi ornamenta tunc ostentavit Vienna. Utique, etsi collega noster rure editus est, non tamen defuit ei in familia materna illustre Blotiorum nomen, quod ei ad doctrinæ virtutisque excellentiam fecit auspicium. Quod si vero vel maxime nullum honorem conciliare natalibus suis ex propinquorum cognatorumque splendore posset, nihil tamen ea res imminueret summam virtutem ejus, atque insitatas illas dotes, quas in ejus pectore collocaverat cœli benignitas. Potest ex casa vir magnus prodire, quemadmodum ex de-

formi humiliq; corpore formosus animus atque excelsus. Imo quosdã videtur in hoc natura obscuro locorũ ortu edere, ut approbet virtutem ubique nasci. Bona mens omnibus patet, nec rejicit quenquam, nec eligit. Patricius Socrates non fuit. Cleanthes aquam traxit, & rigando hortulo locavit manus. Anacharsis ex crasso Scytharum aëre atque ex vervecum patria, Marcus Tullius Cicero ex Arpinati agro sola vi ingenii industriæque ad summum gloriæ pervenerunt. Nemo majorum prius in gloriam eorum vixerat, nec quod ante ipsos fuit, ipsorum erat. Philosophia fuit, nempe hæc recta, atque hæc cordata, quæ illos non accepit nobiles, sed fecit, quæ plerumque rerum dominos fugit, foresque & limina civium potentiorum vitat. Jam annum decimum & quintum ætatis suæ ingressus collega noster erat, cum à patre Amersfortiam mittitur, hortatu Arnoldi Cornelii, sacrorum in Delfensi Ecclesia ministri, cognati sui, qui pueri indolem judicabat literis aptissimam. Ibi ille Ioanni Gesselio, spectatissimo tunc scholæ publicæ magistro, operam dedit, ac biennio tantum profecit ut linguæ Latinæ Græcæque, & insuper dialectices atque rhetorices teneret præcepta. Mox ad gymnasium Delfense traductus, linguam utramque, & artes organicas exactius edocetur primum à Iacobo Las-
sonio

onio, deinde à Daniele Plancio, doctissimis; tque erudiendæ iuventutis peritissimis vi-is, qui illius, admodum adolescentis inge-nium, ut Phidiæ signum, simul ut adspexe-ant, etiam probaverunt. Adeo illis facile rat observare tantam in puero vim animi sse, ut suis sibi moribus gradum ad majora tructurus; &, quocunque loco natus esset, ortunam sibi ipse facturus videretur. Quare um quadriennium illic explevisset, in Aca-lemiam hanc nostram optimæ spei plenus enit, ac vix paucos menses publicas Pro-essorum lectiones frequentavit, cum statim pse aliis Logicam cœpit interpretari, dispu-ationesque atque alia exercitia philosophi-a privatim instituit. Quanquam autem se aque omnia Theologię devoverat, magis amen in Philosophiam propenso semper a-imo fuit, eique præcipuè adhæsit, ac post uadriennium relicta Leyda, cum Galliam eteret per Germaniam rediturus, Salmurii rimum subsistenti, post sextum mensem rofessio Philosophiæ, quæ tum forte vaca-at, delata est ab illustri viro Philippo Mor-æo, Plessiaci Marliani domino, atque ab cademiæ Salmuriensis Senatu. Quinquen-ium illic Philosophiam publicis stipendiis ocuerat, atque in sextum etiam annum ob-rictus Academiæ erat, sed hortatu amico-um *petiit sexti anni* gratiam sibi fieri ut in

Bataviam suam reverteretur, atque ut Academiæ patriæ operam suam addiceret, quæ ea tempestate Philosophiæ Professorem adsciscere parabat. Admissæ ejus preces, sed ægrè, à D. Plessæo sunt, qui amplissimum ei virtutis eruditionisque testimonium dedit, legemque & conditionem adjunxit, ut intra annum, si vellet, Salmurium redire ad idem munus liceret. Utique nihil opus habebat hujus sive legis, sive conditionis cautione Burgersdicius noster, quoniam statim Batavia vegetam ejus indolem, atque inusitatam amplexa doctrinam jure meritoque Professionem ei in hac nostra Academia primum Logicæ, deinde etiam Ethicæ imposuit. In hac utraque Philosophiæ parte publice interpretanda tantisper perstitit, donec viro incomparabili Gilberto Iacchæo jam mortuo Ethices Professionem cum Physices mutaret, Logices autem retineret. Id vero ita factum ab illo fuisse mirati quidam amici ejus sunt, qui Logicam solis Tyronibus aptam minus habere dignitatis judicabant, cum Ethices longe major excellentia sit, quę & vitæ hominum ac reip. consentanea magis est, atque ex Aristotelis etiam sententia auditores respuit adolescentulos, eos autem recipit demum, quibus ab ætate plus inest prudentiæ. Hæc est illa Philosophiæ pars, quam Socrates mortalium omnium in Græ-

cia

cia olim ſapientiſſimus devocaviſſe è cælo in terram, & in urbibus collocaſſe, atque in domos introduxiſſe, dicitur, ut ibi quiſque intra privatos parietes quid recte maleve gereretur, quidque ex virtutis & honeſtatis norma, atque ex ratione æqui & boni eſſet, ad vitam bene inſtituendam diſceret. Sed nimirum defunctus noſter ingenia ſeculi ſui ſpectavit, intellexitque non adeo feliciter natos nos hodie eſſe,ut ea, quæ optima ſunt, pluribus placeant, vidit pleroſque circa ſcrupulos, apiceſque, & circa diſputationum acumina quædam malle verſari. Quare hanc prætulit artem, quam multitudo ſectatur,ne ſolus in vacua ſede & diceret & deſtitueretur. Matrimonio cum animum adjiceret,uxorem ſibi duxit filiam Iacobi Verboomii, quem aliquoties habuit conſulem hæc civitas. Ex ea liberos duos, lectiſſima thori conjugalis pignora, ſuſcepit, in quibus paternæ induſtriæ virtutiſque elucet pulcherrima imago. Academiæ hujus Rector ſuffragiis Senatus noſtri, ac comprobatione illuſtriſſimi Principis Auraici ter renuntiatus eſt. In qua dignitate omnibus abunde ſignificavit ſe & vigilantia & fide, & rerum gerendarum uſu valuiſſe plurimum. Et rurſus, cum Synedrii Eccleſiaſtici aſſeſſor per biennium nuper eſſet, omnium, qui in eo conſeſſu interfuerunt, ſtudium ſibi atque amorē conci-

 liavit.

liavit. Scripsit duobus commentariis evulgavitque ideam Philosophiæ naturalis, atque alterā Philosophię moralis Ideam. Ad hæc, Institutiones etiam Logicas edidit, quæ ad Aristotelis præcepta concinnatæ autoritate publica ordinum Bataviæ in omnibus hujus Provinciæ ludis litterariis magno cum juvenum fructu explicantur. In Philosophia tractanda tradendaque quam feliciter & dextre versatus sit, si rotundo ore hic dixero, nihil facturus sum quod à moribus meis abhorreat. defunctorum enim laudes fidenter eloqui sine assentationis specie, ac sine cujusquam invidia licet. Nam nec eorum verecundiæ vis ulla fit, & ex vero magis omnia celebrari intelliguntur, cum nihil ab illis speretur amplius, ac nec præmio nec gratiæ locus sit. Quæ profecto in viventium laudatione secus sunt. Quidnam est ergo? Nimirum in hoc professionis suo munere ita se in omnem partem circumegit collega noster, ut, quoniam Philosophiam Aristotelicam omnibus in Academiis receptam sequebatur, cuncta eius adita & penetralia reseraret, nihilque omitteret, quod ad summam eius perspicuitatem faceret. Qua quidem re publica mortalium commoda adeo promovit, ut seculo huic præstare aliquid utilius melius que nemo quisquam potuerit. Enimvero obscuritatem in Aristotele plerique corda-

tissimi viri reprehendendam esse arbitrati sunt, quod utilissimas & prope necessarias artes per invidiam (ut ipsi loquuntur) posteris impertiri noluerit: quasi perinde esset nihil tradere, & ita tradere, ut cognosci cum fructu nequeat. Magnus utique vir Aristoteles, & quem jure miretur omnis ætas. Sed dolendum est sedisse id animo eius, ut non simpliciter neque aperte proferret quæcunque invenerat, sed ut præter laborem, quem ipsa esset rerum habitura obscuritas, alia etiam nobis ex ipso scriptore objiceretur difficultas, quo necesse haberemus mentem ipsius, velut oraculi, suspensam & ambiguam, indagine perquirere. Rectissime Themistius ejus interpres ait, longe aliter omnia foras esse ab illo edita, quam sint domi tradita, dementiæque simile esse si quis legendis libris ipsius speret illius se sententiam consecuturum. Sed quid Themistium dico? ipse de se locupletissimus testis Aristoteles est. Scribit enim in epistola ad Alexandrum, edidisse quidem se quæ ad Philosophiam pertinent, sed perinde tamen ea futura ac si edita non essent, nisi ab his legerentur, qui illa ex dicentis ore audivissent. Hoc illud est, quod in Alexandri gratiam fecit maximus indagator naturæ verique. Quod profecto nequaquam laudi, sed vitio verti ei oportuit. Cæterum id vitium cum emendare sequentibus

mox

mox ſeculis interpretes debuiſſent, contra tamen non imitati tantum ſunt, ſed etiam adauxerunt: cum ſedulo dediſſe operam Aquinas, Scotus, & alii id genus ſcriptores videantur, ut difficilius longe eſſet ipſorum, quam Ariſtotelis, verba capere. ita ſermone utuntur, qui nullius idonei auctoris ſit, quem ipſi ſuopte ingenio commenti ſunt, uti pro Magnifico foret quidquid occultum eſt. Longe aliud ſibi noſter defunctus & propoſuit & aſſecutus eſt. Cum enim id, quod Ariſtoteles quadã adactus neceſſitate fecit, ne diſcipulum ſuum Alexandrum offenderet, cauſam nunc in hac ſeculi noſtri libertate nullam amplius haberet, planiſſimis verbis omnia Philoſophiæ arcana eſſe ediſſerenda cenſuit, ut patenti via ad rerum latentem veritatem iretur, atque ut deinceps ex tenebris clara lux eniteſceret. Quare intra breve tempus plurimos patriæ ſuæ dedit ſui ſimiles, hoc eſt, ſolidiſſimos doctiſſimoſq; philoſophos, reginamq; ſcientiarum omniũ, & vitæ noſtræ dominã ſolio ſuo ſuiſque ſedibus reddidit. Vetus ſententia eſt, ubi Imperator eſt, ibi Romã eſſe. Non injuſte ego quoq; dixero, ubi Bugerſdicius noſter vixit, eodẽ in loco ſimul & philoſophia verſata eſt. Atq; optandum utique fuiſſet hanc felicitatem Academiæ noſtræ, ut maxima eſt, ita & propriam diuturnamque fuiſſe. Sed aliter viſum

Prin-

Principi illi Deo, qui Academiæ nostræ fata temperat. Quippe virum præstanti virtute, florentissima & integerrima ætate, ante sex menses in difficillimum pertinacissimumque morbum conjecit, qui tandem nunc decimo nono die hujus mensis consumpsit eum abstulitque nobis. Nihil hic est, quod, tanquam iniquum, accusare possimus. Usui enim nobis, non mancupio dedit Deus. Idem ille, qui concessit, repetiit, & pretiosum illud depositũ, quod diutius in terris apud nos esse noluit, cęlo, & sibi vindicavit. Beneficiũ summi numinis æstimare grato animo decet nõ eos tantum, qui utuntur, sed & qui usi sunt. Poterat enim etiam non tribuisse. Illa ipsa temporis usura ponenda in lucro est, cum, qui plus dare poterat, & nihil debebat, multum tamen fecit, quod tantillum dedit. Nos, quod nostrum est, peregimus, auditores, cum honores extremos collegæ nostro grata est justa memoratione laudum ejus hoc tam solenni actu in maxima hominum celebritate rependimus, quia sacram esse magnarum virtutum memoriam oportet, ut plures esse bonos, & bene de Academia mereri jubet, dum gratia bonorum non cum ipsis cadit. Cætera, quæ ad Academiæ causam in posterum pertinent, & quæ insuper de beatitudine defuncti nostri, qua ille in cælis nunc fruitur, dici possunt, neutiquam occupare diu

nec

nec me, nec vos debent. Nam ad Academiæ quidem incolumitatẽ ſalutemque, quid aliud precari majus à Deo immortali poſſumus, quam ut cœleſti ſua bonitate & munificentia hanc diſciplinarum ſcientiarumque illuſtrem ſedem iterum nunc iterumque proſequatur, nobiſque propitius ſemper & favens adſit, & defuncto noſtro ſucceſſorẽ aliquem det, doctrina, virtute, pietate, & probitate parem. Infinita eſt ejus, qui hæc munera nobis contulit, liberalitas, & potentia, quæ nec ullis limitibus circumcluſa eſt, & tribuere ſui cultoribus etiam, majora valet. De defuncto autem noſtro, qui jam tranſcriptus in æternas ſedes, ſummo gaudio apud Deum dominumque & Servatorem ſuum Jeſum Chriſtum perfunditur, nec aut dolore noſtro aut rerum terreſtrium caduca conditione permovetur. Longa foret & notiſſima oratio. Ego vero & antea ſæpius ex hoc ipſo loco de vitæ noſtræ miſeria, deque his, quæ ad ſolatium Chriſtiani hominis poſt mortem ſpectant, diſſerui: Et nunc ne id faciam, illud in cauſa eſt, quod triſtia hæc & lugubria referendo dolorem ipſe meum domeſticum, à quo mirum in modum recens & adhuc ſqualidus ſum, refricare, ut vulnera nondum obducta magis aperire nolo. Id autem neque vos deſiderare debetis, Auditores, quibus nihil jucundum eſt, quod ſit cum meo in-

com-

commodo conjunctum, neque defuncti nostri aut propinquorum ejus quidquam interest: quibus virtutes ejus à nobis justa laudatione decoratas fuisse pro honesto eorum voto satis est.

---

# ORATIO XVII.

## *Habita super causa Judiciaria* SENATUS ACADEMICI.

*2 Febr. CIↃ IↃ C XXXII.*



UOD reipublicæ nostræ salus, Academiæ hujus dignitas, & judicum in ea religio atque sanctimonia exigebat, id factum hodie novo & gravissimo exemplo est ab Illustrissimis præpotentium Hollandiæ Ordinum delegatis, ut sententiæ nuper in causa homicidii latæ sua assereretur publicè vis atque autoritas. Habebat utique Senatus juridicus Academiæ abunde ea omnia remedia, quibus rem judicatam stabilire, atque adversus omnes tueri posset. Sed & ad vim omnem propulsandam non deerat magistratui urbano præsidium & tutela in civium

suorum

ſuorum armis. Sed cum illuſtriſſima avorum & atavorum familia editus princeps Janusſius Razevillius, ſolenni die atque loco, in publico Academicorum omnium conventu, coram nobiliſſimis Academiæ Curatoribus, ac coram Curiæ provincialis Præſide, qui per totam Hollandiam Zelandiamque juri dicundo præeſt, multa ad infringendam rem nuper judicatam aſperè & acerbè dixerit, fecit principis illius dignitas & natalium ſplendor, ut atrociſſimis ejus verbis improbandis damnandiſque auctoritatem ſuam hodie accommodaverint illuſtriſſimi præpotentum Hollandiæ ordinum delegati, & decus ſplendoremq; publico huic actui conciliaverint etiam ab armata cohorte celſiſſimi & invictiſſimi Auraici Principis, qui ſummus legum in hac republica noſtra aſſertor, & juſtitiæ atque ordinis judiciarii tutor eſt. Equidem ego, ornatiſſimi auditores, cum in hunc locum conſcenderim, ſcio plus mihi præſidii in meis erga vos meritis, atque in veſtro omnium erga me amore & propenſiſſimo adfectu, quàm in militum armis eſſe. Quare nihil his apud vos indigere me exiſtimavi. ſed tamen quod honos & majeſtas reipublicæ noſtræ requirebat, id neutiquam profecto aſpernandum fuit. Gratias ingentes & agimus & ſemper habemus illuſtriſſimis præpotentum ordinum delegatis, qui in hac

hac tanta consessus celebritate clarissimis rerum documentis hodie significaverunt, quàm sit sibi chara atque jucunda & Academiæ ipsius incolumitas, & judicum, qui in ea jus dicunt, autoritas. Sciunt illi plurima quidem esse apud omnes pène gentes studiosæ juventutis privilegia, & summum ubique favorem: sed tamen intelligunt iidem pro sua sapientia nequaquam id eo pertinere ut homicidium, aut vis, aut pacis publicæ violatio per dissimulationem transmittatur impune. Enimvero certum est magnam esse adolescentiæ infirmitatem, atque omnes ætatis hujus vias mirum in modū lubricas esse, quibus insistere atque ingredi difficile est sine casu aliquo aut prolapsione. Nimis sæpe mentes etiam optimæ atque celsissimæ à recto bonoq; in transversum aguntur, & multa committunt, ad quæ mox oculos retorquent cum dolore. His aut ignoscere, aut censuram pœnamve ex justa causa ponere judices Academici pro animi sui æquitate didicerunt. Omnia omnium facta rescìscunt, non omnia resequuntur. Parvis peccatis veniam, magnis severitatem commodant, nec pœna semper, sed sæpius pœnitentia contenti sunt. Ex tanta juvenum multitudine solitudo duntaxat & vastitas supererit, si nihil relinquatur nisi quod absolverit intonsi Catonis severitas. Sed condonanda vitia, non

flagitia sunt. cædes, rapinas, vim nocturnam diurnamque damnavit & natura,& naturæ autor Deus, atque omnium gentium, quæ cultum aliquem humanitatis sentiunt, publica & pridem inveterata consuetudo. Neminem hic delinquentem excusat dignitas, aut privilegium, ac nec hospitalitatis quidem jus. Frustra hospitalitatis leges ille invocat, qui, dum eas allegat *l. auxilium. 37. in fin. ff. de minor.* contra eas committit. In primis receptum illud magno omnium consensu est, ut legum rigor ultore ferro persequatur homicidas: ut, quod fecerint, exspectent, &, qui sanguinem effuderint humanum, illorum quoque sanguis funderetur: & quicunque hominem occidisset, morte moreretur. Quippe ad imaginem Dei factus homo est. & ipse Deus Dominusque noster Christus, ut significet debere homicidas interfici, omnes, inquit, qui accipiunt gladium, gladio peribunt. Ad hæc Deus optimus maximus, cum per Mosen cædes prohibuit, complexus est mortales omnes, etiam infimæ & deterrimæ conditionis: quorum vitam suæ solius potestati reservavit, nec cujusquam libidini patere voluit, etiamsi in potestate essent dominorum suorum. Unde, qui servum suum, inquit, vel ancillam occiderit, criminis reus erit. Et, ne quis credat dolum duntaxat & culpam puniri, etiam bruta, quæ

dolo

vacant, lapidibus obrui jussit, si homi-
, rem sacram, & Creatori Deo pene si-
m, obtrivissent. Equidem nos, orna-
ni Auditores, qui in hac republica liber-
a nostram & leges atque jura multo ci-
ı sanguine, & longo ac difficillimo
ı tutati sumus, non debemus potestatem
ıadvertendi in homicidas petere aut
ıdiri ab exteris ulliis nationibus, aut à
quam peregrino testimonio. Sed ta-
novit illustrissimus princeps Razivilius,
runt omnes, qui ejus studiis præsunt,
ı sint pulcra & luculenta ea, quæ de
: cujuscunque hominis in regno Polo-
ıltimo supplicio punienda scripsit vir
lissimus, & rerum civilium ac reipubli-
egundæ gnarissimus. Andreas Fricius
revius ad Sigismundum secundum Po-
: regem. Noverunt omnes, quæ sit lex
nis lata à Rege Stephano Batore, cu-
ietas multa fortissimæ isti genti ademit
riori morum ferocitate. Quod si verò
nunquam ipsis Polonis aut scripta aut
ta fuissent, tamen utique nos in Belgio
tque in Batavia vivimus, ubi leges no-
on dant qui foris accedunt, sed à nobis
ıiunt, eas nempe, quas ex æterno sum-
)ei imperio & ex ipsius justitiæ præce-
secuti semper sumus constantissimè.
sic est ratio, & sic animum induco
 meum,

meum, principem Razevilium, magno patre principum omnium in Polonia religiosissimo & incorruptissimo progenitum, non posse existimare id ad dedecus suum pertinere, si famuli malè temperantes & ebrii delictum aliquod committant, cum ipse virtutis & temperantiæ exemplum sit omnibus suis. Multò verò minus indignari eum oportet, si, ut culpam suorum præstare non debet, ita pœnam eorum in republica libera & optimis legibus constituta impedire non possit. Sed principem generosum & cætera optimum calor juvenilis & aliorum etiam imprudens impatientia, credo, abripuit, ut quædam diceret, quæ sacratissimus judicum nostrorum Academicorum ordo ferre nec potest nec debet. Et certè ipse æquo animo feret judicibus nostris constare debere honorem suum, religionem, & conscientiam. Cogitet etiam atque etiam, quantum in delictis coërcendis insit reipublicæ momentum. Cogitet, si autoritas judicum collabatur, & prava de iis excitetur opinio, nihil in urbe fore tutum, & futuram Academiam tandem publicum latrocinium. Si processus judiciarii, quem in hac causa judices secutî sunt, rationem reddi sibi velit, frustra est. Hæc enim ratio non aliter constat, quam si nemini
redda-

reddatur. Illud duntaxat in summa dicimus, quod etiam hodie Illustrissimi præpotentium Hollandiæ Ordinum Delegati edicto suo pronunciarunt., non aliam hic initam fuisse viam, nisi quæ in Curia utraque juridica, atque in cæteris omnibus tribunalibus non modò per Bataviam, sed per totum etiam Belgium tenetur, quoties confessus crimen suum reus est. quam quidem viam saluberrimo exemplo recisis omnibus ambagibus constituerunt jam olim harum provinciarum principes & comites, cum criminales causas per artes litigantium in sæculum extrahi noluerunt, quòd reipublicæ intersit delicta haud diu manere impunità. Defensiones rei omnes à disertissimis advocatis per plures horas propositæ, ac mox excussæ singulæ expensæque sunt. Quantum fidei illis tribuendum esset, l. eum quem 79. ff. de judic. l. ordine. 15. in fin. pr. ff. ad municip. l. testium. 3. §. ejusdem. 2. ff. de testib. cum eæ in facto, non in jure, consisterent, ad judicum religionem & conscientiam pertinuit, quibus id totum committendum est. Hæc ea sunt, quæ breviter dicenda nunc credidi. Vos, illustrissimi præpotentium Hollandiæ Ordinum delegati, qui publicis Academiæ bonis hãc curam hodie atque hanc operam impendistis, ut deinceps eodem animo atque affectu sitis, rogo

vos atque obtestor. Date operam, ut Academia hæc vestra, quæ Bataviæ magnam lucem affundit, atque inter præcipua orbis Christiani decora nunc est, novis incrementis magis magisque surgat, caputque suum efferat supra omnium æmulationem & invidentiam. Vos verò, studiosi juvenes, generosa & ingenua pectora, cum hodie rem judicatam publica autoritate constabiliri audivistis, quantum observantiæ debeatis legibus patriæ, ac judicum Academicorum sententiæ, perpendite. Non est libertas vestra sita in effreni licentia quadam, sed in legum atque in justitiæ obsequio. Omnes in hac servitute nati sumus: legibus & æquitati parere sũma ac vera libertas est. Non sunt liberi homines dicendi, qui vitiorum suorum & delictorum mancipia sunt. Vivitis hic in conspectu tot clarissimorum & eruditissimorum hominũ, qui imbuere animum vestrum possunt optimarum rerum scientia: qui rectam viam vobis sternunt ad honores, ad laudes, & ad edita doctrinæ & sapientũ templa. Optima quæque dies vitæ solet miseris mortalibus prima effugere. Nolite florẽ juventutis vestræ offerre luxui, fæcem autem senectutis Deo ac bonæ menti reservare. Sera in fundo est parsimonia temporis, rei pretiosissimæ. Quod in imo & in extremo vitæ nostræ remanet, non tantum minimum, sed etiam pessimum est.

# PETRI CVNÆI RESPONSUM
## *in causa postliminii.*


Causa, quæ proponitur, ejusmodi est. Genuenses quidam, qui tribus navibus prætoriis per mare Mediterraneum vehebãtur, in navem Turcicam pretiosis mercibus onustam, quæ Constantinopoli veniebat, inciderunt, eamque aggressi pro eo jure, quo in Turcas hostes suos usi semper sunt, vi expugnarunt, ceperuntque. Mox deinde adversis ventis & tempestatibus diu acti, cum aliter servare se suamque prædam non possent, portum insulæ Cretæ, quæ sub Venetorum imperio est, subire coacti sunt, ut inde mox solvere, & prædam suam perferre Genuam possent. Veneti, quemadmodum cum Genuensibus, ita & cum Turcis, pacem & amicitiam colunt.

Quæsitum est, an Turcæ apud Venetos prædam eam à Genuensibus repetere, & an eam Turcis adjudicare debeant Veneti, quibus cum neutra gente quidquam hostile intercedit? Disceptationis caput in eo est, ut excutiatur an apud communem amicum jus postliminii in hac facti specie admitti possit?

Id Genuenses negant. quorum causa cum æquissima & justissima sit, & grande momentum trahat, operæ pretium est rationes eas in medio proponere, quæ ex jure gentium & civili adferri pro illis possunt. Ut igitur appareat in hoc casu cessare postliminii jus, ante omnia statuendum pro certo est, in his, quæ postliminii jus admittunt, ea demum postliminio ad priorem causam & statum redire, quæ aut ipsa se ingenio, arte, fugaque hosti subtraxerint (quod duntaxat in personis captis fit) aut virtute & vi militum nostrorum hostibus pulsis superatisve erepta iterum sint, aut ita ab hoste redempta, ut redemptori restitutum pretium fuerit, aut denique postremo gratis & donationis causa ab hoste dimissa sint. l. 12. pr. l. 26. ff. l. 12. l. 2. l. 5. C. de capt. & postl. quæ utique tam in personis, quam in rebus postliminio idoneis, locum habent. Supra dict. ll. junct. l. 2. l. 14. pr. l. ult. ff. d. t. Hæc, quæ in hunc modum aut per vim & virtutem militum nostrorum recuperata sunt, aut se ipsa ingenio & fugâ aliave arte hosti subduxerunt, si mox intra fines limitesque proprios esse cæperint, aut si etiam ad regem socium vel amicum venerint, statim postliminio rediisse videntur l. 5. §. 1. l. 19. §. 3. de capt. & postl. Etsi autem textus illid. l. 5. §. 1, & d. l. 19. §. 3. de hominibus ex captivitate

tate ad ſua præſidia, aut ad regem ſocium amicumve reverſis loquuntur, tamen ex paritate rationis etiam ad res captas pertinent, ſi modò ejus generis res ſint, quas poſtliminio recipi poſſe placuit. quas oppido paucas fuiſſe, dicetur infrà.

Sanè, cum nuſquam alibi in juris noſtri libris, præterquam in d.l. 5.§.1. & d.l. 19.§. 3. quidquam de causâ poſtliminii apud regem ſocium aut amicum conſtituendâ ſcriptum ſit, illud apprimè obſervandum eſt, quemadmodum in duabus illis legibus uno & eodem contextu tam de his, qui ad præſidia propria, quam de illis, qui ad regem ſocium amicumve pervenerunt, conjunctim agitur, ita in utriſque requiri ut hi prius per virtutem militum noſtrorum erepti hoſtibus ſint, aut ipſi ſe ſuo ingenio & arte ex hoſtium manibus ſubduxerint. Cum enim ii, qui in præſidia propria pervenerunt, nequaquam intelligi poſſint illuc ab hoſte noſtro deducti & illati eſſe, ſanè etiam hi, qui conjunctim in eodem textu atque in ejuſdem legis conſtitutione in amicam aut ſociam civitatem perveniſſe dicuntur, eodem etiam modo perveniſſe intelligi debent, nimirum ut non hoſtis ipſe eos in amicam ſociamve civitatem deduxerit, ſed ut vi aut arte prius evaſerint hoſtium cuſtodiam. Nihil de deductione ad regem amicum aut ſocium ICti

ibi ajunt, sed volunt eos ad Regem amicum, quò tendebant, pervenisse, *ut nomine publico* quam primum *tuti forent*. Neque verò causa esset, cur eos ICtus. in d. l. 19. §. 3. incipere statim *publico nomine tutos esse* diceret, nisi eos significaret, qui hostium finibus egressi aut vi illinc educti hostem insequentem fugiunt, &, ubi proprios fines attingere nequeunt, socii aut amici regis territorium intrant, ubi ab hoste iterum capi, aut ex fuga retrahi non possint. Hi igitur demum illi sunt, quibus postliminium apud regem socium aut amicum attribuitur à Pomponio & Paulo in d. l. 5. §. 1. & d. l. 19. §. 3. Et consimiliter, de rebus nostris ab hoste captis, quas virtute sua miles noster recuperatas ad regem socium aut amicum pertulit, idem dici per interpretationem oportet, ut antè dixi, dum tamen ex eo rerum genere sint, quæ postliminii jure donari possunt. Non enim omnes res postliminio recipi ICtus significat in l. ult. de capt. & postl. Et quidem hoc ipso casu, quem Pomponius & Paulus in d. l. 5. §. 1. & d. l. 19. §. 3. tractant, cum captivorum aliqui vi aut arte ex finibus hostium nostrorum ad regem amicum aut socium pervenerunt, dicendum est postliminii jus sine ullo discrimine procedere, neque quicquam interesse, utrum is rex partes in bello easdem nobis-

cum adversus eosdem hostes sequatur, an verò noster simul & hostium nostrorum communis amicus sit. Etenim cum postliminii causam ICtus in d. l. 19. §. 3. ex eo statuat, quod *publico nomine tutus esse incipit* qui ex hostis sui præsidiis ad regem socium aut amicum perfugit, omnino par ratio in utroque casu est. Nam & priore casu *tutus publico nomine est*, qui ad regem ejusdem belli socium venit. (quem casum indubitabilem esse Albericus Gentilis ait in advocat. Hisp. cap. 1.) Et rursus posteriore casu tantumdem statui necesse est, quia qui ex hostium finibus artè aut virtute bellica evasit, & ad communem amicum pervenit, pariter tutus ex publica causa est, propterea quod eum persequi & rursus capere hostis in territorio communis amici nequit. Nullos enim hostiles actus aut inchoari aut renovari intra fines suos patitur rex utriusque partis amicus. Alb. Gentil. advoc. Hisp. 1. 14. lib. lib. 28. quemadmodum per contrarium superesse & perdurare in regno suo non vetat effectum rerum extra territorium suum hostiliter gestarum. Atque hoc ut ratio juris suadet, ita Paulus ICtus in d. l. 19. §. 3. alternativà voce usus regem socium ab amico distinxit. cum enim postliminium apud regem socium vel amicum concedit, socium eum dixit, qui adversus communem hostem socius nobis est. amicum

cum verò intelligi posse significat, cui pax cum utraque parte est. Quare haud rectè Antonius Gamma in decis. Lusitan. decis. 384. num. 5. verba Pauli in d. l. 19. §. 3. ad regem duntaxat ejusdem belli socium restrinxit. In quo nec probari potest sententia Hugonis Grotii lib. 3. de jure belli cap. 9. n. 2. Enimvero certissima quidem est Antonii Gammæ sententia in d. decis. 384. cum negat Gaditanos recipere postliminio prædam, quam Galli Gaditanorum hostes in mari captam vi ventorum compulsi in portum Lusitanorum, Gallis pariter Gaditanisque amicorum, deduxerant: sed ad eam sententiam defendendam nihil necesse habuit textum d.l.19.§.3. ad regem ejusdem belli socium coarctare, cum sententiæ ejus minimè officiat textus ille, quippe qui alium planè, ut diximus, casum tractat, videlicet hunc, quo ii, quos hostis ceperat, ex hostium præsidiis arte aut vi egressi ad regem socium aut amicum confugerant. Quo casu nihil interesse probavimus utrumne rex ille easdem belli partes nobiscū contra communem hostem sequatur, an communis amicus partis utriusque sit. Cæterum casus ille, quo is ipse, qui prædam hostilem cepit, in regis amici vel socii portum eam deduxit, non deciditur duobus illis textibus d. l. 5. §. 1. & d.l.19.§ 3. quos tamen textus solos in

juris

juris nostri libris ad causam postliminii, quæ apud socios amicosve sit, pertinere diximus.

Quare id nunc agendum est, ut casus iste, si non ex verbis legum, at ex ratione tamen & mente earum, decidatur. Est enim hic casus ille, quem nunc Genuenses proposuerunt. Utique non hic dicitur eos, quos hostis nave & mercibus exuerat, statim animo recuperandæ prædæ hostem navibus persequutos esse, ac pari velocitate ita pressisse fugientem, ut is, ubi iterum cum iisdem de præda jam jamque dimicandum cerneret, in portum regis amici se receperit. Quo casu conflictus perduravisse & animus possidendi, aut certè possessionem in continenti recuperandi non depositus fuisse videatur. arg. l. Pomponius tractat. 44. de A. R. D. Rip. in l. 1. n. 4. de acq. poss. Angel. disp. de renov. guerr. sed illic tractatur casus, cum quis prædam navali pugna ab hoste captam, per dies plures vexit, ac nullo hoste insequente possedit, eamque in portum ejus principis, qui communis est utriusque amicus; deduxit propterea quod aut commeatu indigeret post longam navigationem, aut sevienti tempestati, ventisque adversis cederet. Qua necessitate Genuenses nunc se in Cretam insulam fuisse delatos dicunt. Et idem ab Antonio Gamma d. decis. 384. relatum

latum de Gallis est, quos in amico Lusitaniæ regno ad anchoras stare non sua voluntas, sed vis cœli major adegerat. Hic verò nulla lex, nullus juris apex, sed nec ulla æquitatis ratio postliminium in regno communis amici admittit. Enimvero in bello postliminium captis esse, pace autem cum hoste factâ non esse postliminium nisi his, de quibus in pacis conventione cautum erat, ut redderentur, significatur à Pomponio in l. 20. pr. & à Labeone in l. 28. ff. de capt. & postl. Quam & Tryphonini sententiam esse in l. 12. pr. eod. tit. ex verbis ejus rectè constitutis conceptisque tradidit jam pridem Petrus Faber præses Tholosanus lib. 1. Semestr. cap. 7. quem secuti magno consensu omnes clarissimi juris interpretes sunt. Atque id quidem hic, ubi de belli, non de pacis tempore agitur, attingi non oportuisset, nisi ad casum propositum nostrum pertineret ratio differentiæ, quam esse Tryphoninus ait inter eos, qui bello, & eos, qui pace redeünt. Causam enim denegandi in pace postliminii hanc ex Servio refert in d. l. 12. pr. *quia spem revertendi civibus in virtute bellica, non in pace, Romani esse voluerunt* virtutem autem bellicam alibi Florentinus significat; *Sive vi, Sive fallaciâ potestatem hostium evaseris*, l. 26. eod. Veteres enim dolum etiam bonum dicebant, & pro solertiâ
hoc

hoc nomen accipiebant, si adversus hostem quis machinetur. l. 1. §. 3. de dol. Certè non potest dicere bellicâ virtute suâ suorumve, aut solertiâ fallaciâque suâ aut suorum aliquid factum esse is, quem hostis navali pugnâ captum & per maria diu raptatum semper in potestate ita retinuit, ut ne tunc quidem eum dimiserit, cum propter tempestates anchorã jecit in amico utriusque regno. Si eum dimisisset sponte victor, postliminium fore Florentinus respondit in d. l. 26. d. t. nunc in regno pacato, apud regem utriusque amicum, id sibi servat, quod ante dedit belli sors. Porro quemadmodum eos, qui ex hostium finibus fallaciâ solertiâque, aut vi suâ suorumve ad communem amicum pervenerunt, pleno postliminii jure perfrui probatum jam antè est, quia id industriæ & virtuti bellicæ adscribitur, l. 5 §. 1. l. 19. §. 3. d. l. 12. pr. l. 26. d. t. ita è converso, postliminium attribui his non potest, quibus nec ulla virtutis militaris subest causa, & nihil prætexitur, nisi pax, quæ, cum communi amico est. per dd. ll. Et rursus, si inter duos hostes pax mox inita non prodest ad postliminium eis, qui ante bello capti sunt; nisi inter paciscentes partes sic convenerit, d. l. 12. pr. l. 20. pr. l. 28. d. t. Nihil etiam tibi ab hoste deduci proderit ad littus amici, qui cum utroque pacem ita colit, neutrius ut bellum

bellum dirimat. Nisi forte pactionibus id ipsum complexus sit communis amicus, ut quos alter bellantium ab altero captos in portum communis amici deduxerit, his postliminii jus foret. Cujus rei grande documentum est in secundo fœdere, quod inter Romanos & Carthaginenses ictum esse his verbis Polybius lib. 3. cap. 24. refert, *Si qui Carthaginensium*, &c. Nimirum sciebant Romani Carthaginensesque jure gentium non esse postliminium his, quos ab alterutro hoste captos in portum communis amici deduxerit victor. Quare expressim & speciatim ut his postliminii jus competeret, pactione fœderis contra jus commune convenerat. Utique non pertinet ea fœderis pars ad illos etiam, qui vi aut fallacia ex hostium finibus ad communem amicum pervenissent. Nimis laxè & generatim ea verba accepisse videtur vir summæ doctrinæ Hugo Grotius lib. 3 de jur. bel. cap. 9. n. 2. non enim his postliminium ex communis amici pactione aliquâ, sed ex omnium gentium communi jure esse, ostensum probatumque jam antè est. Sed speciatim caput illud fœderis de his agit, quos jure belli captos in portum communis amici ipse victor deduxerat. Quibus utique citra expressam illam communis amici pactionem postliminium nullum esse potest, si modò ab ipso victore in

in eum portum deducti sint. Et quomodo verò citra eam communis amici pactionem jus illis postliminii foret? Etenim cum nec vi nec dolo potestatem hostium evaserint, nihil virtuti bellicæ, aut industriæ suæ suorumve tribuere possunt. Et rursum, hostis, quem tempestas aut alia vis major illuc cum præda detulit, haud dimittere eos vult. Quorum tamen alterutrum in d.l. 26. & aliis in legibus requiri diximus. Restaret ergo, quod extremum est, ut communis amicus manum prædæ injiceret, eamque victori adimeret. Atqui id profectò nulla æquitate, nullaque ratione subnixum est. Utique princeps, quem hostis uterque amicum habet, jus utriusque partis integrum esse sinit; nihil verò alteri demit, aut alteri adjicit. & in portubus quidem suis & territoriis nullum ab utraque parte conflictum edi, nihilque hostile patrari sinit; cæterum quæ ante extra territorium suum jure belli hostiliter gesta sunt, non obliterat nec tollit, nec eorum effectum rescindit. Dux Carthaginensium abstinuit manum à Scipione in Siphacis portu. etsi enim jam naves & arma expediverat, tamen quia non poterat eum aggredi antequam in portum idem se intulisset, neminem ultra ausum fuisse in regio portu tumultum agere Livius refert lib. 28. At non ait Livius Syphacem alterutri

quicquam, quod captum ante ab altero esset, ademisse, & alteri restituisse. quippe ut prius illud contra reverentiam est, quæ portubus alienis debetur, ita posterius hoc pugnat cum fide publica, qua hostem utrumque intra fines suos communis amicus recipit jure gentium. Et est utique princeps non fidejussor modo ut securè tutoque in territorio suo vivatur ubique, sed procul dubio & violentiæ ultor adversus omnes, Sot. 1. de in. 1. a.4. Cæpol. de S. R: 4. Gail. 2, 64. Schurff. 2. cons. 2: & cum præstet publicam securitatem apud se communi jure universis & singulis, non sinit fœderatorum alteri vim ullam ab altero fieri: & multò minus ipse alterius fœderati gratiâ vim facit alteri: ne inde injuriarum nascatur occasio, unde remedia nascuntur. l. 6. C: vnde vi.

Nimis malè cum Genuensibus ageretur, si in portu id metuerent à Venetis amicis suis, quod ab hoste non poterant nisi extra portum pertimescere; aut si periculum ab amico inciperet, ubi ab hoste cessaret: Denique postremo, si illud ipsum periculum, quod in portu amicus inferret, majus etiam graviusque illo esset, quod hostis in mari incutit. Certè nemo dubitat longè satius esse in mari cum hoste congredi, ubi incertus pugnæ exitus, & spes iterum vicendi est.

At

At in portu, si publicæ securitatis spes deest, præsidium ab armis contra vim quærere non sinunt tot arces & propugnacula. Pervulgatæ sunt, & in omnium manibus exstant regni Gallici constitutiones; in quibus quoties de præda edicitur, quam forte amici aut fœderati quidam in portus Gallicos ex mari subvehunt, nihil aliud reges cavent, nisi ut maris præfectus cognoscat utrum eam à justo hoste recte captam relinquere ei, qui cepit, an vero improbe absque belli jure raptã auferre prædonibus, & reddere domino debeat. Cod. Henric. III. lib. 20. tit. 7. artic. 14. & artic. 23. & eod. lib. 20. tit. 13. art. 1. & art. 6. Et, quod amplius est, expressim in ea lege, quam super rebus maritimis ab Henrico III latam Curia Rotomagensis 20 die Iulii anno 1557 promulgavit, scriptum est, navem, quam Gallo eripuit hostis, nisi statim recuperata sit, ita hostis propriam fieri ut eam ille ad gentes quascunque amicas fœderatasque non minus tutò perducere, quam in suum ipsius deferre territorium possit. Hæc stabili & perpetuo usu in Galliis semper ex juris certissimi & legum regulis observata non carent exemplo aliarum quoque gentium. Nam & Antonius Gamma, ut ante ex de decis. 384. relatum est, prædam, quam Galli à Gaditanis hostibus suis in ora Mauritaniæ captam ad Lusitanorum portum vi

maximâ ventorum compulsi deduxerant, cum Lusitanos uterque is populus pariter amicos haberet, concedendam esse Gallis victoribus jam ante 60 annos, ipse supremi Lusitanorum consistorii senator censuit, idque mox regina comprobavit.

Et in Anglia quoque nunquam aliter pronuntiatum aut judicatum fuit quamdiu magnæ Britanniæ Rex cum Hispaniarum rege pacem amicitiamque coluit Quoniam enim fœdus ei etiam cum Hollandis est, etsi sæpissime illi ingentem prædam ab Hispanis hostibus captam in Angliæ portus deduxerunt, publicâ tamen securitate eos illic perfrui, atque inde iterum enavigare & prædam in Hollandiam atque in propria præsidia perferre passus est. Ventilata quidem ea res subinde publice in judicio fuit, cum legatus Regis Hispani jus Postliminii hic peteret, adhibita advocatione Alberici Gentilis ICti Itali, cujus responsa quædam in hanc causam edita sunt: Sed Rex moris antiqui & justitiæ æquitatisque observantissimus, ac judices rerum maritimarum, qui has controversias non ex scriptis quibusdam ejus regni constitutionibus, sed ex communi jure gentium & civili decidere pridē soliti sunt, semper incorruptâ integritate in iis rationibus perstiterunt, quas pro Hollandis longus seculorum usus, & jus civile atque gentium

gentium dictat. Et ipse verò Albericus Gentilis, qui causam eam instruxit, tandem diffidit argumentis illis, quæ pro legato regis Hispaniæ contra Hollandos attulit. Cum enim persentisceret solidas & veras robustasque juris rationes pro Hollandis stare, quæ conortis & minutis conclusiunculis labefactari non possunt, assertionem ipse suam destituit, & sponte veritati manum dedit. Sunt autem apprime notatu digna ejus verba, quæ in lib. 1. ad. vocat. Hisp. cap. 1. in fin. extant: *Sic ego*, inquit, *contra*, &c.

Primò significat, contrà in magna Britannia & in aliis regnis fieri solere, & res jam ac prædam victoris non admitti ei in amico regno. Deinde addit se id scire. Postremò ait se, cum hæc sciat, non admodum inniti argumentis suis. Hanc adeò rotundam confessionem summo ICto expressit ingenuitas sua, & præclara legum scientia. Quæ res mirum in modum prodesse Genuensibus apud Venetos debet ad præsidium causæ suæ. Certum est in portu communis amici esse debere tutam utrique hosti stationem. non videtur autem eam esse tutam, in qua alteri adimeretur quod jure belli in mari captum possideret. Est in portubus nexus firmissimus alternæ humanitatis, nec ii subeuntur ut quid amittas, sed ut retineas:

aut si retinere, quod possides, non liceat, tantundem est, ac si litorum & portuum aditu prohibearis. Prohiberi autem litore & portubus nemo jure gentium potest, nisi is, quem ipse territorii dominus habet hostem, metuitve. Carthaginensium quidem regina, cum apud eam Trojani queruntur barbaro more sibi litorum & portuum hospitium negari, non aliâ, quam privata quadam ratione, se defendit,

*Res dura, & regni novitas me talia cogunt*
*Moliri, & latè fines custode tueri.*

Aliàs servanda est communitas in omnibus rebus, quas ad communem hominum usum natura genuit[a]. Et quicquid sine detrimento potest commodari, id tribuendum est vel ignoto. Visa quondam justa Megarensium querela fuit, quod præter jus gentium portubus Atheniensium prohiberentur, [b] atque etiam creditum est contra libertatem Græciæ id esse. Sola navigatio est, quæ omnibus inter se populis commercium dedit, & gentes locis dissipatas miscuit. Eam porro tollit & ingentia naturæ munera, in injuriam vertit, qui publicam securitatem in portu denegat his, quos illuc longæ navigationis languor aut tempestatum vis ex alto appulit. Et sane cum hos in com-

* Virg. 1. Æneid.
a Cic. lib. 1. de offic.
b Diodor. Sicul. lib. 12. Plut. in Pericl.

alienam fidem confugere & ei ſe ac ſua committere neceſſitas extrema aliqua & miſerabilis caſus adigit, prope eſt ut hi in eadem cauſa eſſe videantur, in qua ſunt ii, qui periculi vitandi cauſa; hoc eſt, naufragii, ruinæ, tumultus gratia, res ſuas apud aliquem deponunt. Quod interpretes depoſitum miſerabile & neceſſarium appellant. In quo fidem violaſſe gravius ſemper turpiuſque exiſtimatum eſt, ut etiam in duplum prætor actionem dederit l. 1. §. 1. depoſ. Quemadmodum ex eadem cauſa idem quoque prætor in eum, qui ex incendio, ruina, naufragio, rate, nave expugnata quid rapuiſſe, recepiſſe dolo malo, damnive quid in his rebus dediſſe dicetur, in quadruplum judicium promittit, nullo inter manifeſtum & nec manifeſtum furtum diſcrimine, cujus ratio habita non eſt in ejuſmodi delicto, quod ex modo & magnitudine doctores Qualificatum barbarè appellant. l. 1. pr. & tot tit. ff. de incend. ruin. nauf. rat. nav. expugn. Ita miſeratio & ſubita periclitantium neceſſitas magnum hujus juris patrocinium dedit, fidemque exegit etiam uberiorem, quam in cæteris negotiis.

Neque eſt quod Veneti dicant, nolle ſe quidem Genuenſibus nocere: ſed tamen id quoque ſe operam dare ne alter hoſtis, quem pariter quoque amicum habent, in damno

hæreat. Nimis facile dissolvi hæc ratio potest. Etenim ne hostium alter damnum alteri aut vim in amico regno inferat, id vero providendum communi amico est. at ut damna extra territorium suum accepta reparari in regno suo jubeat, haud esse æquum scit, cum & bellum perduret adhuc, & hæc incommoda secum ferat belli sors atque indoles. Quare adversa utriusque arma medius spectat. Et, ubi non potest alteri subvenire, nisi alterum lædat, mavult alterum non juvare, quam gravare alterum quod est ex divi Ambrosii sensu 3. de off. 9. Et ea mente Hansiaticis civitatibus respondit Elisabetha Anglorum regina, *Non esse hoc colere cum utrisque hostibus amicitiam, si alteros lædas, juves alteros. at imo hoc esse auxiliari hostibus, & cum hostibus adversus alteros facere.* Nulla *tamen res* vetat communem amicum plura amicitiæ officia parti alteri exhibere, & sine ulla offensione fœderis cum uno niti, cujus causam esse justiorem scit. Quippe cum arma utriusque non pariter probet, illud interdum fit ut conjunctio & necessitudo major sit cum altero. Quæ si ex æquo & bono spectes, etiam summa ratio suadet ut Venetorum magis enixus favor & propensior in Genuenses voluntas sit. Quemadmodum magnæ Britanniæ Rex, postquam pace cum Hispaniarum rege fecerat, nunquam veritus
fuit

fuit majora benevolentiæ documenta Hollandis edere, qui & eandem religionem Hispano invisam tuentur, & olim etiam communia contra eundem hostem gesserunt arma. Satis jam ostensum est, nullum postliminii jus esse his, quæ hostis ab hoste suo capta in portum communis amici ipse deduxit. Nunc illud addendum est, pleraque omnia, quæ Genuenses ceperunt, ejus generis esse ut nec alibi usquam, nedũ apud communem amicum, recuperari postliminio possint. Cum enim postliminiũ aut personarum aut rerum sit, l. 14. pr. de capt. & postl. admodum paucæ res sunt, quæ ad postliminii causam pertinent. Nam res quidem immobiles pulsis hostibus postliminio recipiuntur, l. 20. §. 1. ff. de capt. & postl. l. 36. de relig. & sũpt. fun. l. 26. quib. mod. ususf. amit. quemadmodum de Sagunto oppido Livius refert. lib. 24. Ajal. de jur. bell. lib. 1. cap. 5. n. 33. Coteræus de jur. mil. lib. 2. cap. 24. Grot. de jur. bell. ac pac. lib. 3. cap. 9. n. 13. Sed de his nulla hic controversia movetur. At vero rerum mobilium longè *aliud jus* est: Etenim ex rebus animatis recipiuntur postliminio servi. l. 10. l. 12. C. d. t. quos rerum, non personarum postliminio contineri certum est, quia perinde in patrimonio nostro sunt, ut quadrupedes, & alia animalia, l. 2. pr. & §. 2. ff. ad l. Aqu. in equis quoq; & equabus, sed

fræni patientibus, tantundem juris est. l.2. §. 1. ff. d. t. quibus mulum quoque clitellarium Boëthius, atque item Festus Pomponius ex Ælio Gallo addunt. tum & inter res inanimatas mobiles solis navibus longis atque onerariis propter belli usum singulari favore postliminium est, non piscatoriis aut actuariis voluptatis causa paratis, non armis, non vestibus, l.2. pr. & §. fin. l. 3. ff. d.t. De cæteris autem omnibus rebus mobilibus evidens est responsum Labeonis, qui ait in l. 28. ff. d. t. *Si quid bello captum est, in præda est, non postliminio redit.* Et mox servos in d. l. 28. Labeo excipit. quos exceptos fuisse dictum jam ante est ex l. 10. & l. 12. C. eod.

Hæc ex vero & genuino legum & juris sensu sunt, & maximis interpretibus Bartolo, Angelo, Saliceto, Iasoni, Martino, Laudensi, & aliis placuerunt. Quæ & Balthasar Ajala IC. Hispanus, & exercitus Regii apud Belgas supremus juridicus sequitur, lib. 1. de jur. & offic. bell. cap. 5. n. 35 & 36. & Coteræus lib. 2. cap. 26. de jur. mil. Ant. Fabr. Iurispr. Papin. quib. mod. jus patriæ pot. solv. pr. 8. ill. 4. & Grot. de jur. bell. ac pac. lib. 3. cap. 9. n. 14. Quod si quis juri Romano, & consensui tot auctorum haud acquieverit, is sciat & consuetudine hæc servari, & sic quoque judicatum esse, si modò præda apud victorem pernoctaverit. Cujus

rei

rei testis est Iason ad l. 1. pr. n. xi. ff. de acq. poss. & Angelus in disp. renovat. guerr. & passim alii.

Quinimo hodie omnium pene gentium mores, ac scriptæ etiam constitutiones non modò jus Romanum in eo sequuntur, quod præda cæterarum rerum mobilium careat postliminio, uti ante dictum est; sed insuper ad tollendam penitus postliminii causam jus illud novum introduxerunt, ut, cum antè dixerimus jure Romano ex omnibus rebus mobilibus inanimatis solas fuisse naves longas & onerarias, quibus propter belli usum fuerit postliminium datum, d. l. 2. pr. nunc ne naves quidem hujusmodi recipiantur postliminio, sed idem jus in navibus atque in mercibus sit, pariterque hæ atque illæ careant postliminio, quotiescunque eas hostis non eodem die iterum navali pugna amiserit, sed in potestate eas sua per diem noctemque retinuerit. In quam rem extat lex Regia Gallorum in codice regio Henrici III. lib. 20. tit. 13. art. 24. & simile est, quod refertur in Consulatu maris cap: 287. Atque eandem sententiam habet apud Hispanos regia Partitarum constitutio penult. tit. 9. part. 5. Covaruv. ad c. peccatum de Reg. jur. in 6. relect. part 2. §. 11. n. 8. Quare omnino, sive jus Romanorum civile, sive receptam ubique consuetudinem, sive

deni-

denique constitutiones aliarum illustrissimarum gentium spectes, præda hæc, quam ab hoste suo Genuenses ceperunt, cum in mercibus & rebus mobilibus consistat, cadere in postliminii causam neque apud Venetum communem amicum neque alibi usquam potest. Atque ex his, quæ antè dicta abunde sunt, satis confutantur omnes dubitandi rationes, quæ moveri in contrarium possunt. Sed tamen nequidad pleniorem cautionem desit, eas proposuisse breviter & diluisse utile fuerit. Non possunt autem contra Genuenses proferri aliæ rationes, quã illæ ipsæ, quas in eodem planè casu deditâ operâ conquisivit Albericus Gentilis in advocatione Hisp. lib. 1, cap. 1. & 2. & 6. & 7. Nimirum dicitur res eas, quas ab hoste captas in portum communis amici deduxerunt Genuenses, non indigere postliminii, quia nondũ ex jure gentium videtur Genuensibus acquisitum esse earum rerum dominium: ac proinde, cum earum dominium nondum amiserint priores domini, restitui illis debere quod suum est. Dominium autem à prioribus dominis ad Genuenses nondum translatum esse obtenditur ex eo, quod quæ ab hoste hostes capiunt, capientium non fiant, priusquam intra præsidia deducantur. Quod existimatur confici ex d. l. 5 §. 1. de capt. & postl.

Sed longè secus statuendum est, si quis

obser-

oservet legem illam, quæ unica & sola in toto jure deductionem in præsidia requirit, duntaxat de civibus captis, deque eorum servitute, at non item de cæteris rebus captis loqui: cum è contrario in cæteris legibus, quæ de alia prædâ captâ loquuntur, disertis verbis scriptum sit, eam jure gentium statim fieri capientium. l: 5. in fin. de A.R.D. Et quidem ratio, cur cæteræ res ab hoste captæ statim capientium fiant, hæc est, quia ex occupatione acquiruntur, ut significat ICtus in l 51. § 1. de A.R.D. & ad occupationis modos hanc acquisitionem Iustinianus refert in §. item ea. Inst. de rer. divis. occupatio autem fit per solam possessionis apprehensionem. Unde Paulus in l. 1. §. 1. de acq. vel amitt. poss. ait, dominium rerum ex naturali possessione cœpisse; ejusque rei vestigium remanere in his, quæ terrâ, mari, cœloque capiuntur. Nam hæc protinus eorum fieri, qui primi possessionem eorum apprehenderint, Item bello capta, & insulam in mari enatam, & gemmas, margaritas, lapillos in litoribus inventos ejus fieri, qui primus eorum possessionem nactus est. Quibus luculentissimis Pauli ICti verbis in d. l. 1. §. 1. nihil est significantius, nihil ad rem hanc aptius. Uno enim & eodem contextu de feris, avibus, & piscibus, terrâ marive & cœlo captis, de præda hostili occupata,

de

leant, nisi testator fuerit civis & testamenti factionem habuerit duobus temporibus, cum & testamentum faceret, & cum moreretur, l. 1.8. de bonor. poss. sec. tab. vitium hic in altera temporis extremitate inerat, &, ne testamentum valeret, efficiebat. Igitur huic fictio legis Corneliæ succurrit, & eum mortuum esse comminiscitur, quo tempore adhuc civis esset, & heredem habere posset. l. 6. §. 12. de injust. rupt. l. 12. §. 1. l. 22. pr. de capt. & postl. tempus autem favorabiliter lex Cornelia illud fictioni suæ accommodavit, cum post captivitatem nondum ingressus hostium præsidia esset. Quod jus singulare ex lege Cornelia fuit, quæ ideo testamentaria appellata est, quod & ad falsa testamenta, & ad ultimas captivorum voluntates pertinebat. Anton. Fab. Iurisp. Papin. tit. quib. mod. patr. pot. solv.

Hujus rei fictio, ut in civium captorum personis utilitatem summam & necessitatem quandam habuit, ita in prædâ captâ caussam habet nullam. Et licet causa aliqua subesset, tamen quoniam fictio omnis contra jus commune introducitur, ultra casus expressos eam porrigere nullius aut judicis aut interpretis est. Quod constanter & magno consensu traditum est à Bartolo, Iasone, Alciato, & al. dd. ad l. si is qui pro

emptore,

emptore, 15. de usu cap. ubi latè pertractatur fictionum causa. Nusquam autem ulla lex fingit res, quæ ab hoste captæ *sunt*, priorum dominorum manere, quamdiu nondum in præsidia perductæ sunt, sed contrà planè manifestis legum verbis statuitur eas solâ occupatione & naturali apprehensione protinus fieri possidentium, quemadmodum incipiunt occupantium possidentiumque statim esse feræ, aves, pisces, gemmæ, ac lapilli. d. l. 1. §. 1. de acq. poss.

Certè Iustinianus in d. §. item ead. Instit. de rer. divis. cum dixisset ea, quæ ex hostibus capiuntur, jure gentium statim capientium fieri, mox quidem de civibus captis addit, sed, quod notatu dignum est, aliâ locutione usus ait *eos in servitutem deduci*, ut in summâ brevitate diversum acquirendi modum in illis notet, & deductionem in præsidia significet. Quod itidem fit in Caji JCti concisa locutione in l. 7. pr. de A. R. D. quam secutus Iustinianus est.

Hæc verissima juris & legum sententia est, & rationibus illis nititur, quæ convelli non possunt. Quare & Antonius Gamma in d. decis. 384 n. 3. & Aretinus ac Ripa, aliique plures ad d. l. 1. de acq. poss. in prædæ acquisitione deductionem in præsidia haud spectant, sed eam protinus, mox, atque incontinenti fieri capientium ajunt. Ac fatendum

quidem

quidem est multos esse non ignobiles interpretes, qui hic vacillant & deducendam esse prædam in præsidia statuunt, inter quos & Grotius lib. 3. de jur. bell. cap. 6. n. 3. & cap. 9. n. 16. & Aiala de jur. bell. cap. 5. n. 37. Alberic. Gentil. in advocat. Hisp. cap. 2. & ibi citati. Estque hæc communis sententia, sed mirum in modum erronea, cum & leges illas, & differentiæ causas, quæ jam excussæ sunt, non perpenderint: sed eorum opinio vitæ communi ac rebus gerundis non congruit, ac planè.

*Sensus moresque repugnant,*
*Atque ipsa utilitas justi prope mater & æqui.*

Quin & illi ipsi, qui contrariam opinionem sequuntur, usu tamen & consuetudine eam non servari fatentur. Iason ad d. l. 1. n. 12. Angel. disp. incip. renovata guerra. in 1. dub. Denique cum interpretatio doctorum hic valde incerta esset, at è contrario admodum certæ essent eæ leges juris civilis & rationes, de quibus diximus, confirmatio tandem rectissimi illius juris veteris accessit ex constitutionibus regum Hispaniæ, & Galliæ, quæ ante relatæ sunt ex Codice regio Henrici III. lib. 20. tit. 13. art. 24. & ex regiis Partitarum legibus, constit. pen. tit 9. part. 5. & ex Consulatu maris cap. 287. ubi statuitur eam prædam capientium fieri, quæ per 24. horas possessa à victore fuisset.

Atque eò pertinet quoque Hollandorum ordinum constitutio anno 1625. ut jam dubium non sit inter Europæos populos hæc custodiri.

Accedit quod illi ipsi interpretes, qui in prædâ acquirendâ deductionem in præsidia requirunt, quos citat Albericus Gentilis d. cap. 2. advoc. Hisp. cum sententiam ipsi suam interpretantur, illud duntaxat volunt, prædam perfectè ac pleno jure non esse capientium, cum nondum intra capientium præsidia esse cœpit: posse enim interim hostes occurrere, qui prædam iterum vi auferant. Et celebre est illud Angeli, quem Albericus in d. cap. 2. citat ex disput. incip. renovata guerr. ubi ait, *antequam præda sit perducta in præsidia, vel ad alia loca tuta, ad loca amicorum, vel ad loca confœderata, non refuto prædam transiisse in dominium capientium, licet in territorium capientium ducta non sit; sed tamen facile virtute belli posset restitui, & eam tenentes de hoc debent verisimiliter dubitare. & sufficit dictus timor.* Et rursus Albericus ibidem ait, *incertam esse prædam, quamdiu intra præsidia ducta non est, ac vulgo dici, multa cadere inter calicem & suprema labra. Quod bellica ratio & sors satis probat. Hollandis enim*, qui prædam ab Hispano hoste captam in Angliæ portum devexerant, *adhuc erat nonnihil maris arandum:*

*erant radenda Flandriæ inimica litora, eaque adversus prædationes has intenta & instructa: erant timenda cæli & maris minæ.* Hoc modo atque hoc sensu facile patiuntur Genuenses prædam dici nondum suam esse, quia vi tempestatum aut hostium in mari amittere eam possunt. Et sciunt recte Cajum ICtum in l. 139. §. 1. de R. I. scripsisse, *non videri perfectè cujusque id esse, quod casu auferri potest.* Eodem enim modo, si jam Genuam in propria præsidia prædam pertulissent, ac eam deinde commercii causa in alias Italiæ partes mari traiicere velint, sciunt eam non perfecte suam esse, quia tempestatibus maris & periculis incursantium hostium obnoxia est. Parati sunt Genuenses è portu Cretensi enavigare, ac mari se committere, & hostium occursum exspectare. Cogitant se homines esse, nihilque humani alienum à se videri, & cuivis posse accidere, quod cuiquam potest. Meminerunt non esse ista inter se contraria, rem aliquam meam esse, & posse me eam improviso casu amittere.

Illud duntaxat petunt, ut tuti sint in portu communis amici, in cujus fidem confugerunt: neve præda sibi, quam jure belli à justo hoste ceperunt, tanquam injustè capta auferatur. Si vis metuenda sit, ut hostis eam inferat, rogant. Non recusant in oculis amici de præda iterum cum hoste pugnare.

Quod si ab hoste intra portum tuti sint, tantundem ab amico exspectant. Præclare Angelus, autor in hoc genere gravissimus, eo loco, quem Albericus d. cap. 2. citat, parem securitatem victori tribuit sive in propria, sive in amici communis præsidia venerit, quod quidem attinet ad ea mala, quæ metui intra præsidia possunt. Ait enim, *antequam sit ventum intra propria præsidia vel ad alia loca tuta, ad loca amicorum, vel ad loca confœderata*, &c. In quibus verbis magna vis inest contra ipsum Albericum, qui ea adducit. Conjunguntur enim præsidia propria, & amicorum; quia, ut victor intra propria præsidia tutus est, ita si amici fidem elegerit, & in ejus præsidia se & sua contulerit, etiam illic publico nomine tutus est. arg. lib. 19. § 3. de capt. & postl. Atque ex hoc ipso Angeli loco dissolvitur altera dubitandi ratio, ex qua Albericus in cap. 1. advoc. Hispan. vult postliminium esse apud communem amicum. Utitur enim illa ratione Albericus ex lib. 19. §. 3. de capt. & postl. quia qui ad socium amicumve pervenit, publico nomine tutus est. Atqui profecto quemadmodum hæc ratio postliminium captivo tribuit eo casu, quo captivus vi aut fallacia ex hostium finibus evasit, & ad communis amici præsidia pervenit, ac in possessione suæ libertatis est, ut hostis non

possit

possit ibi manum ei iniicere, (de quo solo casu I C^tum in d. l. 19. §. 3. loqui probavimus ante:) ita in casu converso & contrario, si non captivus ipse, sed is, qui eum cepit, possidetque & in potestate sua habet, fidem communis amici elegit, & intra præsidia ejus cum prædâ suâ venit, publico nomine ibi tutus est, & proinde ei non aufertur quod cepit, possidetque. Et utroque casu potior meliorque est possidentis conditio. argum. l. 128. pr. de R. I. l. 91. §. 3. in fin. de V. O.

Non minus facile est respondere ad id, quod Albericus lib. 1. cap. 6. advocat. Hisp. arguit, non licere cuiquam fæderato captivos in portum amici principis deducere, ob eam rationem, quia hostem captum non liceat ducere per territorium alienum. Primo enim id ipsum valde controversum est, & plures sunt IC^ti, qui captivum duci per fines alienos posse ajunt. Albericus de Rosat. ad rubric. c. de his, qui ad Eccles. Cæpoll. ad l. 16. de ædil. ed. Leonin. consil. 56. Felin. in c. de except. n. 5. Mynsing. lib. 2. observ. 28. quemadmodum & rationes non injustæ sunt: quia, & si forte in territorio alieno non liceat capere hostem, tamen ibi non liberatur qui captus alibi fuit. &, sicut illic non fiunt servi, ita *nec fiunt illic* liberi, ut contrariorum eadem

ſit diſciplina, & æquabile jus in omnibus. Quæ omnia ipſe ſibi objicit, & frigidè ac nullo colore diſſolvit ibidem Albericus. Sed eſto. hoc ipſum, quod rectius negari poteſt, concedatur Alberico, non poſſe captivos per alterius territorium duci. Malè tamen id Albericus uſque eò producit, ut ob tempeſtatis cauſam aut ex alia neceſſitate haud liceat cum prædâ juſte in mari captâ ad anchoras ſtare in portu amici. Quod nec ullus interpretum, quos adducit, per ſomnium dixit, nec ullæ rationes, quas recitat, concludunt. Quicquid authoritatis ex ſcriptoribus, quicquid rationum illuc obliquâ & reluctante juriſprudentiâ contorquet, omnino pertinet ad tranſitum, qui terrâ per agros alterius Principis armatâ manu fit. In quo & terroris aliquid & damni noxæque interdum ineſſe poteſt. etſi & ex Moſis hiſtoriâ Num. 20. & 21. & ex Auguſtino num. quæſt. 41. & ex Tacito 4. hiſtor. cum modo quodam & temperamento defenditur. Grot. de jur. bell. lib. 2. cap. 2. n. 13. & cap. 3. n. 12. At certe nihil formidinis, nihilque noxę pervenire ad territorii incolas poteſt, ſi quis prætervehentium in littore aut portu amici principis cum navi & cum mercium captarum præda conquieſcat. quod & juris gentium eſſe, & ex alterna humanitate proficiſci, & inter innoxias utilitates videri, quæ
ſunt

ſunt utentibus commodæ, concedentibus non moleſtæ, jam antè oſtenſum eſt. Quare nullus princeps navigantes his prohibuit, niſi hoſtes ſuos. Illud duntaxat ad agnoſcendam principis jurisdictionem pertinet, ſignificare præfecto portus, quæ ſit navis, unde veniat, quid vehat. Quod in conſtitutionibus regni Gallici requiritur cod. reg. Henric. III. lib. 20. tit. 8. artic. 9. & 10. & 11. eſtque illud conſentaneum ei juri, quod portubus, & rei maritimæ paſſim impoſitum apud alias nationes eſt.

Cætera, quæ in cap. 7. l. 1. advoc. Hiſp. Albericus Gentilis contra Archidiaconum diſputat, referenda ſunt ad eum, qui extra cœmeterium vel Eccleſiam captus, mox per Eccleſiam vel cœmeterium ducitur: quem haud eſſe dimittendum rectiſſime tradidit Archidiaconus in cap. ſicut. 17. q. 4. cujus ſententiam multis & gravibus rationibus confirmavit Achilles Gigas in tract. de crimine læſ. majeſt. rubric. qualiter & à quibus crimen læſ. majeſt. comm. q. 10. n. 30. ubi & argumenta, quæ in contrarium afferri ab aliis quibuſdam ſolent, confutat. Idque & Joannes Lupus ſenſit in repet. rubric. de don. int. vir. & ux. Itemque Decianus & Oldradus in conſiliis: & ſequitur Boër. deciſ. 178. n. 13. Et Andreas de Iſernia in rubric. quæ ſint regalia. in uſib. feudor. ubi

exemplum ex Siculorum ſtatutis refert, & gloſſam, Albericum, alioſque plures recitat. Quod autem Albericus Gentilis quoſdam memorat, qui ab Archidiacono receſſerunt, nihil mirum eſt. Solent quippe plerique olim juris Canonici interpretes flagrante ſtudio quodam in his controverſiis diſcutiendis paulo longius provehi, quam res & ratio, ac interdum etiam ipſe Canonum tenor exigit. Et vero licet vel maxime aſſentiendum illis foret, qui ab Archidiacono diſcrepant, nihil tamen id Genuenſibus tunc officeret. Quemadmodum enim ante dictum eſt, cauſam eorum, qui terrâ per alienam ditionem armatâ manu iter faciunt, ſeparatam eſſe ab uſu maris litorumque & portuum, qui innoxius eſt, & omnibus, præterquam hoſtibus, patet; ita & hic ſimile diſcrimen eſt. Et præterea addi poteſt, ſingulare quid eſſe in loci ſanctimonia, atque in cœmeterii & Eccleſiæ religione.

Quod porro ait Albericus cap. 1. ubi lex non diſtinguit, ibi nec nos diſtinguere debere, textum autem d. l. 5. §. 1. & l. 19. §. 3. de cap. & poſtl. haud diſtinguere inter communem amicum, & inter eum, qui alteri tantum parti amicus eſt, nihil ad rem facit. Jam enim ante oſtenſum eſt, ut ipſe vult Albericus, tam de communi quam de proprio amico illic agi. Sed tamen additum

eſt

eſt, eos textus ex mente & verbis ipſorum I C$^{torum}$ pertinere ad eùm caſum, cùm quis vi aut arte ex hoſtium poteſtate evaſerit & ad amicum ſive communem ſive proprium pervenerit: Minime autem I C$^{tos}$ eum caſum ſpectaſſe, cum quis ab ipſo hoſte, in cujus poſſeſſione & poteſtate adhuc eſt, in portum communis amici deducitur. De quo caſu hic controverſia eſt. Atque hinc ſimul etiam corruit argumentum, quo ait ibidem cap. 1, leges illas ideo etiam de communi amico accipiendas eſſe, quia, ſi ſolum de amico proprio agerent, jam eſſet is caſus indubitabilis, cum tamen lex debeat intelligi de caſu dubitabili: Tum etiam, quia in d. l. 5. §. 1. dicitur quis *ad noſtros amicos reverti. Noſtrum* autem id eſſe vult, quod commune cum aliis ſit. Etenim, quemadmodum hæc non uſquequaque vera ſunt, & magnâ cautione indigent, ita etiam ſecundum ejus ſententiam admiſſa nihil efficiunt aliud niſi textus eos de communi utriuſque partis amico accipi oportere. Atqui jam id conceſſum Alberico eſt, de communi quidem amico leges eas loqui, ſed de eo utique, in cujus territorium fugâ quis ex hoſtium elapſus præſidiis ipſe ſe receperit, non de eo, qui victorem cum prædâ ad ſe venientem ſuſceperit. Inter quos caſus eam diverſitatem eſſe dictum eſt, ut

prior poſtliminium admittat, non item poſterior. Atque hæc in hunc modum pro Genuenſium cauſâ rectiſſime dici poſſe videbantur.

*Scribebam* LUGDUNI BATAVORUM, *14 Iunii 1631.*



ADOLFI VORSTII,
ÆLII EVER. F.

# ORATIO FUNEBRIS,

*Recitata in exequiis Viri incomparabilis,*

*D. PETRI CUNÆI,*

*Iuris & Politices Professoris primarii,*

*Ad diem* VI *Decemb.* CIↃ IↃ C XXXVIII.

VIRO. AMPLISSIMO. DOCTISSIMOQVE. GEORGIO. DOVBLETIO. RATALLERO. I. C. SVPREMAE. HOLLANDIAE. ZELANDIAEQVE. CVRIAE. SENATORI. DIGNISSIMO. ET. VIRTVTVM. CVNAEI. AEQVO. AESTIMATORI. OBSERVANTIAE. VETERISQVE. AMICITIAE. ERGO. L. M. Q. D. D.

ADOLFVS. VORSTIVS.

AELII. F.

# ADOLFI VORSTII
# ORATIO FUNEBRIS
## IN OBITUM
## V. Cl. PETRI CUNÆI.



UEM, mortis à limine revocatum, cœlo huic & Academiæ non ita pridem redonaverat singularis Dei Dominique nostri benignitas, quem, reducem ab itie parum auspicato, omnis prope honerum ordo hominum gratulabundus ac uti ovans exceperat, salvumque mecum nultos volebat annos; eum, mutatis reitè rerum vicibus, & subductum nobis, ere immaturo, dolemus in præsens, &, )d pietatis atque officii erat omnium, ad ulchrum prosequuti sumus mæsti atrati:. Petrum Cunæum, non inficiandum sæo nomen, virum & virtute, & doctrina, dignitate amplissimum, amisimus, Audies, damno vix reparabili. Eripuit hunc ris, non invida Parca, non Fati crudelitas, ı casus aliquis fortuitus, verum arcana su:mi Numinis providentia. quod sicuti ᴇ necisque omnium sedet arbiter, ita nec idere novit, nec crudele esse potest, aut

perpeti

perpeti ut temere fiat quidpiam. Abſit c
que cogitatio iſta ab humana audacia
abdita ejus conſilia rimari, cauſaſque in
rere velit anxiè, cur tantum in repub
tantum in Academia lumen, cujus diu
nior uſura optanda bonis omnibus erat
ipſo tempore quo reſtitutum nobis cre
batur, præter ſpem atque exſpectatio
omnium fuerit exſtinctum. Habent imp
ſui arcana principes, ad quæ caligant ſul
torum plerumque animi, quæque ven
tionem potius tacitam ac tutam, quam
rioſam & cum periculo conjunctam po
lant indaginem. De univerſi hujus rect
Deo, cui reges in ipſos imperium eſt, c
tam ſtolidus & væcors fuerit ut non p
ſentiat reverentia, imo majori longe, qu
doquidem omnium eſt maximus? Suffi
piis mentibus, juſta eſſe, recta eſſe quæc
que gerit: & pro efficaciſſima ſit ratic
divina ejuſdem voluntas; quæ nullam
mittit curioſitatem, nullam vult expoſt
tionem importunam. Suſpicari interi
ſuſpicari nobis licet, Auditores, & di
utique homine Chriſtiano ea ſuſpicio
non parvam inſigni huic calamitati an
præbuiſſe delicta ac vitia noſtra; quibus
inter prima annumero odium, invidenti
maledicentiam, nimium ſui æſtimator
alterius contemptorem animum, & de
ſa

ſæpe nihili ac vana haud minus perniciosum quam pertinax certamen. Etenim, ex quo incepi judicio aliquo meo in rebus humanis uti, ſic me comparavi perpetuò, ut, quoties viros probitate, eruditione, prudentia cæteris præſtantes mortalibus, ac Reipub. utiles, è medio excedere video præmaturè, toties fere ſceleribus noſtris Numen credam iratū, ac pænæ id loco nobis irrogari. Quidquid tandem ſit, poſtquam ſummi Imperatoris juſſu nos reliquit vir magnus, non perfunctoriè, ſed cum cura, & remota omni lugentium ſcena, quod gravitatem ejus decet, laudandus eſt nobis, vobis faventibus. partim in exemplum præſentis ævi ac futuri, partim ne cum corpore memoriam quoque illius, aut cum amico amicitiam extuliſſe dicamur. Noluit ille quidem infirmus, & ſub extremum vitæ tempus, quo perſonam nobis detrahimus, defuncto ſibi hunc haberi honorem; quod animi eſt æterna jam cogitantis, & deſpicientis humana omnia. cæterum aliter faciendum cenſuit ampliſſimus Acad. Senatus, & me, quanquam ad dicendum multis inferiorem, partes haſce duriores uti ſuſciperem, ſuo impulit rogatu. Amicus ſcilicet fueram tot annis, tanta animorum conjunctione; præſtiterat vivus idem officii genus optimo parenti olim meo; denique, nemini quam mihi cognita melius atque ex-

plorata

plorata esse poterat vita ejus privata & indoles, ob diutinam intimamque familiaritatem. Quæ cum inficias ire non possem, & illi, ad quos è clarissimo Professorum ordine hoc ipsum pertinebat, justas obtendere mihi viderentur excusationes; ego, qui vivo nihil negare potui, extremam hanc mortuo denegare gratitudinem, quo potuissem colore, quâ fronte? Utinam vero pio affectui meo in tantum faveret Deus, ut vel digna tanto viro nostra existeret oratio, vel, si infra ejus sit merita, quod potius futurum reor, nihil tamen, culpâ meâ, de ejus decederet magnitudine. Natales Cunæi nostri, ut inde exordiar unde oportet, Flissinga, Zelandorum oppidum illustre & mari proximum, sibi vindicat. cujus cives, inter belli hujus Belgici initia, Ducis Albani, & qui sub eo militabant Hispanorum crudelitatem ac tyrannidem acerbissimam tam forti animo à suis repulerunt cervicibus, ut libertatis hujus, qua hodie fruimur, Deo res ita moderante, non exigua jecerint fundamenta. Bellicosa hæc & ferox gens, prima ejus viri aspexit incunabula, cui ad omnem humanitatem & politiorem contigerat nasci literaturam. Vetera ut taceam, Batavia hæc nostra, oppidis duobus, à Musis itidem alienis, ac simili pene situ & genio, Hornæ Adrianum Junium, magnum Erasmum Ro-
terodami

terodami in lucem edidit. Exemplo egregio, quovis loco ingenia nasci præclara, & in omnem victura æternitatem. Patre genitus est mercatore, viro spectabili atque integræ existimationis. Hic educatum Middelburgi, quæ gentis Mattiacorum clarissima est civitas, ac puerum jam duodecennem, non frequentiæ scholarum, aut publicis eum tradidit præceptoribus, verùm domesticæ institutioni sanctissimi doctique senis, Hugonis Favolii; cujus operâ Latinam linguam discere cœpit primitus. Perceptis hujusce rudimentis, in Bataviam ablegatus est, ac curæ iterum privatæ Ioannis Mathisii, Ecclesiastæ Harlemensis non minus eruditi, quàm rerum gnari, commissus. A quo postquam uberiore tinctus esset literarum cognitione, relicta ejusdem disciplina, Acad. hanc Lugdunensem adiit, anno ætatis decimo & quarto. Cum verò imbecillior adhuc ea ætas esset, quàm quæ sibi permitteretur, aut suapte se regere posset sponte, Ambrosio Regemortero, juveni literatissimo ac cognato suo se adjunxit, consiliaque ac ductum ejus secutus est fideliter. Hausit ex hoc ipso, inter studiorum primordia, Hebrææ Græcæque linguæ scientiam. augurio profectò felici ac minimè fallaci, excellentem aliquando eum in hisce literis fore, sicuti ipse postmodum

T com-

comprobavit eventus. Tantus autem in eo erat ardor ad frugem aliquam in studiis humanitatis perveniendi, ut, cum anno tertio supra millesimum sexcentesimum in Magnam Britanniam navigasset, unica æstate & Græcæ poësios principem Homerum, & Poëtarum Græciæ plerosque alios, lectione continua ac severa absolverit. Qua diligentia hoc tandem consecutus est, ut, cum vellet, & Græcum scriberet epigramma, quod elegantia ac dictionis puritate veteres, quos inter primas Callimacho tribuunt, imitaretur, & de virtutibus ac vitiis Græcorum poëmatum judicaret, etiam juvenis admodum, dexterrimè. quo nomine innotuit, ac charus olim fuit, Isaaco Casaubono, magno illi literarum, & Græcanicæ eruditionis lumini, postquam doctas Animadversiones suas in Nonni Dionysiaca muneri illi misisset. exstat inter viri incomparabilis epistolas, nuper vulgatas, una Cunæo inscripta, quæ hoc luculenter testatur. E Britannia Lugduno redditus suo, relictoque apud Londinenses studiorum inspectore ductoreque Regemortero, qui sacro Belgicæ Ecclesiæ ministerio, ab eo tempore in hunc usque diem, magna probitatis ac doctrinæ cum laude, istic præfuit, varius esse cæpit ac desultorius, animumque per graviores disciplinas omnes circumferre; nullibi fere sessens

nisi in literis humanioribus. Ad quæ studia acriores ei faces subdebat Petrus Regemorterus, avunculus; vir dignitate equestri insignis, &, propter eruditionem multiplicem, rerumque usum ac Politices scientiam, principibus, maximisque in republ. hominibus perquam gratus. Excitabant præterea eum, quod generosi celsique animi est proprium, magna illa in litteris nomina, Josephus Scaliger, Isaacus Casaubonus, Hugo Grotius, Dominicus Baudius, Bonaventura Vulcanius, Daniel Heinsius, Scaligeranæ eruditionis gloriæque genuinus hodie successor ac hæres, aliique, penes quos literarum principatus ea erat tempestate. Horum uti consuetudine, per hos proficere, & utile, & honorificum sibi putabat. Contigit illi, rara quadam felicitate, eadem vivere mensa cum Bonaventura Vulcanio per integrum triennium; postquam jam ante, spatio haud breviore, hospitio usus fuisset eodem, quod præstantissimi duo viri inhabitabant, C. Clusius, & Sylvester à Campen. quorum ille inter honorarios Academiæ hujus Professores, ob nominis claritudinem, ac rei herbariæ eximiam scientiam, fuit: alter verò, amplissimis in repub. perfunctus honoribus, utpote Goesanæ primum civitatis Syndicus, ac deinde inter Consiliarios Fœderatorum Ordinum delegatus, amore otii

literati ac vitæ privatæ, publicis se muneribus abdicaverat, ut inter eruditos Lugduni lateret; ipse eruditione & prudentia tam insignis, uti singula penè dicta ejus velut totidem haberentur oracula. Talibus ille, tantisque viris ac magistris, salutari consilio, reverentia singulari, formandum se permisit; tales sibi proposuit imitandos, quorum opera & imitatione tum doctior, tum melior fieret prudentiorque. raro sæculi hujus exemplo, quo adolescentes statim sapiunt, sciunt omnia; neminem verentur, imitantur neminem, atque ipsi sibi exempla sunt. Sed non ita noster, cujus hæc præcipua prudentia, quod alios prudentiores arbitrabatur; hæc præcipua eruditio, quod discere vellet. Eadem discendi proficiendique cupiditas Franekeram Frisiorum eum pellexit, uti opera consilioque clarissimi Joannis Drusii in ipsa Hebraismi adyta penetraret. Hoc præceptore Chaldaica, ac Syriaca, & Rabbinorum commentarios adortus est. Ad quam rem, paucis usitatam, Iosephus Scaliger, Socrates ille sui temporis; & ingeniorum optimorum altor educatorque sagacissimus, mirificè eum inflammabat per literas. Enimverò Syriasmum & Hebræorum magistros intelligere, non cujuslibet est, aut vulgaris industriæ. Quam in hisce subactus olim fuerit ac solidus, citra ostentatio-

nem,

nem, amicus meus & collega desideratissimus, eruditi ejus de republ. Hebræorum libri, doctiorum calculo jamdudum approbati, fidem faciunt. Bonam quippe partem eorum commentariorum Rabbi Maimonides Ægyptius, qui solus ferè inter gentis Judaicæ scriptores Talmudicos non inepti-re censetur, ei suggessit, iis ex libris suis quorum nulla extat interpretatio. quod sine peritia Rabbinismi esse non poterat. Lexici & interpretum ope citare aliquid ex hoc scriptorum genere, quilibet etiam potest, qui nihil in Hebraicis novit præter literarum formas ac nomina. Alterum illud majoris operæ ac studii est, penitioremque ejus linguæ requirit intelligentiam. Ad summam, Drusii germanum discipulum in eo agnoverunt harum rerum periti; quem per epistolas, relicta jam Frisia, penè quotidie de gravissimis quæstionibus consulere non destitit, & sibi addictissimum perpetuò expertus est. Cujus vicissim ille filium, studiorum socium, ita dilexit, ut fratris loco haberet, & exstincti desiderium ferret impatientissime. Præbuit sese ibidem auditorem sedulum Marci à Lyclama, nobilis Iurisconsulti, & Timæi Fabri, qui, in professione Iuris tunc recens, maximam postmodum in docendo autoritatem habuit. Ita cum vitam instituisset suam ac studia, &

variæ eruditionis jam famam ſibi comparaſſet inter doctos, anno milleſimo ſexcenteſimo & undecimo ab ampliſſimis Acad. Curatoribus Latinæ primùm linguæ data ei profeſſio eſt, ac deinde Politica. qua dum fungitur, Iuvenalem, Senecam philoſophum, Suetonium Tranquillum, C. Tacitum, alioſque id genus ſcriptores interpretatus eſt, magna auditorum frequentia, & ſumma cum admiratione omnium. Quorum in numero & ipſum me adoleſcentem tunc fuiſſe, & memini probè, & gratulor mihi etiamnum. Inter hæc tamen Iuriſprudentia ſemper præ cæteris ei placuit, ac potiſſima viſa eſt ad ingenii ſui explendam magnitudinem & capacitatem. in cujus ſtudio cum eos ſe exiſtimaret feciſſe progreſſus, ut alios etiam erudire poſſet, publicum ejus rei teſtimonium petiit, tituloque Doctoris ornatus eſt à clariſſimo Iuriſconſulto, Cornelio Swanenburgio, Academici Senatus per id tempus præſide. Exinde, non contentus nuda atque otioſa legum contemplatione, forum quoque adeundum ſibi cenſuit, cauſaſque ibidem agentes ac perorantes viros egregios audire voluit, quo uſum Iuris perciperet uberiorem. Quamobrem, impetrata à Curatoribus & Conſulibus miſſione ad annum, Hagam Comitis ſe contulit, ut in maxima celebritate, & in media reipubl.

luce

luce aliquandiu viveret, atque illic formaret Iurisconsultum patriæ Academiæque perutilem. Quæ res adeò illi cessit feliciter, ut non potuerit magis. Excepit enim hîc eum ædibus suis honorificè ac benevolè admodum, vir amplissimus, eique amicissimus pariter, Apollonius Scottus, supremæ Curiæ Iuridicæ Senator integerrimus, ac sydus fulgentissimum, omniumque eruditorum fautor æstimatorque eruditissimus. Exacto anno, Lugdunum reversus cum esset iterum ad solitos labores, decretum est ab iisdem Acad. Curatoribus ac Urbis Consulibus, anno decimo & quinto supra millesimum sexcentesimum, ut, præter Politica, Ius Civile interpretaretur, ac Digestorum sustineret professionem. Quod munus & statim suscepit magna alacritate, & parem ei se ostendit mox inter principia, omniumque abunde implevit exspectationem. Cælibatum tandem pertæsus, animoque ad honoratum aliquod conjugium per ea tempora adjecto, duxit in uxorem Mariam Zeistiam, virginem lectissimam, & viri consultissimi laudatissimique, Nicolai Zeistii, Leidensium Syndici, filiam; amplissimi verò Ioannis Banchemii, Præsidis supremæ Curiæ, & Academiæ Curatoris, neptem ex filia. Cum autem, elapsis aliquot abhinc annis, fatali lege, vitæ similiter & Academiæ exemptus esset Iurisconsul-

tiſſ. C. Swanenburgius, ille judicatus eſt dignisſimus, qui tanti viri vices ſubiret in Codicis interpretatione. quam profeſſionem ad extremum vitæ ſpiritum ita ornavit, ea tutatus eſt dignitate ac conſtantia, ut Iuriſconſultorum nemini hac ætate ceſſerit, interpretandi ſubtilitate, ac docta legum enodatione. Quibus rebus effectum eſt, ut in magno domi foriſque apud omnes eſſet pretio, & operam ejus privatam efflictim expeterent, quotquot ſacro Iuris ſtudio ſe addixerant. Nec hi tantùm, ſed ſummi æque atque infimi domum illius, de rebus controverſis eum conſulturi, tanquam oraculum quoddam civitatis frequentabant. Unde querebatur ſæpenumero apud me, nimis denſis ſe obrui negotiis, quodque de ſcribendo ultra aliquid in uſum poſteritatis, vix cogitare ſibi liceret; cum otium & tempus deeſſent, ſcripturo ante omnia neceſſaria. De cauſis juris & facti, earumque differentiis, materia intricatiſſima, jamdudum commentarium confecerat, & retractare ac publici ipſe juris facere ſæpius ſibi propoſuerat. Lubenter quoque animo in vetera illa & humanitatis jucundiſſima redibat ſtudia, & Flavium Ioſephum, rerum Iudaicarum ſcriptorem graviſſimum, ea excutiebat mente, ut commentario illuſtratum orbi literato exhiberet aliquando. Cujus exſpectatio

maximos

maximos etiam viros, domeſticos extraneoſque, hactenus tenuit ſuſpenſos. Quos inter, magnum illum heroem ac patronum quondam meum, Dominicum Molinum, auguſti Venetorum Senatus decus immortale, fuiſſe dum viveret, tum ex ore ejus, tum ex literis mihi ſatis compertum eſt. Cujus viri grandia in me merita, ac conſtans perpetuæ erga me benevolentiæ ſignificatio, facit ut non ſine horrore ac lachrymis propemodum de eo cogitare poſſim; debeam verò plurimum clariſſimis eloquentiſſimiſque collegis, Heinſio Boxhornioque, qui tam illuſtre caput in omnem dederunt memoriam, ac præclaris ejus manibus, cum P. Scriverio, ſene doctiſſimo, condigne parentârunt. Verùm Cunæo noſtro evênit, quod pleriſque eorum qui poſteros cogitant, quibus nulla non mors repentina eſt, utpote quæ ſemper inchoatum aliquid abrumpat. Habemus prætereà, quod fere exciderat, elegantiſſimam ejus Satyram Menippeam, in ſeculi hujus homines pleroſque ineptè eruditos; in qua tamen, maturiore judicio ac ætate, nonnulla improbavit. Quàm grandia dicendi ornamenta ac præſidia in hoc viro fuerint, & vos teſtes pleroſque auritos appello, & conſtat ex variis, quas publice edidit, orationibus. quarum uno volumine editionem, cum iis quas hactenus preſſit, filio, juveni orna-

tiſſimo, ac paternarum virtutum æmulo, quem mæſtum dejectumque præſentem intuemini, paulo ante obitum commendavit. Erat illi dictio tam caſtigata, tam concinna, tam pura ac perſpicua, & minime affectata, ut aureum illud Latini ſermonis ſæculum, quod ſub Iulio Cæſare, & Ciceronis atque Auguſti temporibus viguit floruitque præcipue, in eo non deſiderares. Hinc multos per annos, & quamdiu per graviores curas ac functiones licuit, juventuti generoſæ, ex publica autoritate, ad veræ eloquentiæ laudem viam præivit. A quo onere Curat. ac Conſſ. humanitas, jam ultra biennium eſt, quod eum abſolverit; relicto tamen laboris præteriti eodem illi præmio, ac muneris ejuſdem functione tranſlata in clariſſimum, & ei rei inprimis idoneum, Marcum Boxhornium. Poſtremis vitæ annis ab Hollandiæ Ordinibus, patribus patriæ, amplo ornatus eſt ſtipendio, quo in maritimis negotiis, dubiis ac controverſis, operam ſuam eis commodaret addiceretque perpetuam. Et, niſi fata eum prævenifſent, Hiſtorici munus à Zelandiæ Ordinibus delatum, obiviſſet; Iacobo Eyndio, Haemſtedii Domino, viro armis, litteris, ac nobilitate claro, in hiſtoria patria pertexenda jam deſignatus ſucceſſor. Hujuſce enim rei gratia, publicis literis evocatus, profectionem in Zelandiam, incli-

nante

pante jam æstate, susceperat; ubi & morbi, & mortis quoque causam contraxisse videtur. Cum verò prudentia singulari, & ex dignitate, sæpius supremo in Acad. functus esset magistratu, ejusque in rebus agendis Curatores Consulesque perspexissent industriam, Consiliarii Academici titulo, non inani, sed fructuoso, decorandum insuper censuerunt. Equidem apparuit, magnis minimisque rebus, quàm cordatus esset. Si in Senatu, si in foro dicenda esset sententia, si ex suggesto laboranti succurrendum Academiæ, si ad Ordinum consessum confugiendum, si commendandus aliquis esset apud eos qui rebus cum imperio præsunt, semper se catum, semper virum ostendit, & admirationem sui vel invitis extorsit. Audivistis primam viri præstantis, audivistis adultam maturamque ætatem, audivistis studiorum quam inivit rationem, peritiam in litteris, in Iure, &, quæ hæc consequi solent, dignitates, honores, præmia. Vultisne, antequam ad tristia illa, & excessum ejus me confero, compendio indolem ejus ac mores cognoscere privatos? Quanquam nec Apelles ego sum, neque Phidias, neque Praxiteles, iconem tamen animi ejus describere paucis conabor. Temperamento erat calido siccoque, ac propterea ad iracundiam à natura pronior: unde per vehementiorem hunc animi

nimi motum, vel nolens abripiebatur sæpius, facillimeque de tranquillo mentis statu dejiciebatur. Quod ipsum, & frequenter apud amicos domesticosq; conquestus est, &, cum hominem se esse meminisset, ut huic suæ ignoscerent infirmitati, nunquam eos rogare destitit. Melancholicum quadantenus fuisse eum si dixero prȩterea, & quidem ex eorum revera numero quos ingeniosos esse ait philosophorum post Platonem princeps Aristoteles, nemo ob id falsi me arguerit merito. Solet namque ater quidam ac splendens succus, pondere certo sanguini permistus calidiori, acris ingenii, & judiciosos viros ac graves, qualis hic fuit, efficere. Levitatem, inimicissimum quieti vitium, ac futilitatem, oderat quàm maxime. Cordatos & circumspectos sermones volebat, ubi res id postularet, aliosque libentius, quàm semet ipsum, loquentes audire solebat. Iactantiam, immodicas laudes, fucum & inania omnia severitate quadam judicii fastidiebat, homo paucorum & hominum & verborum. Acerrimus vitiorum insectator. quæ res, etsi ad veritatem ac vitæ emendationem spectare videatur, non tamen semper bene cedit apud illos, qui obsequium præferre solent, aut adulationem. Hunc verò ordinem in universa vita sequutus est, ut necessitates voluptatibus, seria jucundis anteponeret, ipse

semper

ſemper ſerius. Amicitias nec contrahebat facile cum quoquam, & contractas conſtantiſſime ſervabat. Quod vel in me patreque meo, veriſſimo apparuit documento. Habuit etiam inter amicos addictiores, duo illa patriæ noſtræ lumina erudita, & patricia capita, Ioannem Foreſtum, ſupremi Hollandiæ Zelandiæque conſeſſus Iuridici ſenatorem graviſſimum, & Simonem Bellimontium, variis clarum legationibus virum, ac ſummis in rep. dignitatibus egregiè defunctum, oppidi Rotterodamenſis in præſens adſeſſorem. Foreſto eum junxerat juvenem olim, præter cæteras animi dotes, græca literatura; cujus ſtudium ſummum in utroque erat. Neque id extra rationem; cum abſque interiore græcarum literarum cognitione, nemo unquam verè ſolidéque doctus extiterit, aut venturis deinceps futurus ſit ætatibus. Adjicio hiſce celeberrimum I. Gerardum Voſſium, Hiſtoriæ omnis & antiquitatis, tam ſacræ quàm profanæ, ſcientiſſimum, unà cum clariſſimo Caſparo Barlæo, quem inter cognatorum primos, ſingularis & variç doctrinç, tum morum ingenuitatis ergò, mecum dilexit ſemper effuſe. Poſtremis vitæ annis, quod prætereundum minime duxi, admirari quoque cæpit Claudium Salmaſium, promptuarium illud omnigenæ eruditionis inexhauſtum, & Acad. noſtræ ac literarum

pereun-

pereuntium nobile fulcrum, eoque insuper uti familiarius. Sicuti autem judicio, quo pollebat exacto, amicos sibi delegit, ita & patronos, ex nobilitate atque optimatibus, quos observaret. Coluit inprimis ac veneratus est, ut fautores suarumque æstimatores virtutum, Adria. à Matenesse, Corn. vander Myle, Joan. à Matenesse, Francisc. ab Aerssen, Nicol. Cromholtium Præsidem, Adrianum Pavium, Rochum Honartium, Jacobum Catsium, magnum Ord. Hollandiæ consiliarium, viros omnes equestres, & Academiæ hujus Curatores dignissimos. qui cum de virtutibus ejus atque ingenii ornamentis judicare possent optimè, plurimis eum beneficiis ac humanitatis officiis & censuerunt cumulandum, & re ipsa cumularunt. Utque, quæ indolem eius spectant, absolvamus omnia, parcus erat temporis sui, vigil, laboriosus, otiumq; suum, quod alii otiosissimis perdunt occupationibus, non nisi dignis impendebat. Si quis tamen officium amici ab eo exigeret, promptum semper paratumque inveniebat. Circa cibum potionemque non modò non indifferens, sed accuratus adeò, ut nimis prope anxium hîc dixisses. Sobriam & siccam habebat animam, qualem prudentissimam esse veterum quis pronuntiavit. Notæ frugalitatis, ac minime prodigus, nec tamen sordidus. Quâ re cum familiæ nume-

rosæ,

rosæ, quæ illi divinitus obtigerat, consulatur optime; rarius tamen eam curam in eruditos cadere animadvertimus. Proinde, nisi aliunde iis sit prospectum, nihil præter famam eruditionis & honestam paupertatem, bonæ mentis plerumque sororem, hæredibus suis relinquunt. Publicæ tranquillitatis securitatisque studiosissimus, religionem, quæ primum humani pectoris est bonum, ita amabat, ut tamen ubique consilia præferret moderata, animumque postularet mansuetum ab iis, qui hominibus atque Ecclesiis præsunt Christianis. Melanchthonis suavissima lenitas mirum in modum illi allubescebat. Quod & ego non semel ex illo audire me memini, &, pridie quàm moreretur, inter alios pios sermones, Abrahamo Heydano, qui ei tunc aderat, Theologo doctissimo, & quem mecum faciebat plurimi, retulit affirmavitque. Gallicis concionibus, linguæ gnarus, frequentius quàm Belgicis intererat; & languidum ac decumbentem hæc etiamnum cura angebat, ut commodus sessioni, auditionique locus ei assignaretur, nova in æde, quâ nuperrime sacra Christiana Gallice celebrantur. Tempus est, Auditores, ut manum de tabula hac tollamus, atque in ejus obitu, & consolatione, quæ ex virtutum tantarum capi potest memoria, desinamus. Redierat sub initium Novemb. ex

Zelan-

Zelandia, ubi febrem gravissimam, Dei misericordiâ, ope affinis sui, Medici præstantissimi, ipse & uxor ejus, matrona honestissima, & filiolus, quem unice deperibat, natu minor, evaserant. Simul atque innotuit ejus reditus, amici certatim omnes ac Collegæ ædes illius adire, gratulari valetudinem, & prospera omnia in futurum vovere. Nec defuit illi favor & humanitas Ampliss. hujus Urbis Consulum; qui, ut quanti eum facerent intelligeret, & jam ante per literas ei significari jusserant, ne prius quàm plene convaluisset ex Zelândia discederet, & reversi eodem affectu domum adiere, atque eadem, de ratione habendâ valetudinis, accurate inculcârunt. quæ sollicitudo adeò illi grata fuit, ut Consulis tunc primarii, Jacobi Brouchovii, viri amplissimi, &, qua est virtute, integritate, ac rerum usu, patriæ bono nati, humanitatem eximiam non semel apud me deprædicaverit. Tristis pallor, ex morbo priore epidemico, adhuc in vultu ejus sedebat; valetudo dubia erat, ut in convalescentibus fieri amat; & tamen valentulus sibi videri volebat, ac, plenus animi, plus se posse, quàm vires permittebant; solitaque etiam repetere cogitabat ministeria. Reponere singulis officium suum voluit, & acri se exposuit non semel minus salubri, per hanc Autumni inconstantiam. Rediit febris male sepulta,

ſepulta, &, velut doloſo cineri ſuppoſitus ignis, lecto eum denuò affixit; primo in ſpeciem mitis, mox vehementior & continua, ac duplicis tertianæ typum gerens. Quæ poſt decem, aut duodecim dies, cum levibus per intervalla deliriis, virum omnibus numeris in ſua profeſſione abſolutum, mihique amiciſſimũ, ad finem mortalitatis perduxit; quicquid contra ſedulo ex arte molirentur Collegæ clariſſimi, qui ei faciebant medicinam. Cum morbi ſui periculum cognoviſſet, turbatus uxoris etiam cauſa, quæ unà ægrotabat, ad exitum ſe componere cæpit, & rebus ſuis, quatenus per morbi vim licuit, diſpoſitis, cœlum cogitare ac Servatorem ſuum Ieſum. Quotquot eum accedebant amici, teſtari illis hanc mentem ſuam, paratum ſe eſſe, niſi Deo aliter viſum, ad moriendum: ac piis ſingulorum precibus apud Deum ſeſe commendare. Firma fide ſe credere dixit reverendo Dei miniſtro, Abr. Heydano, cœlum ſibi deberi, non quidem ullo ſuo, ſed Chriſti ſolius merito. Nôrunt idem reverendi ac præſtantiſſimi Collegæ, Ioannes Polyander, Antonii duo, Walæus Thyſiuſque; quos inter alios, ut amicos, coluit amavitque. Utique, magnum quid videtur, doctum ac celebrem mori; multo tamen majus eſt, Chriſtianum mori, & Deo creatori, quod hic fecit, animam ſuam con-

ſtanti ac lubente animo reddere, ævoque exinde ſempiterno cum pace frui. Ita amiſimus, aut præmiſimus potius, Auditores, clariſſimum P. Cunæum, litterarum & ſcientiæ Iuris grande decus ac columen; ſæculi ſui Scævolam, Papinianum, Ulpianum, aut ſi quod nomen honoratius eſt inter priſcos iſtos Iuriſconſultos. Amiſimus, dico, illum, annum ætatis agentem quinquageſimum & tertium; florentem rebus omnibus, iiſque honoribus & præmiis, quæ in tam inſignitam virtutem conferri poterant; luctumque ſuis acerbum, nobis vero amicis ſui deſiderium reliquit immenſum. Poſſem hîc prolixe, ex conſuetudine, deplorare Academiæ damnum, familiæ orbitatem, amici tanti amiſſionem; ſed malo ut, divinæ acquieſcentes ordinationi, ſolatium potius in poſterum ex grata virtutum ejus recordatione, quas recenſuimus ex fide, capiamus, & nobis gratulemur, quod eum virum, in quem Deus Opt. Max. tam varia & egregia ingenii ac ſapientiæ dona congeſſerat, tam diu nobis indulſerit, in hac eruditorum eo in genere paucitate. Gratuletur ſibi uxor, jure meritoque mœſtiſſima, de tali marito; gratulentur ſibi liberi de tali patre; affines de affine; amici de amico; & ſilentio triſtitiam involvant ſinguli ſuam. Porro, faxit ſupremum Numen, ut, non vilis aliqua aut è trivio

nima, ſed dignius illi contingat ſucceſſor, & ,cademiam hanc noſtram, quam gemina, revi adeo ex intervallo, affecit calamita-e, ſervet, tueatur, augeat: ac, triſte hoc ɔectaculum lætiore aliquo compenſet ventu.

*DIXI.*



## Magnorum Virorum

## ALIQUOT EPICEDIA

*In obitum Viri Clarissimi*

## PETRI CUNÆI I.C.

Hactenus non edita.



*Ille tribus linguis toti celeberrimus orbi*
*Occidit, heu Legum regula, Iuris honos!*
*Successor quærendus erit. Iam mitte, Batave,*
*Mitte per & terras, mitte per & maria.*
*Cum bene quæsieris gemino sub cardine, nosces*
*Quantum in Cunæo res tua perdiderit.*

HUGO GROTIUS.

## D. JOANNI CUNÆO F.

MAgni magna patris proles, hæc accipe tanto
Debita, sed serò præstita, thura rogo.

*Magni Cunæi manibus.*

Hoc Themis, hoc omnes habitarunt pectore Musæ;
Phœbus in hoc vultu conspiciendus erat.
Quem nunc urna capit, totus non cæperat orbis.
Ingenio mundum clauserat ille suo.
Non satis in tantam Latium, nec Græcia, mentem,
Nec Solyma, & Memphis cum Babylone fuit.
Tot populos linguis, tot gentes artibus, unus
Præstitit; & mundi totius instar erat.
Tantum Leida viro quondam possedit in uno;
Nunc uno tantum perdidit orba viro.

J. FORESTUS.

C Vnæi cineres, Parcarum insigne tropæum,
Condidit, heu! gelido terra Batava sinu.
De Parcis ovat auctori mens reddita: rursum
Ille dabit cineres igne calere suo.
CUNÆUM ostendunt opera immortalia totum;
Igneaq; in toto vis micat orbe viri.

GUIL. STARCKMANI.

Ὃς φάος ἦν νομικῆς, φάος λίπεν ἔννομον αὐγήν,
Κουναῖος, μούνης οὐ φάος ὢν νομικῆς.
Ἐν γὰρ ἐπιστήμῃ μέγ᾽ ὑπείροχος ἔπλετο πάντων
Ῥωμαϊκῇ πάσῃ, καὶ πάλιν Ἑλλαδικῇ.
Μὴ λέγε Ῥωμαϊκὴν, μήθ᾽ Ἑλλαδικὴν πάλι μούνην·
Ἴδρις ἐπιστήμης καὶ πάλιν Ἑβραϊκῆς.
Ὦ φθονεραὶ μοῖραι! φεῦ πηλίκον ὤλετο φέγγος!
Ἥλιος αὐτὸς ἑὸν ἥλιον οὐκέτ᾽ ὁρᾷ.
Ἄξιος ἦν ζῆσαι τόσσας ἑκατονταΐδας, ὅσσον
Πλῆθος ἔην τεχνῶν πάνσοφον ἂς ἰδέην.
Ἀλλὰ βίου βραχέος μέτρον ἐλλιπὲς ἐκπληρώσει
Τὸ κλέος ἐκ φήμης οὔποτε λειπόμενον.

## Idem Latinè.

L Egitimo lucis, qui lux erat unica legum,
Cunæus jam nunc lumine cassus obit.
Omnibus antistans Graias Latiasque per artes
Claruit, haud Juris fax modo clara fuit.
Sed noli Latias, nec Graias dicere solas,
Laude etiam Hebræas calluit ille pari.
O quale, & quantum periit, fata invida, lumen!
Sole caret, qui sol temporis ipse fui.
Dignus erat totidem vivendo vincere sæcla,
Quot doctrinarum dotibus auctus erat.
Sed bene pensabit brevis ævi tempora, famæ
Victurum sæclis, & sine fide decus.


CL. SALMASIUS.

*Cunæi Flißinga parens sibi vendicat ortum,*
*Mancipat hunc etiam terra Batava sibi:*
*Vtraque diversis titulis. Zelandia jactat,*
*Et merito, tantum se genuisse virum;*
*Ingenii atq; animi formatrix altera terra est,*
*Hæc artes, linguas, carmina, Iura dedit.*
*Ista habuit curias; tadas habet illa jugales:*
*Ista quidem puerum vidit; at illa virum.*
*Altera tergemino dignum decoravit honore,*
*Præficiens Musis, præficiens Themidi;*
*Altera sed patrios jußit conscribere fastos,*
*Posse negans dextra nobiliore coli.*
*Noluit ambiguam Lachesis decidere litem;*
*Vita ut in ancipiti, mors quoq;, dixit, erit;*
*Fila simul rumpens, lethum quoq; dividit ipsum,*
*Neutra det ut tellus omnia, neutra nihil.*
*Sic iterum Batava certat Zelandia terra:*
*Hæc mortis causam præbuit, illa rogum.*

GUIL. GROTIUS.

Qualis in æquoreas Phœbus demittitur undas,
Luminaque ex ipsa nocte diurna refert:
Qualis in ardentes morientia membra favillas
Conjicit, & vitam ex morte resumit avis:
Talis ab humano redimens sua corpora nexu,
Cætera dum nato dat meliora suo,
Mutavit vitam, non exuit: ipsaque fila,
Quæ Lachesis rupit prima, secunda dedit.
Hoc etiam Phœbo Cunæus & alite major,
Illo, cui complent secula quinque dies.
Quod cum non illi nisi post sua fata resurgant,
Unus hic ante obitum jam redivivus erat.
Fortunata domus, cui nunquam sole remoto
Compositum fulget Lucifer ante diem.

P. GROTIUS.



Pedo, Albinovanus.

... Elegiae III, et fragmenta, cum interpretatione ... Jos. Scaligeri ... et aliorum ...



858

